

# CONCIONES IN EVANGELIA

ET EPISTOLAS,

QVÆ

DOMINICIS DIEBUS POPULO IN  
Ecclesia proponi solent: Ecclesiasticis omnibus moder-  
ni temporis summopere utiles, è Tabulis D. LAV-  
RENTII A VILLAVICENTIO XE-  
RESANI elaboratæ.

NUNC VERO


*Plurimis in locis cum sacrarum literarum, tum Catholicorum  
antiquorumq; Patrum scriptis diligenti cura supra omnes alias  
editiones emendatæ & locupletatæ:*

PER

F. DOMINICVM ÆGIDIVM TOPIARIVM,  
instituti S. Dominici apud inclytam Antuerpiam.

Saluis per omnia semper iudicio, correctio-  
neque S. Sedis Apostolicæ.

PARS ÆSTIVALIS.



ANTVERPIÆ,  
Apud Christophorum Plantinum,  
Architypographum Regium.

M. D. LXXIIII.

# CONCIONES IN EVANGELIA

ET EPISTOLAS,

QVÆ

DOMINICIS DIEBUS POPULO IN  
Ecclesia proponi solent: Ecclesiasticis omnibus moder-  
ni temporis summopere utiles, è Tabulis D. LAV-  
RENTII A VILLAVICENTIO XE-  
RESANI elaboratæ.

NUNC VERO


*Plurimis in locis cum sacrarum literarum, tum Catholicorum  
antiquorumq; Patrum scriptis diligenti cura supra omnes alias  
editiones emendata & locupletata:*

PER

F. DOMINICVM ÆGIDIVM TOPIARIVM,  
instituti S. Dominici apud inclytam Antuerpiam.

Saluis per omnia semper iudicio, correctio-  
neque S. Sedis Apostolicæ.

PARS ÆSTIVALIS.



ANTVERPIÆ,  
Apud Christophorum Plantinum,  
Architypographum Regium.

M. D. LXXIIII.

27806049

SVMMA PRIVILEGIORVM.

CAVTVM est Regio privilegio, ne quis alius prater Christophorum Plantinum, & Antonium Tylenium Conciones in Euang. & Epist. qua in praecipuis & aliis totius anni festis & Dominicis diebus populo in Ecclesia proponi solent, è Tabulis D. Laurentij à Villanicientio Xeresani collectas, nec non ex sanctorum Patrum, neotericorumq; Orthodoxorum scriptis, maximo studio auctas & locupletatas per D. Aegidium Topiarium, imprimat, aut alibi impressas vendat hinc ad sexennium, sub poena confiscationis librorum, vt latius patet in litteris datis Bruxella 24. Decembr.

Subsig. De la Torre.

Idem cautum est in Consilio Brabantiae ad totidem annos, & sub poenis isdem, vt in superiori Privilegio, quemadmodum latius patet in litteris datis Bruxella 15. Ianuarij, Anno Domini M. D. LXVI.

Subsign. De Perre.

TOPIARIUM AD PIVM LECTOREM

EXHORTATIO BREVIS.



ECREVERAM, candide lector, me continere intra cuticulam (vt aiunt) nullamq; pro suis ex labore nostro captare auram popularem, sed obedientiam, cui adstrictus sum, aliter iussit ac voluit. nam R. P. Vincetius Herculanus Perusinus, S. Pontificis nostri Pij quinti ad Germaniam Belgicam pro Dominicana religione nostra restauranda commissarius destinatus ac missus, vir sane in re Theologica admodum doctissimus, nec non monastica vita nostra obseruantissimus, imò totius religionis, pietatis, mansuetudinis, & humilitatis exemplar absolutissimum, paternè hortatus est, atq; suasisit, vt nomen, sub litera D. in operis nostri titulo hactenus occultatum, exprimerem; idq; consultissimè & amicissimè admonuit, ne sub tacito nomine, putaretur tacitus aliquis error, in ipso opere latitare aut contineri, à quo semper abhorruit animus & abhorrebit. Vnde si constaret vel minimum apicem alicubi haberi, qui synceritati Theologicae repugnare videretur, aut statim ipsum expungerem, aut omni diligentia minus consideratè possum nitore Ecclesiastico vel Catholico restitui curarem. Quae de causa rem mihi gratissimam facturi sunt, si qui fraterno affectu me monuerint corripuerintq;. Nunquam enim recusavi aut doctiorum vti consilium, aut piorum virorum piis admonitionibus obsequi. Scio namq; Salomonem dicere in Proverbis cap. 9. Argue sapientem, & te diliget: da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia: doce iustum, & festinabit accipere. Et rursum cap. 25 In auris aurea, & margaritum fulgens, qui arguit sapientem, & aurem obedientem, &c. Hac igitur eam ob rem placuit adicere, vt admirari desinas, optime lector, si quando in hac iterata recognitione & titulum ipsum & nomen compereris mutatum. His paucis valebis prospere in Domino. Antuerpiae, Anno Domini M. D. LXIX. 18. Aprilis.



# INDEX ALPHABETICVS

## HVIVS PARTIS ÆSTIVALIS DE TEMPORE.

<b>A</b> B Ierusalem in Iericho, descendere periculosum esse: proverbium. 131	Ars tantū imitatur naturā, nō superat. 151
Abraham finis limbus, locus gloriæ. 8	Attendendi sunt hæretici. 71
Abusus Euangelij. 212	Attentendum à falsis prophetis. 79
Abusi bonis Dei. 92	Auari prius habent lucrum, quā eter- nam felicitatem. 13
Accusantia nos apud Deum quæ. 87	Audacia hæreticorum. 85
Adiutores nostri in alio seculo futuri. 93	Auditorum verbi officium erga pasto- res & prædicatores. 145
Adiutorium suum cur Deus nobis sub- trahat subinde. 161	Auditorib⁹ verbi Dei tria necessaria 180
Adventus Christi futurus, qualis. 292	post Audium verbum Dei non est eun- dum ad spectacula. 45
Adventus Domini primus in humilitate, secundus in maiestate. 298	Aues & flores nobis velut præceptores proponuntur. 150
Aduersā quare immitrat Deus. 239	Augustinus quomodo ad fidem conuer- sus. 260
in Aduersis non est occurrendum ad Magos. 233 (196)	Aures & oculi Christianorū beati. 124
Adulus sola fide aliena nō saluatur. 116	Auctoritas Moſis & prophetarum ma- ior auctoritate mortuorum. 13
Afflictio præſens transitoria, gloria futu- ra æterna est. 29	<b>B</b> aptizati cursumus. 50. 51
Afflictio vtilis. 10	Baptizati consideratio. 50. 51
Afflictionibus cōturbari nō debemus. 28	caritudo vera in quo consistat 125
Afflictionibus omnes expositi sumus. 13	Bene sperandum de Deo, etiam cum vi- detur iratus. 236
Afflictionibus pijs gaudent, prophani re- bus mundanis 116	Benedicēdū deo in ecclesia catholica. 158
Alieri faciendum, quod nobis fieri veli- mus. 250	Benedictio Dei quid. 61
Alienum auxilium in orationibus nec aspernandum. 197. & sequent.	Benedictio ex promissione data est, non ex lege. 129
Ambitio ministris verbi Dei caueda. 113	Benedictio mēsa non incommoda. 468
Ambulare, currere, & hoc genus voca- bula motus, quæ significant. 276	Benefaciendum omnibus. 146
Ambulandum dignē Deo. 275	Beneficium dilectionis. 14
Amor boni in sub hominū infernus. 123	Beneficium non recognoscere maxima ingratitude pars. ibid.
Amor Dei quis. 187. vt concilietur, ibid.	Beneficiū prædicandum ab eo cui fit. 141
Anabaptistarū fermēum cauendum. 33	Beneficia tria summa à Deo nobis col- lata. 278
Animus Christi qualis erga nos. 25	Beneficiis Dei non abutendum. 68
Angustissimē cæcis saluator Christus. 283	Benignitas Dei immensa penitentibus occurrit. 149
Anni plus quā 40. Iudæis post mortem Christi concessi vt respicerent. 99	Bibendi necessitas nemini afferenda. 205
Annuatim nobis potentiam suā Deus ostendit. 67	blasphemia committitur tripliciter. 201
Appropinquate Deo quid sit. 24	Bona conscientia nobis, bona fama pro- ximis necessaria. 255
Arbori cur comparatur homo. 77	Bona vita charitatis fructus est. 117
Argumenta firma & infirma vnde su- mantur. 118 (129)	Boni patrisfam. officium, suos & verbo & exemplo ad fidem vocare. 239
Arma Christianæ militiæ. 159. 224. 227.	Bonitas Dei ineffabilis. 16. immēsa. 211.
Ars medica nihil possit sine cælesti me- dico. 280	imitanda. 19

Boni-

# INDEX ALPHABETICVS.

Bonitas & clementia Christi. 162	honorauit. 108
Bonū principium boni spōdet finē. 242	Christus ter fleuisse legitur. 96
Bonum simplicius diffusiuum. 167	Christus vbiq̄, &c. 239
Bona post mortem, &c. 88	Christus peccatores non horret, nec pau- peres spernit. 24
Bona tēporalia nō sunt vocāda bona. 81	Christus veterem legem, &c. 56
Bonorum consortia expectanda, malo- rum fugienda. 286	Christus viduarum & pupillarum cu- ram habet. 164
Bonorum triplicium dispensatores nos posuit Deus. 92	Christus vitæ & mortis Dominus. 163
Bonis Dei bene vti quid. ibid.	Christi animus qualis erga nos. 26
malē vri. ibid.	Christi dies. 244
<b>C</b> Alumnis impiorum non omitten- dum quin beneficiamus. 174	Christi diligentia in prædicando. 44. 45
Canes lingentes vlcera Lazari. 7	Christi exemplo perditos ad salutem re- ducere debemus. 16
Canes quare dicti mali operarij, & falsi doctores. 261	Christi & mammonæ præcepta diffe- rentia. 148
Cantica diuina salutaria, prophana can- tiones pestiferæ. 207	Christi fideles in verbo Dei constantes perseuerent. 101
Capharnaum quid. 113. 242	Christi philanthropia, & hominum in- gratitudo. 140
Caro Christi diuinitati coniuncta, habet sanandi potestatem. 286	Christiani mēbra sūt corporis Christi. 95
Caro Christi instrumētū diuinitatis est. Caro quid. 69. 134 (114)	Christiani multi Iudæis similes. 18
Carnis cōcupiscētia auferit homini cor. 19	Christiani nomine non re. 15
Cautē ambulare, & prudenter. 203	Christiani spiritus primitiæ. 31
Cerimoniæ à quo sunt, & ad quid cōn- ducunt. 117	Christianorum gloriā. 297
Charitas Dei erga nos vt probetur. 186	Christianorum idola. 81
Charitas Christi erga leproſos. 139	Christianorum mors, somnus. 287
Charitas fidem viuificat, & reliquas vir- tutes. 4	Christianorum sepultura honorifica ef- se debet. 160
Charitas fraterna in duobus consistit. 15	Christianis primaria cura esse quæ de- beat. 245
Charitas qualis virtus. 169	Christianismus res seria. 279
Charitas res, &c. 2	Circūstantiis tot cur vsus Christus in paralytici curatione. 200
Charitas vita æterna, odiū mors animæ. 14	Clementia diuina magis ad indulgentiā prona, quā ad vindictam. 25
Charitatis condicio præcipua. 173.	Comminationes diuinæ quæ tendant nonnunquam. 252
Charitatis exemplum. 114. 197	Cōplārari similitudini mortis Christi. 53
Charitatis fraternæ necessitas. 40	Cōpotandi cōcertatio crassum vitæ. 205
Charitatis præcepta quomodo à multis violantur. 15	Cognoscere charitatem quæ dilexit nos, &c. 158
Charitatem erga triplex genus hominū ostendit Christus. 138	Cognitio legis & Euāgelij necessaria. 148
Charitatē proximō debem⁹ propter tria. 1	Conat⁹ omnis noster sine Deo inutilis. 45
Christus non solus cæli & terræ, sed etiam maris Dominus. 46	Concio legis. 246. Euangelij. 247
Christus & filius Dauid, & fili⁹ Dei. 190	Concio mirabilis. 29
Christus Deus & homo. 191	Concionator aliorum, &c. 100
Christus homo diues. 87	Concionatores quæ imprecantur suis au- ditoribus. 157
Christus irrisus. 283	Concionatorum quorūdam ineptia. 150
Christ⁹ plus potest quā homo sperat. 237	Cōcionatoribus exemplum Christus. 45
Christus quando, &c. 131	Concordes in persecutione Christi Pha- risæi
Christus templum Salomonis suamē	

\* 3




INDEX

ſci & Sadducei, alias discordes.	185	Creaturæ per verbum Dei benedicendæ, ne per eas diabolus nobis noceat.	66
Condemnatio non omnis prohibita.	33	Creaturarū gemitus. 29. ( die iudicij.)	67
Condolendum proximis.	161	Creaturarum opprobria in reprobos in	
Condolentia Christianis neceſſaria.	146	Credere euāgelio rudimentū ſalutis.	179
Condonandi officium in eccleſia requi- ritur.	254	Credere non ſatis eſt Chriſtiano.	82
Confidentia ſuiipſius contra legem eſt, & prophetas.	104	Crefcere, augeti, & proficere quid.	277
Conſcientia accuſatrix noſtra.	252	Crimina & peccata differunt.	183
Conſcientiæ infirmæ vaſis fictilibus ſi- miles.	115	CruX Chriſti & ſanctorū cōpedes Chri- ſtianiſ decori ſunt, non probro.	159
Conſecratio menſæ.	68	CruX & paſſio patienter ferenda.	28
Conſepeliri Chriſto per baptiſmum in mortem, quid ſit.	53	Cultus Dei nō intermittēdo, donec, &c.	67
Conferui noſtri angeli.	215	Cupiditas & ambitio à Deo reuocāt.	213
Conſummationis ſæculi ſigna prædicta, non item hora, & quare.	295	Cupiditas humana valde inops.	163
Conſolatio atque hortatio maximè ne- ceſſaria.	155	Cura & ſolicitudo duplex.	149
Conſolatio fidelium.	297	Cura ventris quæ.	ibid.
Conſolatio ingens Chriſtum deficiente natura adiuuare poſſe.	239	Curam noſtri Deus habet.	23
Cōſolatio in omnib⁹ calamitatibus.	294	Curationis morbi præpoſterus ordo.	159
Cōſolatio non vulgaris pro miſeris mor- talibus.	50	<b>D</b> æmones diuinæ iuſtitie execu- tes.	257
Conſolatio peccatoribus maxima.	218	Dæmones habitant in aëre.	226
Cōſolatio ſumma in afflictione, non pa- ti vt fures, ſed propter Chriſtum.	43	Damnatorum poenitentia.	9
Conſolationes fidelium.	32	Damnatiōni vitandæ ſtudium ſummu eſt adhibendum.	12
Contagium lepræ quare eccleſia vitari præcepit.	138	Datores bonæ menſuræ qui.	36
Contemnendi non ſunt qui à ſatana in aliquod crimen ſunt præcipitati.	143	Debitori exactio tyrannica & crudelis.	254
Contemptus Dei quā grāde peccatū.	148	Debita, ſcelera in Deum & proximu commiſſa.	251
Conuerſari in cælis quid.	263	Debitor omnes homines.	251
Conuictum manifeſtum quale.	55	Debitor ſumus ſpiritui ex fide data in baptiſmo.	69 (men. 255)
Conuicta quando conſutanda, & quan- do non.	255	Deſenſionis & priuaræ vindictæ diſcri- Deſideriū primū ſanctorum patrū.	123
Conuiuium felix, vbi homines iuſſu Dei diſcumbunt.	65	Deuſtationis templi tria ſigna.	291
Conuiuium Chriſtianorum qualia eſſe de- beant.	179 (dita. 176)	Deus iratus cui comparetur.	207
Conuiuiorū præcepta duo à Chriſto tra- Cœna patrisfamil. magna quæ ſit.	10. 17	Deus conſeruat quod creauit.	150
Corinthij quales fuerint ante conuerſio- nem.	94	Deus cordium explorator.	42
Corona nihil glorioſius decerranti.	265	Deus curam quærentium ſe agit.	67
Corpus, animæ caſa & tabernaculū.	278	Deus quomodo diligendus.	186
Corpus Chriſti ad humanam ſalutem efficax.	163 (clam 234)	Deus neminem abiicit, niſi prius ab eo abiectus.	218
Corporis ſanitas tātum cura eſt quibus- Corporum zelotypia.	151	Deus non eſt perſonarum acceptor.	142

ALPHABETICVS.

Deo quid debeamus. 246. eccleſiæ. ibid.		veræ, quæ falſæ.	244
Deo ſeruire quid.	148	Dominus quomodo venturus ad iudi- cium.	298. 299
Deitatis argumentum cognoſcere cogi- tationem.	201	Donorum Dei diſpenſatores ſumus, non domini.	87
Diabolus quā offendatur ſabbati ſan- ctiōne.	176	Donorum ſpiritus ſancti genera tria.	94
Diabolus vitia virtutes eſſe mētur.	125	Donis ſpiritus ſancti quomodo vtēdū.	95
Diabolo quomodo reſiſtendum.	23	Dormitio iuſtorum mors.	284
Diaconi, oculi epiſcoporum.	256	Drachma perſita quæ ſit.	17
Dialogiſmus Chriſti & Petri.	45	Duo genera hominum in eccleſia.	180
Dicere & facere Chriſti nihil differūt.	164	Duo denarij, duo teſtamenta.	130
Dies, fides in Chriſtum.	49	<b>E</b> brietatis mala.	206. & dein.
Dies hominis, & dies Dei.	242	Ebrieras ſpiritualis.	ibid.
Dies prima, & dies altera.	130	Eccleſia agro comparata.	218
in Die extremo quid futurum.	297	Eccleſiæ reformatio à capitibus exor- dienda.	102
Dignitas, nullius momenti in cauſa iu- ſtificationis.	132	Eccleſia duobus hominum generibus permixta eſt.	105
non omnis Dilectio legem implet.	188	Eccleſia quare lepræ contagium vitari præcepit.	138
Dilectio proximi cum modo eſt.	126	Eccleſiæ arma orationes & lacrymæ.	274
Dilectionis Dei præceptum omnium maximum.	186	Eccleſiæ membra vnita ſint.	170
Dilectionis præcepta duo.	132	Eccleſiæ regnum & auctoritas diuerſa à regno mundi.	271
Diligendus Deus propter ſe, proximus propter Deum.	188	Eccleſiæ ſimia hæreſis.	74
Diligere proximum, quid.	187	in Eccleſia Dei quid prædicandum aut docendum.	290
Discipulorum Chriſti liberalitas.	65	Eccleſiaſticorum officium.	271
Diſputando cum hæreticis tempus non terendum.	204	Eleemoſyna in pauperes nō ſit parca.	66
Dives impius apud Deum ignorus.	5	Eleemoſyna maior eſt docere ignoran- tem, quā pascere eſurientem.	90
Dives & pauper obuauerunt ſibi.	ibid.	Eleemoſyna non depauperat.	36
Dives mortuus duplici morte.	8	Eleemoſynæ duplex genus.	90
Dives quando malè vitur diuitiis.	92	Epicureorum doctrina reſutata.	12
Diuitis ſepultura.	8	Epicoſopus, nomen laboris.	178
Diuitis vita vt arbor infrugifera.	11	epiſcoporum & aliorum prælatorum partes quæ.	260
Diuiti nulla deſenſionis reſicta argu- menta.	ibid.	Errores duo maximè in eccleſia hodie.	81
Diuites Chriſti exemplo pauperibus pa- nem frangant.	65	Erubescētia peccatorum humilis Deum placet, & gloriatio de malo iram pro- uocat.	263
Diuites & potentes Deum rarò quæ- runt, niſi flagellis admoniti.	233	Effenorum ſue Effæorum ſecta.	184
Diuites ſine pauperibus ſteriles & inſtu- ctuoſi.	7	Euangelium liber conſolationum ple- niſſimus.	247. (diuina volūtas. 289)
Diuitiæ non ſemper criminofæ.	6	Euangelium non humanum inuētrum, ſed Euangelium, opus bonum: & in eo per- ſeuerare, i eo attribuendum.	241
Diuitiæ veræ quæ.	81. 182. & dein.	Euangelium pacis cur dicta doctrina Chriſti.	227
Doctōris euangelici typus.	117	Euangelij Chriſti confirmatio.	243
Docendum prius vita, quā doctrina, exemplo Chriſti.	37	Euangelium multi audiunt, non Chri- ſti, ſed diaboli.	124
Doctrinā contra ſuperbiam.	23		
Doctrina & concionatoribus & audi- toribus maximè obſeruanda.	245		
Doctrinæ & conciones diſcernendæ, quæ Deo			



INDEX

Euangelium mundus contemnit.	214
Euangelium triplici ratione à lege discernitur.	110
Excidij Ierosolymitani causa.	99
Execrabile est, Dei opus peccatis & impudicitis contaminati.	60
Exemplum bonorum imitandum.	259
Exemplum & error magis corrumpunt magnis auctoribus orta.	37
Exempla aliorum quo profint.	83
Exempla sanctorum imitanda.	266
Exercitus Dei diuinæ iustitiæ executores.	214
Exhortatio Paulina huic tempori maxime necessaria.	102
Exitus viarum gentes.	218
Expectare saluatorem quid.	263
Experta calamitas serò facit doctore.	10
<b>F</b> alsitas nulla inuenitur, quæ non aliqua veritate pallietur.	74
Falsos prophetas diabolus non ad Iudæos aut Gentiles mittit, sed ad Christianos.	ibid.
Felicitas hominum vnde æstimanda.	8
Felix necessitas quæ ad meliora compellit.	233
Ferendum in Sabbatho à malis, non à bonis.	175
Festa nūquā melius obseruantur, quā cū opera misericordiæ exercentur.	173
Fidelis in spem contra spem credit.	64
Fidelis quare dicatur Deus.	183
Fides aliena peccatoribus opitulatur.	113
Fides aliena quatenus & quibus proficit.	196. 116.
Fides docet Christum, & excitat orationem.	136
Fides, donum Dei.	112
Fides, ecclesiæ fundamentum.	228
Fides & dilectio offerentium vnde colligatur.	196
Fides ex auditu.	137
Fides ex miraculis imbibita, minus constans est.	236
Fides infusa, & fides acquisita.	112
Fides modica, & fides magna.	152
Fides non sola profuit paralytico, sed obedientia.	200
Fide, propria, non aliena saluat.	196
Fides puerilis.	230
Fides non sola iustificat, sed, &c.	108. & 131. & 140

Fides principium iustificationis.	283
Fides subinde fouēda, ne moriatur. ibid.	
Fides vera quæ. 248. eius natura. ibid.	
Fides viua, non mortua requiritur.	138
Fidei augmentū semper nobis perēdū.	231
Fidei initium, progressus, & finis.	219
Fidei nostræ dogmata varia.	52
Fidei solius doctrina non satis est ad vitam æternam.	82
Fidei opus præcipuū pugna spiritus.	135
Fidei exemplum in leprosis.	136
Fidei virtus magna.	283
Fide Christi venturi dara benedictio hominibus à principio mundi.	219
ex Fide cognoscimus Deū in nobis esse.	3
Fiducia in Deo collocanda, si quando nimis impetuosa tentatio nos obruit.	84
Filij Dei vnde innotescant.	70
Filij huius seculi mundum pro patria habent.	90
Filiorum est obedire parentibus, &c.	47
Finiendi mundi præludia.	294
Flere Christi.	96
Fletus moderatus non prohibetur.	162
Fœdus & pactum Dei cum Abrahamā.	119
Fortunam gentes credunt in rebus humanis esse, non prouidentiam.	152
Fragilitas humanæ naturæ.	109
Fratri periclitati ex fide succurrēdū.	195
Fructus legis & euangelij.	111
Fructus malæ arboris qui.	41
Fructus peccati & iustitiæ, qui.	60
Fructus quibus cognoscuntur falsi propheta.	75
Fructus spiritus qui.	135
Fructus vltimus peccati, mors gehennalis. 62. iustitiæ, vita æterna.	ibid.
Frugalitas antiquorum patrum.	64
Furtum repugnat iustitiæ.	194
<b>G</b> alea salutis.	228
Gaudium de peccatoribus conuersis.	26. 27
Gentes per vias & sæpes intelliguntur.	19
Genuum flexio, manuumque eleuatio quid protestentur.	156
Gladus spiritualis verbum Dei.	218
Gloria filij Dei parata incōprehensibilis.	31
Gradus summus colendi creatorem.	191
Grati hominis munus.	115
Gratiā Dei nos habere certi nō sumus.	71
Gratiæ Deo agendæ pro beneficiis acceptis.	65. 148. 278
Gratiæ	

ALPHABETICVS.

Gratiarum actio post cibum sumptū.	68
Gratiarum donum quod sit.	94
Gratitudo & natura postulant, vt amantur redamemus.	4
<b>H</b> æretici, falsi propheta.	73
Hæretici diuidunt Christum, & eundem scindunt.	171
Hæretici nostri temporis quales.	38. 41
Hæretici plus dāni ferunt, quā Turca.	73
Hæretici sunt simij.	ibid.
Hæreticorum audacia.	83
Hæreticorum charitas hypocritica.	169
Hæreticorum punitiones & poenæ.	216
Hæreticorum versutiæ, fraudesque, insidix diaboli.	224
Hephethach Christi efficac.	115
Hierosolymitani excidij modus.	97
Hierosolyma sub quo Cæsare deuastata.	99 (83)
Historias antiquas cur Paulus adduxerit.	
Homo ad quid conditus.	167
Homo ebriosus ad nihil vtilis.	22
Homo generosæ mentis animal.	168
Homo primus quando surdus & mutus effectus.	113
Homo qualis esse debet.	126
Homo vetus, & homo nouus.	192
Homini cognomine quando quis dignus.	237
Homines huius seculi tales, quales Iudæi.	38
Homicidij 4. gradus.	55
Hora cœnæ quæ sit.	17
Hostis null⁹ capitalior fucato amico.	293
Hostes nostri qui, & quanta eorum potentia.	225
Humana ratio solum carnalia & præsentia spectat.	64
Humilitas duplex, externa, & interna.	10
Humilitas & apud Deum & apud homines laudanda.	177
Humilitas mater virtutum & custos.	168
Hydropici curatio, eiusque fides.	172
Hyems incommoda peregrinātib⁹.	292
Hymnus tam in aduersis, quā in prosperis canendus.	116
Hypocritarum prima malitia, simulata laudatio.	267
<b>I</b> dola Christianorum.	81
Iericho, figura huius mundi.	127
Ies⁹ omnib⁹ ad beneficiā dā exposit⁹.	275
Imitator Dei quis.	32

Impedimēta venientū ad cœnā tria.	20
Impiorū crux diuinæ punitionis initiū.	28
Imprudētes, qui.	204
Incredulitas discipulorum Christi.	64
Incredulitas Iudæorum multa & graui peccata peperit.	79
Incredulitas nostra arguitur.	137
Infirmi officium quod.	136
Infidelitas non sola à Deo punitur.	83
Infirmittates corporis & animæ comitantur gulam, luxum, & cætera communitia fere diuitur vitia.	232
Infirmos esse aliquando præstat quā incolumes.	137
In infirmitatibus non murmurandum, sed, &c.	ibid.
Ingrati apud Deum ignoti.	141
Ingrato homine nihil peius.	248
Ingratitudo vetus vrens & exsiccās.	141
Ingratitudo hominum supplicio dignissima.	248
Ingratitudo vitium abominabile.	143
Ingratitudinis præmium.	248
Ingratitudinis puniō.	182
Ingratitudinis puniō exempla.	249
Inimici crucis Christi qui.	260. & 262
erga Inimicos qualiter nos gerere debeamus.	41
Intelligentes, qui.	204
Inuidorum mos, obseruare.	172
Inuitati ad nuptias qui sint.	210
Ira Dei non est turbatio, sed inflexibilitas iudicij.	254
Ira Dei differt ab ira hominum.	56
Ira Dei vnde oritur.	ibid.
Ira iusta mater est disciplinæ.	57
Ira locum facit diabolo.	193
Ira fructus.	55
Iram sibi thesaurizare qui dicantur.	215
Iter sanctorum, bona conueratio.	276
Iudæi falso iudicabant de Christo.	25
Iudæi ingrati quomodo vocati se excusarunt.	17
Iudæorum ingratitude.	212
Iudæi peccatoribus salutē inuidebāt.	25
Iudæorum calamitas omnium maxima, quia omnib⁹ grauissimē peccarunt.	98
Iudæorum dilectio angusta.	127
Iudæorū murmur contra Christum.	25
Iudæorū reuerētia, diuinæ sunt gētiū.	217
Iudæorū sceleribus debita supplicia.	80
Iudæorum similes multi Christiani.	18



INDEX

Iudaicum bellū vnde traxerit originē. 98	ad salutē, sed & affectus requiritur. 82
Iudex occidēs secundum legē meretur. 56	Liuor nutrit impudentiam. 185
Iudicare nemini licere priuata sentētia. 39	Locus iudicij futuri. 299
Iudicare non omnibus prohibitum. 33	Longanimitas quid. 278
Iudicium Dei est, non hominum. 32	Lonica iustitiæ. 227
Iudicia Dei alia quā hominum. 237	Lugere mortuos an impium sit. 296
Iudicium quando futurum. 301	Lupus famis impatiens. 76
Iudicij die non erit nec excusationis nec veniar locus. 220	Lupi vnde cognoscantur. ibid.
Iudicij extremi grauitas. 221	Lutheranorum vitia, ibid. & dein. vide Hæretici.
Iudicij extremi imago quare oculis sub- iicitur. 303	Luxuria in vino, vt effectus in causa. 150
Iudicij futuri consideratio. 36. & dein.	Luxus reprehendendus. 6
Iumentum Christi caro. 130	<b>M</b> Agistratus diuino mandato cogi- tur punire scelera. 245
Iustitia Christiana, declinare malum, & facere bonum. 42	Magistratus doctrinam catholicam ab hæreticis vindicare deberet. 47
Iustitia duplex. 54	Magistratus non debet tyrannidem ex- ercere in subditos, &c. 277
Iustitia externa nulla est sine interna. 55	Magistratus officium quod. 278
Iustitia falsa superbiam, & fratrum con- temptum parit. 105	Magistratū parendum, si nihil præcepe- rit contra Dei mandatum. 277
Iustitia vera compassionem habet, falsa indignationem. 26	Mala aperta argui & iudicari debent. 34
Iustitiæ nostræ præcipuus scopus. 245	Mala in hac vita toleranda. 218
Iustitiam Dei querere, quid. 153	Mala vita multis causa ruine in hæresim.
Iusti qui sint, qui non. 104	Mali & boni sunt in ecclesia. 218 (227)
Iustorum mors, dormitio. 284 (301)	Malitia confunditur aliquoties, corrigi- tur nunquam. 267
Iustorū stupor, & admiratio in iudicio.	Malus triplici aspectu diligendus. 188
<b>L</b> Acrymæ Christi nobis magnifica- ciendæ. 97	Mammon durus dominus. 148
Latrones, diaboli. 128	Mammonis & Christi præcepta differētia.
Laudatio hypocritarum simulata. 168	Mammona quid. 91 (ibid.)
Laudes Deo canēdæ, & gratiarū actiones.	Mandatum primum & maximum. 191
Lazarus, id est, adiutus. 6 (206)	Manducatio, signum prosperæ valerudi- nis. 285
Legalia cur obseruari Christus. 142	Manibus operandū triplici de causa. 194
Lepra spiritualis i. peccata, cōseruanda. 138	Manifestationes Spiritus sancti. 95
Lepræ contagium vitare quare prohibet ecclesia. 138	Mansuetorum qualis virtus. 168
Lex cur data sit. 120 (147)	Mare, mundus. 48
Lex charitatis, peculiariter lex Christi.	Mediator qualis sit Christus. 121 & 191
Lex neminem iustificat. 120	Mediatores Moyses & Christus. 121
Lex non irritat Dei promissionem. 119	Medicē qui viuic, miserē viuic. 280
Lex per angelos data, euangelium per Christum. 121	Medici corporum quid primum facere debeant. 250
Lex quid. 246	Medici opera non spernenda. 235
Legis torius summa. 125	Membra ecclesiæ debent esse vna. 170
Legis præcepta quomodo obseruanda. 176	Membra sumus inuicem. 193 (60)
Liberatio filiorum Dei quā exoptata cunctis creaturis. 29	Membra vitis obsecuta, iustitiæ deseruiāt.
Libertas culpabilis, & seruicū dānabilis. 60	Mendici præmium post mortem. 9
Lingua & aures cur homini datæ. 116	Mendici vita vt arbor frugifera. 6
Linguae malæ perniciēs in ecclesia. 114	Mēsæ cōsecratio. vide Benedictio mēsæ.
Linguae officii non sufficit Dei cultoribus	Mēsura retributionis bonorū operū. 36
	Mentiri est diabolus imitari. 193
	Mentiri

ALPHABETICVS.

Mentiri inuicem non licere. 192	Merti & surdi hoc seculo. 113
Mercēs verorū & pseudoprophetarū. 78	Mutuis precib⁹ nos iuuare debemus. 197
Mentum proprium vbi deficit, alienum frustra imploratur. 89	Moyſes mediator. 121
Meritis nō aduersatur D. Pauli verba. 11	<b>N</b> Aturæ humanæ malitia. 118
Meritis aut precibus nullus erit locus post mortem. 88	Nauicula, ecclesia. 49
Ministerium duplex in ecclesia, doctri- & exhortationis. 288	Necessitas legibus non adstricta. 176
Ministraciones quæ dicantur. 94	Necessitates humanas quare Christus sustinuerit. 195
Miraculorum Christi fructus. 165	Negotiatio nequissima à deo reuocat. 213
Miseria duplex, culpæ & pœnæ. 31	Nemo de se præsumere debet. 83
in Miseriis auxiliū a Deo petendum. 202	Nemo sibi in ecclesia sufficit. 47
Misericordiā Christi ineffabilis. 23	Nemini licere priuata sentētia iudicare. 39
Misericordia Dei erga miseros peccato- res. 264	Nolle credere sine signis, contra naturam fidei est. 236
Misericordia & iustitia in animarum iu- dicio. 37	Non cessandum in hac vita. 302
Misericordia in quo consistat. 32. 14. 35	Non omnis dilectio legem implet. 188
Misericordiæ operibus hic nobis prospice- re debemus in futurum. 89	Nouus Dei cultus nobis non instituen- dus. 244
Misericordiam in proximum exercen- dam esse 32 (144)	Nouū testamenti prouinciam nemo per se idoneus obire. 109
ad Misericordiā quid maxime inclinet.	Nox, impietas & peccatum. 49
Modus diligendi Deū est sine modo. 126	Nox opportuna sceleribus. 193
Morbōrum corporis præcipua causa, pec- catum. 199	Numisma Cæsaris aurum, numisma Dei homo. 271
Mores hominum varij. 18	Nuptiæ religio catholica, & euāgelium. 201
Moriturū consolatio, fides & spes resur- rectionis. 298 (8)	Nuptiis euangelicis digni. 217
Mors aliter diuites afficit, aliter pauperes.	Nusquam tuta fides. 293
Mors infidelium quid. 296	<b>O</b> dium inter pios & impios capitale est & perpetuum. 13
Mors adolescentibus inopinata cur ob- ueniat. 162	Oeconom⁹ substantiæ dom⁹ Dei quis. 87
Mors Christianorum quid. 296	Ostenfarū remittendarum compēsatio. 34
Mors mendici gaudio plena. 8	Officium legis & euangelij. 110. & 248
Mors nulli ætati aut itatui parcat. 161	Officia cuius regni Dei. 155
Mortis & vitæ dominus Christus. 15	Omnia quæ nobis eueniunt, à Deo pro- ficiuntur. 161
Morte Christi mors nostra delera. 2	Onera alter alterius portare debemus. 47
Mortui moderate lugēdi à fidelibus. 298	Operari non est post mortem. 83
Mortui quomodo resurgent. 299	Operationum diuisiones. 95
de Mortuis non nimis dolendum. 296	Opes salutare mundus non curat. 182
à Mortuis non querenda veritas. 72	Opprobria damnatis obicienda à crea- turis omnibus in die iudicij. 67
Mundus quid. 223	Opus bonū bene inceptū vt perficiatur, obstaculum non opponendum. 240
Mundi amore maxima pars hominum ne ad Deum veniat cohibetur. 213	Opus nullum Deo gratum extra chari- tatem. 57
Mūdi curs⁹ mirabilis, variaq; fortuna. 12	Opera bona gignunt spem, mala despe- rationem. 104
Mundi nomen variè accipitur. 15	Opera bona quæ. 276
Mundani mundum pro patria habēt. 90	Opera carnis quæ. 135
Murmurandum non esse in infirmitati- bus 13	Opera gentilium qualia. 276
Murmuratio quid sit. 82	Opera sancta exercenda. 287
	Operum

INDEX

Operum æstimatio in iudicio.	300	Pax locum facit Deo.	195
Operum euidens assertio.	ibid.	Peccare, humanum: diabolicum perfe-	ibid.
Operum ratio potissimum exigenda.	303	uerare.	ibid.
Operibus charitas dignoscitur.	187	Peccatores cur suscepit Christus.	23
pro Operibus suis homo mercedem ac-		Peccatores triplicis sunt ordinis.	24
cipit.	79	Peccatū ligat pedes & manus animę.	222
Orandi modus.	116	Peccatum, morborum corporis præci-	
Orandum in tribulatione vt exaudia-		pua causa.	199
mur.	230	Peccatum non impunè committitur.	268
Oradū pro mortuis in peccato, &c.	198	Peccati seruitus sterilis.	61
Orandum semper vt fides nobis confer-		Peccata mundi tollere quomodo Chri-	
uetur.	230	stus intelligatur.	201
Oratio ad quem dirigenda.	156	Peccata quocuplicia nos apud Deum ac-	
Oratio quid, & eius condiciones.	274	cusantia.	87. 251
Orationis veræ fructus.	107	Peccatum donorum Dei abusus.	ibid.
Orationes aliorum aliis profunt.	198	Peccatorum gradus.	50
Orationum nostrarum scopus qui.	159	Peccatorum species.	11
Oves perditas agnoscere nos debemus,		Pericula & supplicia aliorum nos cau-	
vt nos querat Christus.	27	tiores reddere deberent.	80
Oves simplices Christiani, 174. à dextris		Perseuerandum in bono.	146
locandi.	ibid.	Personam fictā nemo potest diu ferre.	75
<b>P</b> arabolam de ouibus, drachma, filio		Personarum inspector non est Deus.	285
prodigo, eadem est medulla.	27	Petrus domus Dei verum patremfami-	
Paralyticus quem significat.	203	lias agit.	290
Paralytici curandi circumstantiæ	200	Petri apostoli doctrinæ magis quàm Si-	
Parci in re honesta, in re nihili sæpe etiā		monis hæresi adhibenda fides.	289
mala largi.	143	Pharisæa iustitia.	54
Parētum est erudire filios ad pietatē.	47	Pharisæa malitia.	200
Parcecia iustorum, cælum.	8	Pharisæi oratio ob tres causas mala.	105
Pastores & verbi prædicatores hono-		Pharisæorum commentum.	268
randi.	145	Pharisæorum malitia.	172
Paterfamilias quis.	16	Pharisæorum ora Christus obstruit.	26
Patrisfam. est familiæ curam agere.	281	Pharisæorum secta.	184
Patientia qualis virtus.	168. & 278	Philosophia Christi.	154
Patrinorum ad baptismum adhibendo-		Piscatio Christi, capere animas.	48
rum institutio.	117	Pisces homines.	49
Pauci qui verè credunt.	240	Plagæ quæ intelligantur.	128
Paulus antiquas historias adduxerit.	83	Plebis attentio maxima in audiendo Dei	
Paulus duplici de causa imitandus	259	verbo.	45
Paulus suam vocationem gratiæ Christi		Pœna maxima, nunquam Dominum vi-	
attribuit.	103	dere placatum.	257
Pauli apostoli clemētia in præcipiendo.	59	Pœna contemptus euangelij.	214
Pauperes à diuitibus excipiendi, & qua-		Pœnæ pseudoprophetarum duplices.	78
tenus.	89. 78. 179	Pœnitentia damnatorum.	9
Pauperes, debiles, claudi, & cætera, qui		Pœnitentiæ robur efficax.	253
intelligantur.	19	Pompa funebris indecens, & nimia, dā-	
Pauperes quomodo dicuntur recipere		nabilis.	284
diuites.	91	Possidere & seruire, diuersa sunt.	148
Pauperum & viduarum patronus Chri-		Post mortem nullus erit precum aut me-	
stus.	164	rito rum locus.	88
Pauperum vètres, horrea eternitatis.	36	Potens omnium rerum Deus.	166
Pax duplex querenda.	41	Potentia Dei annuatim ostenditur.	67

Præce-

ALPHABETICVS.

Præceptor verus Christus.	136	Psalmorum in primitiua ecclesia cantu-	
Præceptum Dei non opus, sed affectum		dorum mos.	207
requirit.	14	Pseudodoctores mali operarij.	262
Præcepta dilectionis Dei & proximi cur		Pseudoprophetæ fugiendi.	72
data.	126	Pseudoprophetæ quamdiu in errore per-	
Prælati ecclesiæ quales esse debeant.	125	sistunt, salubres fructus proferre non	
Prælatorū vita, subditorū est regula.	281	possunt.	76. & 77
Prælatos ignauos horrendum manet iu-		Publicani pœnitentiæ, vera.	106
dicium.	63	ciusdem oratio bona.	ibid.
Præmium spiritui debita soluentium.	70	Publicani quales.	24
Præpostera Pharisæorum religio.	175	Publicæ ordinationes politiarum obser-	
Præsumere de se nemo debet.	83	uandæ.	138
Præsumptio humana, multa polliceri,		Pugnæ corporalis & spiritualis differen-	
præstare nihil.	249	tia.	134
Præcationis optatio bona & utilis.	22	Pupillorum & viduarum Deus semper	
Præsuræ & mala Christianorum.	243	curam gessit.	164
Principes & potestates quare dicantur		<b>Q</b> uæstio Pharisæorum insidiosa.	267
diaboli.	226	Quale cōsiliū, tales & cōsiliarij. ibi.	
Priuatīs hominibus non licet ex odio oc-		Quales fuerimus erga proximos, talis e-	
cidere.	56	rit nobis Deus.	35
Processus quales in die iudicij.	299	Quare in operibus bonis fructifican-	
Prodigiū & signū quomodo differūt.	236	dum.	276
Promissio Abrahæ facta diu ante legē.	119	<b>R</b> aca quid.	55
Promissio Christi non in multis facta,		Ratio reddenda de omnibus.	86
sed in vno.	ibid.	Rauo quo pacto nos cogat ad diligen-	
Promissio ex fide datur Christi.	121	dum.	188
Promissiones Dei pluribus dantur, in		Recōciliatio cum proximo necessaria.	57
paucis implentur.	216	eadem procrastinanda non est.	58
Promulgatio vel donatio legis & Euan-		Rectè quis audiat & loquatur.	115
gelij.	110	Redamandi æquitas.	4
Propheta bonus ac malus vnde agnosca-		Redemptio nulla ex inferno.	10
tur.	94	Remissio peccatorū magnum lucrū.	199
Prophetes verus parui momenti hodie		Regnum cælorum, ecclesia.	250
est.	195	Regnū Dei quid potestatis habeat.	272
Propheta duplex.	71	Regnum mundi caducum & tempora-	
Propheta falsi quomodo agnoscendi.	75	le continentium.	153
Propheta nō tantū verbis, sed etiā signis		Regnum Dei querere quid.	ibid.
externis futura mala expresserunt.	96	Regula viuendi.	44
Proverbium, periculosum ab Hierusa-		Regulus exemplum parentibus, vt soli-	
lem in Iericho descendere.	131	ci sint pro filiorum salute.	234
Proximus Iudæorum, quis ipsis purare-		Reguli fides puerilis. 230. infirma.	235
tur.	127	Religio catholica non verbis, sed rebus	
Proximus noster quis sit.	ibid.	constat.	78
Proximus qualiter diligendus.	67	Religionis Christianæ summa imitari	
Proximus quis.	133	quem colis.	38
Proximus vt diligendus.	3. & 15	Reliquiarum virtute multi ægri curan-	
Proximi vt sui ipsius amandi ratio.	177	tur.	286
Proximis afflictis inferendum.	116	Reprobatorum sententia durissima.	210
Proximis beneficiendum.	202	Resipiscētia, peccatorum salus.	27
Prudentiæ imitandæ exemplum.	90	Resurrectio carnis futura.	296
Prudentia mundanorum qualis.	91	Resurrectio Christi, sed i articulum con-	
Prudentia spiritualis, quæ.	274	firmat.	297

Reiur-



INDEX	
Resurrectio Christi probata.	102
Resurrectionis articulus nulla alia re melius intelligi potest, quam verbo ore Dei prolato.	103
Resurrectionis futuræ argumentum.	287
Resurrectionis memoria animos Christianos in tribulationibus corroborat.	
Rex noster Christus.	191 (264)
Retepiscatorium verbum Dei.	48
Retributio bonorum malorumque æquum districta.	10
Retributio operum in proximum colatorum futura.	36
Ruina populi sæpe ex culpa sacerdotum euenit.	100
Ruprura retis, errores, hæreses, & schismata.	49
Abbatum vt feriandum.	175
Sabbathi sanctificatio quàm ingrata diabolo.	176
Sabbathis licita per necessitatem, aliàs illicita.	ibid.
Sacerdotale munus.	274
Sacerdotium Iudaicum, ecclesiæ sacerdotij figura.	138
Sacramentis ecclesiæ externè vt non factis est.	82
Sadducæorum secta.	184 (189)
Salutaris res, humilis auditio verbi Dei.	
Samaritanus quare vocatus Christus.	129
Sanctificare Deum in corde quid sit.	43
Sancti in vita inuocandi.	11
Sanctorum exempla imitanda.	266
Sanctitas hypocritica.	127
Sanitas corporis fide aliena nonnunquam datur.	196
Sapere, intelligere ac providere quæ debeamus.	97
Sapientia quid.	274
Sapientia vino obumbratur.	205
Satan duplici via adurit nos.	21
Satanas hostis nobis infestus.	223
Satana in aliquod crimen præcipitai contemnendi non sunt.	143
Scientiæ sermo.	91
Scriptura non est humano ingenio interpretanda.	290
Scutum fidei.	227
Sectæ Iudaicorum tres.	184
Sementem vt feceris, sic metes.	146
Seminare in spiritu quid sit.	ibid.
Sententia formidabilis impiorum.	301
Sententia pronunciata in omnes cõtemptores Dei & ecclesiæ.	19
Sententia vltima piorum.	300
Sententia vltima placida & formidolosa.	303
Sepeliendi mos gentium.	160
Sepeliendorum funerum mos ex sacris literis probatur.	ibid.
Serpens in quo imitandus.	228
Seruire immunditiæ & iniquitati.	59
Seruitus duplex.	60
Seruitus peccati parit confusionem & desperationem.	61
Seruus quæ misit paterfamilias, quis.	17
Serui nuptiarum, qui.	210
Seruorum officium, quod.	38
Signum inhabitantis spiritus sancti in nobis.	71
Signa boni ac mali prophetæ agnoscendi.	94
Signa in exordio & legis & euangelij quasi sigilla.	235
Signa non fidelibus data, sed infidelibus.	ibid.
Signa quibus Deus Iudæos adducere volebat.	100
Silentium aliud laudatum, aliud illaudatum.	174
Silentij tutum præmiunt.	42
Simile de baptismo.	51
Simile perelegans. 170. 146. 180. 197. 202. 206. 209. 211. 222. 227. 243. 245. 259. 263. 267. 268. 271. 277. 287. 292. 301.	
Simulata æquitas, duplex est iniquitas.	
Simulatio nulla diuturna est.	75 (269)
Sobrium esse, & vigilare, quid.	21
Solicitudo abiicienda.	154
Solicitudinem & auaritiã Deus prohibuit, non prouidentiam & curam.	150
Sors pro electione.	279
Spangenbergi hæresis de penitentia.	2
Spes Christianorum.	183
Spiritalis pugna interquiescere non permittit.	134
Spiritalia nequitie, quæ.	216
Spiritus duplex, bonus, ac malus.	94
Spiritus renouandus, & caro mortificanda.	191
Spiritus sanctus cur detur in baptismo.	11
Spiritu obediendũ duplicè ob causam.	69
Spiritu ambulare quid.	133
Spiritu Dei qui ducantur.	70

Spiri-

ALPHABETICVS.

Spiritu viuere & ambulare, quid.	144	Tria scitu necessaria.	8
Sponsus Christus Dei filius.	209	Tria sunt quæ Christianorum animos in aduersis sustinent, ne succumbant.	43
Stabulati, apostoli, eorumque successores.	130	Tribulationis & persecutionis causa præcipua.	13
Stabulum quod.	ibid.	in Tribulatione Deus glorificandus.	25
Studia nostra omnia in nomine Domini exordienda.	46	in Tribulationibus fiducia in Deo habenda.	43
Studiorũ nostrorũ successus vnde.	ibid.	Trinitatis mysterium Pharisei non intelligebant.	109
Stulti, qui temporalia nimium curant.	154	Tutum silentij præmiunt.	42
Stulti quod non intelligunt rident.	285	Vana gloria in rebus bene gestis vitanda.	285
Superbia & ex bonis & ex malis facit damnus suum.	106	Variis modis nos vocat Deus.	167
Superbi de se magna præsumunt, de aliis exigua.	144	Venditio quid significet.	252
Superborum pena.	177	Ventres quare dicti falsi doctores.	261
Superflua in vsu pauperum seruanda.	66	Verbi Christi virtus.	285
Surdus & mutus, generis humani typus.	113	Verbũ Dei & miracula instrumenta sunt quibus Deus nos vocat ad fidem.	113
Surdi hoc seculo & muti.	ibid.	Verbum Dei immutabile.	216
Supererogatio quid.	131	Verbũ Dei sine signis sufficiat fidei.	235
Superstitionum quorundam præsumptio confunditur.	302	Verbi Dei energia quanta.	285
Susplicere Christi in calum, quid.	114	Verbi Dei neglectus quã perniciosus.	79
Suspiria Christi quo pertineant.	115	Verbi minister tria habere debet.	180
Tangere fimbriam vestimenti Domini.	282	Verbi ministris Paulus in quo imitandus.	243
Tauri occisi, altitia mastata, &c.	211	Verbum Dei & ecclesiam exhibere, e norme peccatum.	215
Tarditas humana in re animæ arguenda.	234	Verecundia in oratione multum placeat Deo.	106
Templa ad orandum aptiora, quàm ahaloca.	107	Veri cognitio mentibus hominum inserta.	128
Temulentia spiritus bona.	206	Veritas à mortuis non querenda.	12
Tenebræ exteriores, reproborum supplicia.	220	Veritas libere proferenda etiam si capitis periculum impendat.	270
Tenebræ interiores & exteriores quæ.	222	Veritatis potentia.	125
Tentare Deum quid sit.	81	Veritatis præcones semper molestati & molestandi.	213
Tentandi Christi per legisperitum occasio.	124	Veritatis verbum nunquam ab infestatione immune.	185
Tentationis exemplum.	284	Versutæ fraudesq; hæreticorum.	224
Tentationem perpetuam est, & ad salutem necessarium.	84	Vestis nuptialis.	219
Terrena Christianis tractanda nõ sũt.	264	Vestitus ornatus vbi reprehendendus.	6
Thesaurus euangelij ineffabilis.	208	Vicariis Christi quid muneris incumbat.	232
Tibicines quare adhibebantur funeribus virginum.	284	Victus & amictus nobis datur à Deo ad necessitatem, nõ ad superfluitatem.	66
Timor diffidentie abiiciendus.	48	Vidua plorat in morte vniuersi sui.	62
Trabs, graue peccatum, festuca, leue.	38	Vindicta, quid.	255
Transfigurari quid.	264	Vindictæ cupiditas quãtũ malum.	258
Transfigurationis historia.	289	Viduarum & pupillarum pater Christus.	162
Tria horribilia audiet, qui hic vocacionem Domini audire renuit.	88		
Tria requiruntur in audientibus.	180		

Vili-

Villicus non de fraude laudatus, sed de providentia. 90	Vivis ut mala desperationem, ita bona spem vitæ æternæ consequendæ gi- gnunt. 91
Vinum & oleum quæ intelligantur. 129	Vna fides Christianorum. 170
Vini vsus immoderatus quâ noxius. 204	Vnanimes omnes simus oportet. 40
Virtus diuina occultari non potest. 285	Vnitas membrorum ecclesiæ. 170
Virtutes Christianis maximè necessariæ dissipant diabolus & hæretici. 41	Vnitas qualis virtus. 160
Virtus omnis & robur nostrum à Deo. 277.	Vnus spiritus & vnum corpus eccle- siæ. ibid.
Virtutis diuinæ & humanæ discrimen. 224.	Vocatio Christianorum est seruire Deo & proximo. 61
in Virtutibus non gloriandum, sed in cruce. 115	Vocatio Dei multiplex. 85
Visitacionis tempus cognoscere quid sit. 99	Vocatio Dei quando fit. 256
Vita æterna gratuitum Dei donum. 62	Vocatio gentium. 218
Vita hominis Christiani, perpetua lu- cta. 123	Vocationem Dei hic audire reuens, tria horribilia audiet. 88
Vita nostra quomodo ad resurrectionē Christi componenda. 52	Vocationem suam gratiæ Dei Paulus ar- tribuit. 103
Vita præsens habet exercitium manda- torum, futura solarium. 88	Voluntatem Dei nemo implet sine eius agnitione. 275
	Vulnera, peccata. 129
	Vxorem & filios venundari quid. 254

*Liber hic cum suis annotationibus nihil habet S. Romanæ Ecclesiæ si  
dei contrarium aut Reipub. offensiuum: imo dignus est qui rursus  
imprimatur omnibus legendus. quod testor*

Sebastianus Baer Delphius Coll. Eccle-  
siæ S. Mariæ Hantuerpiensis Plebanus.



# DOMINICA PRIMA

POST TRINITATEM,

EPISTOLA.

**C**harissimi, Deus charitas est. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitum misit Deus in mundum, ut viuamus per eum. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Charissimi si sic Deus dilexit nos, & nos debemus alteru-  
trum diligere. Deum nemo vidit vnquam. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, et charitas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus quod in eo manemus & ipse in nobis, quoniam de Spiritu sancto dedit nobis. Et nos vidimus & testificamur, quoniam Pater misit Filium suum saluato-  
rem mundi. ut viuamus per eum. Quisquis confessus fuerit quoniam Ie-  
sus est filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo. Et nos cognoscimus, et credimus charitati, quam habet Deus in nobis. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo. In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, ut fiduciam habeamus in die iudicij, quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor penam habet. Qui autem timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo diligimus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum odit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus à Deo, ut qui diligit Deum, diligit & fratrem suum.



In hac Epistola declarat Ioannes tria, scitu  
omnino necessaria. Primo ostendit cha-  
ritatem Dei erga nos, cum ait: Deus charitas est.  
In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Fi-  
lium suum vnigenitum misit Deus in mundum, ut  
viuamus per eum. In hoc est charitas, non quasi nos  
dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, &  
misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris.

Triplici ratione conuincit Ioannes quanta charitate Deus nos dilexerit. Prima, quia charitas est, ideo naturale est illi dili-  
gere, sicut igni calefacere, ut speremus nos alia bona ab ipso  
Deo consecuturos meritis, quando immerentes ipse qui est  
amor, nos amare fuit dignatus. Hinc dixit elegantissimè Ber-  
nardus Christianis, qui anxij esse solent, num Deus ipsos amet:  
Nemo, inquit, diffidat amari, qui iam amat. Deus enim libenter  
a nostrum



nostrum subsequitur amorem quem præcessit.

Morte Christi mors nostra destructa.

Secunda ratio est, quia misit Filium suum unigenitum ut carnem assumeret, & nos redimeret per suam passionem & mortem, ut vivamus per ipsum. Antea eramus mortui: ipse autem sua morte temporali æternam mortem nostram destruxit, & vitam resurgendo nobis donavit. Hinc dixit elegantissime Fulgenius epist. 5. de charitate ad Eug. Deus qui nos prior dilexit, & dedit nobis charitatem, qua diligeretur à nobis sicut non habentibus, ipse eam, gratia præveniente, largitur: sicut nobis omnes reliquias mundanæ cupiditatis absumat, & nos spiritu ferventes in charitate perficiat.

Rom. 5.

Tertia ratio, In hoc sese prodit charitas Dei in nos, quia cum nos illum odio prosequeremur, ipse prior dilexit nos, ut quia iam per mortem Christi eramus resuscitati, per eandem mortem facta propitiatione, qui inimici eramus, deinceps reconciliati essemus amici. Hinc elegantissime dixit Paulus: Si cum inimici essemus, reconciliati sumus per mortem Filii eius, multò magis reconciliati, salvi erimus in vita ipsius. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.

Charitas res pretiosissima ratione obiecti.

Charitas est res pretiosissima ratione obiecti. Semper enim charitas respicit Deum ipsumque super omnia diligit. Et si aliquando aliquid diligit quod non sit Deus, diligit tamen id propter Deum, cum Deo, & in Deo, adeo ut sine Deo, & præter Deum, aut contra Deum minimè quicquam in mundo amaret, etiamsi parentes, filii, cognati, amici, divitiæ, honores, & angeli sint.

Itè ratione effectus.

Deinde pretiosissima est charitas ratione effectus. Tantæ enim est potentia, ut ex homine terreno & carnali constituat divinum & spirituale, qui unum sit cum Deo, & unus spiritus fiat cum eo: ita & cum ipso sit Deus, & ipse maneat in Deo. Magnam opus est fides, scientia, prudentia, donum linguarum, & cognitio mysteriorum Dei: sed fides sine operibus mortua est, Iac. 1. Scientia in fiat, charitas ædificat. 1. Cor. 8. Prudentia huius mundi stultitia est apud Deum. 1. Cor. 3. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, &c. 1. Cor. 13. Ne magnitudo revelationum, &c.

Charitas ceteris præstat virtutibus.

Ican 1. 1. Tim. 6.

Secundo docet B. Ioannes charitatem, quam debemus proximo, cum ait: *Charissimi si sic Deus dilexit nos, et nos debemus alterutrum diligere Deum nemo vidit unquam.* Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus quoniam in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de Spiritu suo dedit nobis, &c. Ex hac charitate, qua superius diximus Deum nos diligere,

gere,

gere, consequenter infertur, quod teneamur nos invicem diligere & mutua charitate prosequi, quod tali argumento probat Ioannes: Ratio postulat, & natura dicitur, ut nostri amorem redamemus: Deum autem qui nos prior dilexit, nemo vidit unquam, ob idque nemo est qui ipsum agnoscat ac diligit: quia in divina eius forma nullus unquam mortalium in hac vita eum vidit (intelligo de lege communi:) possumus tamen Deum cognoscere per notitiam alicuius effectus, quem ipse sua divina potentia, & admiranda virtute in nostris cordibus sit operatus. Nec est alius effectus, qui certius nobis testetur Deum habitare in nobis, quam dilectio proximi. Nam si diligamus invicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est, quamvis Deum nemo unquam viderit. Si aliquis scire cupit num Deum in ipso maneat, videat si proximum amet: quod si amat sincerè, confidat Deum in ipso, id est, in suo corde & spiritu manere, ut qui ille unicus sit qui in cordibus nostris per Spiritum sanctum diffundit illam charitatem, qua proximum diligimus. Et sic charitas Dei in nobis perfecta est: quia non tantum Deus non diligit, verum etiam sui, ac proximorum dilectores nos facit: in quo duplici amore univèrsa legis consistit perfectio, teste Christo Luc. 10.

Charitas proximo debemus propter Deum. Argumentum.

Est igitur nobis diligendus proximus. Primo, quia illa ratione possumus cognoscere Deum nobis amicū, & in nobis esse, & nos in ipso manere, hoc est, in eius gratia: & ipsum in nobis manere tanquam in hospicio sibi grato, & domo amici, & templo sibi preparato. Ratio quare hoc quod diximus, possumus sperare esse verum, est, quia dedit nobis de suo spiritu. Nam illa dilectio ac bonus affectus, quo proximum amamus, non est de nostro spiritu, sed de Spiritu sancto, qui diffundit charitatem Dei & proximi in cordibus nostris. Hinc est quod ex charitate, quam unusquisque nostrum cognoscit se habere in proximum, inferet, Deum habitare in corde suo.

Matth. 22 Proximus qua de re diligendus.

Secundo est nobis diligendus proximus ex hoc quod sequitur: *Et nos, inquit, vidimus, & testificamur quoniam Pater misit filium suum salvatorem mundi. Quisquis confessus fuerit quoniam Iesus est filius Dei, Deus in ipso manet, & ipse in Deo.* Ostendit quomodo ex fide etiam possumus cognoscere Deum in nobis esse. Quia, inquit Ioannes, nos Apostoli vidimus, siquidem illi conuiximus, & audiimus vocem Dei Patris in monte Thabor: rursum audiimus vocem Patris è celo missam, qua clarificavit Christum, ob idque hoc testificatur mundo, rem sic se habere. Quisquis igitur credens nostræ prædicationi, confessus fuerit Christum esse filium Dei. Deo consubstantiali, non autem filium fabri, is certo speret Deum in ipso manere, in ipso corde habitare, ad ipsum tanquam ad amicum diuersisse.

Ex fide cognoscimus Deum in nobis esse. Matth. 17. Ioan. 12.

a a Nam

Nam talem fidem ac confessionem non dedit natura, nec alia sciētia humana: sed Deus qui habitat in nobis, & illustrat mentes nostras, iuxta illud Marth. 16. Beatus es Simon Bar-iona, quia caro & sanguis non reuelavit tibi, sed Pater meus, &c.  
3 Tertio Apostolus concludit, probans nos debere amare Deum, cum ait: Nos ergo diligamus Deum, quoniā Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, et fratrem suum oderit mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus à Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Gratitude & æquitas diuina postulāt, ut nos diligamus Deū, ut qui prior dilexit nos: & ex puro amore, nō ex necessitate, sua bona nobis cōtribuit. Iustū est ergo ut amantē redamemus, & benefactorem tā gratiosum diligamus, idq; ex sincera charitate, nec alia ratione id fiet, quā si proximū (quod ipse iubet) diligamus. Nā mendax est, qui dixerit se Deū amare, & in proximū occultum gesserit odiū. Fieri enim non potest, ut proximū, quē videmus hominē nobis simīlē, vicinū, vitæ æternæ capacem, odio prosequamur: Deū verò, quē nunquā vidimus, diligamus. Nemo credat se Deū amare, si proximū oderit. Hoc tandē habemus in mādatis à Deo, ut qui diligit Deū, & proximū diligat.

Gratitudo & natura postulāt ut amantē redamemus.

Charitas viuificat fidem, reliquasque virtutes.

Debent ergo concionatores populum Christianum, in hoc nostro tam perturbato seculo, hoc præceptū de charitate Dei, & proximi studiosissimē proclamare: quando charitas est quæ viuificat fidē, ac reliquas virtutes, quibus iustificamur, ac de die in diem renouamur. Hanc charitatem prædicauit ad salutem necessariam Christus Luc. 10. Petrus 2. Pet. 2. Paulus ad Rom. cap. 13. & Ioannes in hac epistola. Hanc charitatem reiiciunt hæretici: ideo in Deo non manent, neque Deus in ipsis.

Dogmata in hac Epistola.

- 1 Charitas, non sola fides, foras mittit timorem.
- 2 Charitas, non sola fides, vitam animabus nostris confert.
- 3 Ad salutem est necessaria dilectio Dei & proximi, nec desinit Ioannes solam fidem sufficere.

EPILOGVS.

Consolatorium, quod Deus est charitas. Benedictio in cōmoda

1 Mirè consolatorium, quod Deum charitatem vocat: quo sermone, cetero, quod, arctissimo vinculo nos constringit, ut nunquam diuellamur nec distrabamur ab eo, qui tam impensè nos diligit. Et præceptum habemus, ut qui diligimus Deum, diligamus et proximum.  
2 Conmoda benedictio mensæ, Deus charitas est, etc. ut charitatis non simus immemores, sic omnia in adificationem instituamus, siue ederimus, siue biberimus, contra vulgatissimū oblocutionis scelus, à quo Christianus abhorreat, et dicat, Christus noster cibus sit, et fides noster potus, lati bibamus sobriam ebrietatem spiritus,

3 Parænesis necessaria, Sic nos geramus, ut fiduciam habeamus in die iudicij, nec pudeamus ab eo in aduentu eius. Nam quis sustinebit hæc tonitrua? viscedite à me operarij iniquitatis, Non noui vos: Ite maledicti in ignem æternum. Vest ergo nuptiali nos ornemus, Apoc. 3. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, &c.

Parænesis necessaria. Luc. 13. Matth. 25. & 22.

DOMINICA EADEM, EVANGELIUM.

IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis & turbis Iudeorum: Homo quidam dixerat erat, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendē. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus, cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius. Factum est autem ut moreretur mendicus & portaretur ab Angelis in sinum Abraham. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu eius, & ipse clamans dixit, Pater Abraham, miserere mei. & mitte Lazarum ut intingat extremū digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam quia crucior in hac sitima. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recipisti bona in vita tua & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris. Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnū firmatum est, ut hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transire. Et ait: Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres, ut testetur illis ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham: Habent Moysen & Prophetas, audiāt illos. At ille dixit, Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis iret ad eos, penitentiam agent. Ait autem illi: Si Moysen & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

Luc. 16.

Hoc Euangelium loquitur de duobus hominibus, diuite & mendico. Prou. 22. Diues & pauper obuiauerunt sibi, unusque operator est Dominus, & indicat tria. Primò quomodo vixerunt.

1 Describit autē Euāgelista primo loco diuitis vitā, tanquā arborem infrugiferam, & hominē impium, immisericordem, inexorabilem, in quo nulla fides, nulla relaxit charitas, cuius fructus erant, quod induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendē.

Vita huius diuitis ut arbor infrugifera.

Homo quidam erat diues, magni nominis apud homines, apud Deum verò obscurus & ignotus, quātum ad approbationem. Hierem. 17. Recedentes à re in terra scribentur, quam dilexerunt scilicet & quæsierunt. Vnde per Psalm. dicit. Nec memor ero nominum eorū per labia mea. Iustum quippe est qui Deū in suis membris non agnoscunt, ab ipso non agnoscantur.

Diues impius apud Deum ignotus, Psalm. 15. Matth. 25.

Diues erat, cui nihil deesse videbatur ad absolutam huius mundi



*Diuitie nō  
semper cri-  
minose ni-  
si accedat  
luxus &  
abusus.*

*Vestium or-  
natus re-  
prehenden-  
dus ob pre-  
tiositatem.  
Distū Ber-  
nardi egre-  
gium.*

*Rom. 13.  
Luxus e. iū  
reprehen-  
dendus.*

*Mendici vi-  
ta vt arbor  
frugifera.*

*Lazarus in-  
terpretatur  
adiutus.*

mundi felicitatem. Neque tamen quia diues, ideo reprobatus est, nec quia malè, vt furto, fraude, aut vsuris diuitias congesterat. quia nec omnis est sancta paupertas, nec omnes diuitie criminose: sed vt luxuria infamat diuitias, ita paupertatem sanctitas commendat: sed quia omnino dissolurus erat, purpura & bysso induebatur, & præterea omnibus delitijs vacabat, ambitioni deseruiens & voluptati. Fuit enim diues hic sibi prodigus, pauperibus vero tam auarus, tam impius & immisericors, vt canes multo mitiores apparuerint.

Reprehenditur in eo vestium ornatus ob pretiositatem, quia nec Rex, nec Princeps fuit, ad quos purpura spectat. Lucæ 7. Ecce qui in veste pretiosa sunt, in domibus regum sunt. Indignum qui ppe videtur miserum cadauer veste pretiosa adornari, de cuius pretio multi possent pauperes adiuuari. Deinde superfluitas, de qua Bernardus: Nudi clamant, famelici conueniuntur, nobis fame & frigore laborantibus, quid conferunt tot mutatoria in perticis, vel multiplicata in cistis? Vide Iac. 5. Hinc Luc. 3. Admonet Baptista, Qui habet duas tunicas, det non habenti. nam teste Hieronymo, aliena raperè conuincitur, qui ultra necessitatem sibi retinere comprobatur.

Tertio, curiositas, quia Boëtius dicit, Oportet quem de lana gloriari, & vermen de serico, non hominem. Eccl. 11. In vestitu ne glorieris vnquam. vide Isa. 3. & Sophon. 1. Quattro, molities. Nam bysso utebatur ad voluptatem carnis, contra quam Paulus, Carnis curam ne feceritis in desiderijs. 1. Pet. 2.

Reprehenditur præterea in hoc diuite luxus: quia ne quid deesset ad oblectamentum corporis, comessabatur, & hoc quotidie: nec mediocriter, sed magnificè, & ambitioni seruiens: & luxuriæ, & voluptati, ventrem pro Deo colebat: quod vitium Dei obliuionem illi induxit, Ose. 13. & Exod. 32. O quot his vicijs & Deum offenderunt, & naturam, quæ paucis contèta est. Roman. 8. Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Et Eccles. 37. Noli auidus esse in omni epulatione, &c. In multis enim esens erit infirmitas, &c. Luc. 21. Attendite ne corda vestra grauentur crapula & ebrietate.

Aggrauabatur quoque peccatum huius, quia naturalis pietatis oblitus, pauperi non subuenit, cum iuxta Sapient. Omne animal diligat simile sibi, &c. Eccles. 13.

Describit deinde Euangelista mendici vitam tanquam arborem frugiferam, & hominem pium, qui suam paupertatem, famem, & crucem à Deo sibi impositam patienter tulit: cuius fructus erant, quod fuit vlcerosus, & tam famelicus, vt cupierit satiari de micis cadentibus de mensa diuitis.

Erat huic multum dissimilis medicus quidam, inquit Saluator, obscurus & ignotus apud homines, sed clarus & notus apud

Domi-

Dominū, cui nomē Lazarus, quod interpretatur adiutus: quia destitutus ab hominibus, sed adiutorem habuit Deum, id attestante Psal. 71. Animas pauperum saluas faciet: Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorū coram illo. Sic quoque ad Moysen dixisse legitur, Te ipsum nō ex nomine inuenisti enim gratiam coram me. Item Prou. 10. dicitur, Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescet. Ambrosius infert ex hoc, quod pauperem nomine notat, rem gestam Christum narrare.

Nemo putet propter vtilitatem pauperum Deū fecisse diuites, quos sine diuitibus pascere posset, sicut Heliam, 3. Reg. 17. & filios Israëli, Exod. 16. Deut. 8. sed propter vtilitatem diuitū fecit pauperes, qui aliàs infructuosi essent, & steriles sicut granum non seminatum. Vnde Dominus monuit Ioan. 12. Marc. 14. Pauperes semper habebitis vobiscum, & cum voleritis, potestis illis benefacere.

Huic pauperi mendico nec domus erat, nec cibus, nec vestis, ac ne corporis quidem prospera valerudo. Iacebat vehementer infirmus ante vestibulum domus, bis miser, quare impium ei non subuenire. Nec admissus est vlcerosus intra domum, ne funesto spectaculo contristaret oculos vnde quaque lauti conuiuij. Accessit ad miseriam cumulum fames, intolerabile malum. siquidem minima petijt, micæ quæ de mensa cadebant, scilicet, sed non erat qui daret, cum canes illinc essent panibus saturi. Secundum enim iudicem populū, sic & ministri eius, Eccles. 10. & Rex impius omnes ministros habet impios.

Pensandū hic est, conditor noster omnia quæta cōsideratione dispēsat. in vna re duo iudicia exhibuit. Dū enim egenum & vlceratū ante ianuā diuitis (vt ante oculos esset) & delicijs affluentis posuit, in vna eademque re & ex visione pauperis, non misererenti diuiti cumulum damnationis intulit, & rursus ex visione diuitis tentatū quotidie pauperem probauit: cui certè ad pœnam sufficeret paupertas, etiā si sanus fuisset: & rursus suffecisset ægritudo, etiā si subsidium adesset: sed vt probaretur amplius, simul hunc & ægritudo, & paupertas tabefecit: atque in super vidit procedentē diuitē obsequentibus cuneis circumfuciri, & se in infirmitate & inopia à nullo visitari. Sed nunquid in tantis malis blasphemabat? num conuitiabatur? num incessebat luxum diuitis? nū inhumanitatem cōdemnabat? Nihil horum: sed fortis erat & magnæ philosophiæ. Fuit enim Lazarus tam modestus, vt cum prætereuntes corrugarēt frontem, nihil tamen turbaretur, nec in Deum murmuraret.

Sed canes veniebant, & lingebat vlcera eius. Immisericordiā hominum damnabant canes vlcera lambentes. O feralem hominum crudelitatem: Auis, sociatur auibus, pecus pecoribus,

*Exod. 33.*

*Diuites si-  
ne pauperi-  
bus steri-  
les et in-  
fructuosi  
vt granū  
non semi-  
natum.*

*Prouer. 29  
Conditor  
noster in  
vna re  
duo iudi-  
cia exhi-  
bit.*

*Canes lin-  
gentes vl-  
cera dāna-  
bant homi-  
num immi-  
sericordiā.*

1. cap. 3.

piscis piscibus: solus tu homo cōsortem excludis, & feras includis: parietē vestis auro, & pauperes nudas vestimēto, pauper panem petit & non accipit, & equus tuus aurum sub dentibus mandit. Audi quid beatus Ioannes dicat: Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?

Mors mendici gaudio plena.

2 Secundo indicat præsens Euangelium quomodo mortui sunt. Describit namque Euangelista diuitis & mendici mortem. Mors mendici fuit læta & gaudio plena. Nam cum moreretur Lazarus mendicus, deportatus est in sinum Abrahamæ, in æterna gaudia, positus extra omnem fortunæ aleam. Parœcia namque iustorum est cælum, quo angeli ipsos deducunt. sunt enim huius parœciæ ministri.

Parœcia iustorum cælum.

Fœlicitas hominum non æstimanda ex his quæ in hac vita contingunt

Mors diuitibus finis omnium voluptatum, afflictio omnium dolorum terminus.

Abrahæ sinus limbus loci gloriæ.

Prouer. 1. diues mortuus duplici morie.

Diues quomodo sepultus.

Quis non iudicasset diuitem ill absolutum exemplar fœlicitatis, & hūc Lazarum exemplar infœlicitatis extreme? Sed nequaquam ex his quæ contingunt in hac vita, æstimanda est hominis fœlicitas. Beatum dixerūt populum cui hæc sunt, sed beatus populus cuius Dominus Deus eius, Psal. 143. Subito rerū vices inuersæ sunt. Mors epim omnibus imminēs, vt diuitibus finis est omnium voluptatum, ita afflictis terminus est omnium dolorum. Factū est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahamæ. Lazarus, qui neglectus erat ab hominibus dum viueret, mortuus ab angelis deportatus est in sinū Abrahamæ. Hoc honore dignatus est eum Deus, quem diues non dignabatur recto suo. Apocal. 14. Beati mortui qui in Domino moriūtur. Sufficiebat quidem ad deportandum vnus angelus: sed propterea plures veniunt, vt chorū lætitię faciāt.

Sinus Abrahamæ, qui ante passionem Domini limbus erat, requies nunc est æterna: secundum id, quod requies per absentiam omnis mali, sic fuit limbus: sed prout dicit super hoc præsentiam omnis boni, sic est locus gloriæ, ad quem animas defunctorum optamus peruenire. Dicitur Abrahamæ sinus, quia pater credentium appellatur: in quo qui ex fide eius fuerunt, in aduentum Christi seruabantur.

Mortuus est autem et diues. Mors quippe sceptrum ligonibus æquat. Nec proderunt diuitiæ in die vindictæ. Mors ergo omnium cōmunis solū docet diuites hoc, quod homines sunt quædam admodum cæteri. Mortuus est diues morte naturæ & gehēne, qui antè mortuus fuit morte culpæ. Psalm. 33. Mors peccatorū pessima. Mortuo enim homine impio, nulla erit vltra spes, Prouerb. 11. Huius ergo mors horrenda fuit & terribilis. Nā cum moreretur diues, sepultus est quoad corpus, cum solemnī pompa, & hoc in eminentiori illius seculi loco: sed anima eius sepulta est in inferno, in cimiterio & parœcia satanę, vbi nulla

spes

spes redemptionis. Parœcia dæmonum est infernus, eius ministri sunt dæmones: qualis parochus, tales habebit deportatores, tale habebit & sepulchrum. Matth. 25. Ire maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.

3 Tertiò continet præsens Euangelium quale præmiū post mortem consequuti sunt: & describit Euangelista primū mendici subsequutum præmiū, nempe sinum Abrahamæ. Nam qui in summa paupertate & mœstitia vixit, cui nec honor sepulturæ habitus est, iam perpetuo gaudio fruitur in sinu Abrahamæ, in æterna vita, quam in mercedem iustam suorum laborum accepit.

Præmiū mendici post mortē sinus Abrahamæ.

2. Tim. 4. Præmiū diuitis infernus.

Deinde etiam describit diuitis subsequutum præmiū, nempe infernum. Nam qui tunc in summa rerum copia floruit, iam extrema inopia laborat: ita vt viso Abrahamo & Lazaro in sinu eius, petierit guttam aquæ frigide, insuę linguæ refrigerium: sed audit, *Fili recordare, &c.*

Sic namque habet textus: *In inferno eleuās oculos suos cum esset in tormentis, nam oculos, quos culpa clauerat, pœna aperiebat. Isa. 28. Tantummodo vexatio dabit intellectum auditui. Vidit Abraham à longè et Lazarum in sinu eius. Sicut pauperi, dum viueret, grauiorem faciebat pœnam, iacere ante ianuam diuitis, & alia bona perspicere: sic diuiti mortuo augebat pœnam in gehenna prospectus delectationis Lazari. Quemamodum enim Dominus eiecit Adam è regione paradisi collocavit, vt continuò aspectans, sentiret à quantis bonis excidisset; sic, & illum in grauibus tormentis, vbi non minus durè tractabatur rerum suauium inopia, & omnium malorum copia, quàm in vita se tractauerat molliter, condemnauit in conspectu Lazari. Sap. 5. Stabunt iusti, &c.*

Genes. 3.

*Pater Abraham, inquit, miserere mei.* Patrem inuocabat, quem imitari in hospitalitate noluit, Ioan. 8. Insuper misericordiam stultus petijt, qui nec sui, nec aliorū misertus fuit. Prouer. 21. *Qui obturat aures suas ad clamorem pauperis, clamabit & ipse & non exaudietur: sed iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecit misericordiam.*

Luc. 2.

*Et mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Non enim pœnitent dānati de peccatis, inquantū sunt Dei offensiuā, turpia & iniusta: sed vt sunt eis causa tanti supplicij. Vnde nō ait: *Miserere mei, quia peccavi: sed, quia crucior in hac flamma.* In diuersis positus est tormētis, sicut fuerat in diuersis peccatis. Peccauerat in diuitiarū vbertate, hinc positus est in summa egestate, vt nec aquæ guttā impetret: in linguæ edacitate, quam sequitur loquacitas: & quia in conuiuando magis loquacitate peccauerat, vt dicit Chrysostomus, in lingua grauius ardebat. Sa-

Dānati quo pacto pœnitent.

Peccatis diuersis succedunt diuersa tormēta



piet. 11. Per quæ quis peccat, per hæc & punietur. Apocal. 18. Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tatum date illi tormentum & luctum.

*Retributio bonorum malorum - que actuum districta.*

O quanta est subtilitas iudiciorum Dei, quam districtè agitur bonorum actuum malorumque retributio. Diues eum cui in hac vita misereri noluit, in suo iam supplicio positus, patrum quærit. Guttâ aquæ petijt, nec habebit, qui micæ pauperi negauit. Vnde dixit illi Abrahâ: *Fili recordare quia recepisti bona in vita tua.* agnosce ergo rerum vices iam iuuè mutatas. Et *Lazarus similiter mala. Nunc autem hic cõsolatur, tu verò cruciaris.* Sèntentia ista pauore indiget magis, quam expositione. Nam si quæ bona agimus, timendum ne bonis prosperè succedentibus remuneremur: vnde diues iste indicatur boni aliquid habuisse, ex quo in hac vita bona receperit: & Lazarus malū habuisse aliquod, quod purgaretur. Sed mala Lazari purgauit ignis inopiæ: & bona diuitis remunerauit fœlicitas transeuntis vitæ. Illū paupertas afflixit & torfit, istum abundantia remunerauit & reppulit. Nunc verò inuersis rerū vicibus, hic post afflictiones patiēter toleratas resocillatur: tu verò post delicias, quibus te malè oblectasti, meritò cruciaris. Pro superbis ædibus habes tartarum, pro delicijs cruciatum æternum, pro iocis & cantionibus perennem eiularum. Isa. 65. Hæc dicit Dominus: Ecce serui mei comedēt, & vos esuriētis: ecce serui mei bibent, & vos sitietis: ecce serui mei lætabuntur, & vos cõfundemini: ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus ululabitis. Si ergo ægotamus, si pauperes sumus, gaudeamus, accipiam⁹ mala in vita nostra, vt postea recipiamus bona. Eligamus potius nunc cū Mose & populo Dei affligi, quam tēporalis peccati habere iucunditatē, Heb. 11. Non enim sunt condignæ passionēs huius temporis ad futurā gloriā, quæ reuelabitur in nobis. Rom. 8. Addit Abraham: *Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnū firmatum est, vt hi qui volunt hinc transire ad vos, nō possint, neque inde huc transmeare.* Ostēdit quòd non debeat adiuuari, nunc consequenter quòd non possit. q. d. Super hæc omnia deploratio est vestra calamitas, quòd ingēs hiatus nos dirimit, posteaquam incommutabili Dei sentētia, sua quibusque sedes designata est. Videre possumus, transmeare non possumus: nos videmus quod fugimus, vos videtis quod perdidistis. Summa, In inferno nulla est redēptio. Mortuo enim homine impio, nulla erit vltra spes, Prouerb. 11.

*Afflictio vilis.*

*Nulla in inferno redēptio.*

*Experta calamitas sero facit doctorem iustitiam.*

*Sero sapiūt Phryges. et piscator illis sapit.*

Et ait diues. *Rogo te pater Abraham, vt mittas eum in domū patris mei, habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne et ipsi veniāt in locum hunc tormentorum.* Experta calamitas sero iam eum fecit & supplicem & doctorem. Nam modò tempus est meriti, Gal. 6.

2. Cor.

2. Corint. 6. sed licet! Dedit ei Deus locum pœnitentię: sed ipse abusus fuit eo in superbia, Iob 24. In cælo locus est præmij, Matth. 5. In inferno locus est tormenti, Iob 10. Nec charitate, sed timore pœnæ petit, ne tali consortio cresceret etiam misero mali sensus. Nam vt peccatores in supplicio amplius puniantur, & eorum vident gloriam quos contempserunt, & de illorum etiā pœna torquentur, quos inutiliter amauerunt, sicut testatur Gregor. Peccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabesceat, desiderium peccatorum peribit.

*Psal. 111*

Ait illi Abraham: Nihil necesse est hac gratia Lazarum auocari à quiete sua. Fratres tui si voluerint esse frugi, habent Moysen & prophetas, qui in suis libris illis loquantur.

At ille dixit, *Non, pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent.* Quia ipse Dei verba despexerat, hæc audire non posse suos sequaces æstimabat, dicens: Si quis ex mortuis certa renuntiet, quam dira patiantur hîc qui illic vitam meo exemplo transigunt, quod ferè omnes faciunt diuites, respiciunt, seseque reponent ad meliorem frugem ex inconsuetâ apparitione & exhortatione fortius animati. O quot sunt tales qui dicunt: Quis venit ex inferno renuntians quid illie agatur? Sed isti sunt pretextus eorum, qui nunquam volunt quod malè amant, relinquere.

Ait autem Abraham, *Si Moysen & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.* quasi dicat: Maior est Moysis & prophetarum auctoritas, quam mortui alicuius. Ioan. 5. Si crederetis Moysi, crederetis vtiq; & mihi. Causarentur enim phantasma esse, aut dæmonium Iudæi scripturas de Christo audientes, neque mortuis resurgentibus crediderunt. Nam Lazarum fratrem Marthæ occidere voluerunt, Ioan. 12. Et quia non verè crediderunt Moysi & prophetis, hodie quoque Christo è sepulchro reddito, & ad dexteram Patris confidenti reclamant. Nihil ergo est in hoc diuite, quod possit ei patrocinari. Omnia enim argumenta defensionis hîc diuuntur, omnesq; viæ præcluduntur, ita vt nihil prorsus sit reliquū, quod possit diues in excusationem adducere. Nam si dixerit, Tanta fuit mendicorum multitudo, vt nemo potuerit omnibus auxiliari. Euangelista contra ait, Erat quidam mendicus, non multi. Si dixerit, non noui eum: Euangelista contra ait, Lazarus vel Eleazar. Si dixerit, accepisset fortassis stipē, si non aliò se recepisset: contra ait Euangelista, Iacebat ad ianuam eius. Si dicere velit, Non adeo ægotus fuit, potuisset operando manibus victum quærere: contra id dicitur, Erat vlcibus plenus. Si etiam dicere voluisset, Non magna premebarur fame: contra id quoque dicitur, Cupiebat satari de micis cadentibus de mensa diuitis. Sic omnes purgandi rationes tollit Euangelista, diuitemque facino-

*Auctoritas Moysi & prophetarū maior mortuorū auctoritate.*

*Diuiti nulla defensionis reliqua argumenta.*

Iob 9.

Mirabilis  
mundi cur-  
sus, varia-  
q, hominū  
fortuna.Veritas à  
mortuis nō  
quærenda.Sancti in  
vita inuo-  
candi.Ad dāna-  
tionē eua-  
dendā sum-  
mum est  
studiū ad-  
hibendum.  
Matth. 25.Exemplum  
increduli-  
tatis in di-  
nite.Doctrina  
aduersus  
Epicureos.Vana veri-  
tatis expe-  
ctatio à  
mortuis.

facinorosum conuictum damnat, vt hominem impium, & ab omni humilitate alienissimum. Docemur hinc in die iudicij malos tanta æquitate iudicandos, vt vel minimæ defensionis non sit locus futurus. Si voluerit homo contendere cum Deo, non poterit ei respondere vnum pro mille.

1 Historia euangelica primo depingit nobis mirabile mundi cursum, variamque filiorum hominum fortunam, quorum alij sunt diuites, alij mendici: alij viuunt in omni rerum copia, alij squalescunt inopia summa: alius ridet, alius flet, alius gaudet, alius luget, hoc est mundi curriculum. Sed neque illi sunt dicendi felices, neque isti miseri, quoadusque veniat dies ille, qui illuminabit abscondita tenebrarum, &c. 1. Cor. 4.

2 Docet quòd non debeamus à mortuis veritatem quærere, Deut. 18. Non inueniatur qui consulat Pythones & diuinos, & quærat à mortuis veritatem. Debent enim Christiani credere scripturis sacris, & catholicis concionatoribus.

3 Docet sanctos inuocandos, sed in hac vita. Nam si iam eos inuocemus, iuuare poterunt, quemadmodum pater in Mose Exod. 32. Recordare Abraham, Isaac, & Israel seruatorum, &c. Sic orat Azarias Daniel. 3. missus in fornacem ignis ardentis. Ne quæsumus, &c. 2. Mach. 15.

4 Docet quòd pius & catholicus homo, siue pauper sit, siue diues, debeat summum studium adhibere, vt bonis operibus vitam æternam promereatur, & æternam damnationem euadat. Datur enim æterna vita in mercedem operibus bonis in proximum ex charitate collatis: redditur vero æterna damnatio malis. Opera enim in die iudicij iudicaturus & requisiturus est Christus, iustus iudex.

## EPILOGVS.

1 Exemplum incredulitatis in diuite epulone, viuente in voluntate gentium in lasciujs, concupiscētijs, vino, lentijs, comestationibus, et in im-miseriordia. Talem vitam sequitur æterna damnatio, Gal. 5. Ephes. 5. Apocal. 21. Exemplum fidei in Lazaro viuente, quod superaret tēpus in voluntate Dei, summam pauperiem æquanimiter perferente, hic adiutorem Deum habuit, & sinus Abrabæ, hoc est, secreta cuiusdam quietis habitatio huic contigit.

2 Doctrina aduersus animalia ventris Epicureos Christianos, qui volunt hic implere ventrem & alibi mentem, et à delitijs transire ad delitias, nemo erret, Deus nō irridetur. Hinc Luc. 6 cap. Væ vobis diuitibus, qui hic habetis consolationem vestram. Væ qui saturati estis, quia esurietis. Væ qui ridetis nunc, quia lugebitis et flebitis etc.

3 Vana est veritatis expectatio à mortuis, et de statu defunctorū certificatio: Mosen et prophetas audire cōuenit: et Christum perfectionē legis et prophetarum qui non audierit, exterminetur à populo, Act. 3. Deut. 18.

DOMI-

DOMINICA SECUNDA POST  
TRINITATEM, EPISTOLA.

**C**harissimi, Nolite mirari, fratres, si odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniā diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quoniā omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animā suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animam ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clausit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Filii mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate.

**I**n hac epistola D. Ioānes nobis proponit tria, 1. Primo declarat quæ sit causa præcipua tribulationis & persecutionis Christianorum, & cōsolatur eos in cruce & persecutione, cum ait: Nolite mirari, fratres, si odit vos mūdus. q. d. Qui verus Christianus est, nō debet mirari si mundus, hoc est, mundani homines, ipsum odio prosequatur: quippe quia diuersa est prorsus eorū affectio. Nam Christiani mundū contēnunt cum eius pompis: mundani verò amant mundū cum ipsius gloria & vanitatibus. Hinc est quod mundus suos contemptores odio habeat, persequatur, affligat, ac variis calamitatibus affectos ad mortē, etiā trahat. Sic Christum, Apostolos, discipulos, ecclesiam, martyres, virgines, religiosos, sacramenta ac pietatem odio prosequentes, sustulerunt è medio. Hos cōsolatur Christus, dicens: Nolite mirari si mundus vos odit, quia me prius odio habuit. Et Ioan. 15. Si de mundo fuissetis, mundus quod suū erat, diligeret: quia ego elegi vos de mūdo, propterea vos odit mundus.

Nihilominus verus Christianus debet fidem, charitatem, spem, verbum, nomen, ecclesiam, religionem, & gloriam corde credere ad iustitiam, & ore liberè confiteri ad salutem. Cogitet se non victurum in hoc seculo molliter, tanquam in paradiso aut in cælo: sed expositum variis afflictionibus. Exemplo sunt Abel, propter Deum interemptus, Genes. 4. Abraham, propter Deum exul, Genes. 12. Dauid à Saule persequutus, 1. Reg. 18. Prophetæ lapidati, secti, occisi, Hebr. 11. Apostoli propter Deum trucidati, Act. 12. & Christus crucifixus.

Nec hodie quidem viuunt Abel, qui non habeat suū Cainum: nec Isaac, qui non suum habeat Ismaelem: nec Iacob, qui non suum Esau habeat: atque Dauid suum Saulem: Elias Achab: Ioannes Herodem: Petrus Simonem: Paulus Neronem: Apostolus tyrannum, & Christus Pilatum habeant.

Et adhuc inter impios, & pios Christianos capitale odium est, idq; Deus permittit nostræ salutis gratia. Nam ipsa re experimur, nos superbiores, pigriores ac deteriores fieri, cū omnia nobis

1. Ioan. 3.

Causa tri-  
bulationis,  
& pe-secu-  
tionis quæ.Afflictio-  
nibus om-  
nes expositi  
sumus.Odium in-  
ter pios &  
impios est  
capitale et  
perpetuū.



In summis periculis ad Deum confugiendum.

Beneficium dilectionis

Charitas vita eterna

Odiū mors animæ.

Præceptum Dei non opus, sed affectum requirit.

nobis eueniunt prospera : cum verò necessitates vrgent, sum-  
misque in periculis versamur, & grauius affligimur, ad Deum  
confugimus, vt opem ferat.

2 Secundo Apostolus ostendit fructus fraternæ charitatis, &  
damna odij fraterni, cum ait: *Nos scimus quoniam translati sumus  
de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in  
morte: omnis qui odit fratrem suum, homicida est: & scitis quoniã omnis  
homicida non habet vitã eternam in semetipso manentem. q. d. Nos sci-  
mus (id est, scire debemus) quod translati sumus per baptismum  
de morte peccati ad vitam gratiæ, sed vnde hoc scire aut spera-  
re queamus? Ex eo quod diligimus fratres. Dilectio hoc benefi-  
cium præstat nobis, vt per ipsam sciamus nũ anima nostra sit  
mortua, an viua. Nam fraterna charitas non est opus hominis,  
sed donum Spiritus-sancti, vnde illa dilectio nobis infusa est.*

Ergo vbi charitas fraterna viget, ibi vita æterna. Est enim  
charitas quæ viuificat animas nostras, non autem sola fides. Et  
vbi odium fraternum & malus animus viget, ibi mors æterna.  
Nam odium est mors animæ: sicut charitas proximi eandem  
viuificat. Ergo omnes qui amant Deum & proximum, viuunt  
anima & corpore. Anima enim viuificat corpus, & charitas  
animam. & omnis qui odit fratrem suum, homicida est: occidit  
enim seipsum fraterno odio, non cultro, nō gladio, sed liuore.

In quorum itaq; cordibus regnat charitas, in iisdem domi-  
natur Deus: quos necessario comitatur, vita, veritas, iustitia, fi-  
des, charitas, spes, & alia innumera bona. At in quorũ cordibus  
regnat odium, in iisdem dominatur satan: quos necessario comi-  
tantur, infidelitas, cupiditas, falsitas, error, odium, & mors.

Præcepta Dei requirunt non tantum opus externum, sed in-  
timos cordis affectus. Lex enim spiritualis est.

*Dogmata hinc statuenda.*

- 1 Charitas est quæ nos transfert de morte peccati ad vitam gratiæ.
- 2 Dilectio proximi est certũ indicium, quod sit Deus in nobis.
- 3 Odium fraternum occidit animam.
- 4 Omnes ocores fratrum suorum non habituros æternam vitam, vt qui homicidæ sint.
- 3 Tertio proponit hęc Apost. exemplum Christi, qui pro nobis animam suam posuit, cum ait: *In hoc cognouimus charitatẽ Dei, quoniam ille animã suam pro nobis posuit: et nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiã mundi huius, et viderit fratrem suum necesse habere, et clausit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Filii mei, nõ diligamus verbo neq; lingua, sed opere et veritate. q. d. Sicuti Christus pro nobis animam suã posuit, & sanguinẽ suũ fudit, ita & nos debemus pro fratribus vitã ponere.*

Con-

Consistit autem fraterna charitas in duabus rebus, scilicet, *Charitas vt fratri & proximo inferuiamus, auxiliemur in omnibus necessitatibus, & de omnibus facultatibus nostris suppeditemus, nõ ne lingua & verbis tantum videamur diligere, sed etiam opere & veritate.*

Deinde consistit fraterna charitas in hoc, vt si necessitas poposcerit, etiam pro fratribus & pro salute animarum eorundem nostram vitam ponere debeamus, quando speramus nos non esse in peccato mortali.

Sed, o bone Deus, quid proximi causa faceremus, qui non libenter propter Deum & proximum frustrum panis impertimur? vilissimũ obolum largimur? nec leue conuiuium pauçer toleramus? Sumus Christiani verbo & lingua, nõ re. Quomodo enim potest esse verus Christianus, qui magistrũ suũ Christum, doctrinam magistrũ sui, & exemplum Christi, & aliorum sanctorũ non sequitur, nec seruat, nec imitatur? Est autẽ præceptum Dei Patris, Diliges proximum tuũ sicut teipsum, Leuit. 19. Præceptum Christi est, Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, Ioan. 13. Præceptum Ioãnis, Qui dicit se in luce esse, &c. r. Ioã. 1. & præceptum Pauli est, Qui diligit proximum, legem impleuit, Rom. 13. Viderint ergo hi qui proximo conuiuantur, maledicunt, criminantur, falso detrahunt, & mala precantur, ijs etiam à quibus nunquam sunt læsi, quum inimicos quoq; debeant diligere & pro eis orare: vident quoque hi qui proximi sanguinem & medullam exugunt, sudores & substantiam deuorant, & facultates per fraudes, dolos, verfutias, & tyrãnidem eripiunt, cum potius miseris patrocinari, consolari & auxiliari deberent. In hos nõ malè quadrant prouerbia, Homo homini lupus, homo homini diabolus.

Concludit ergo Ioannes: Filii, ne diligamus verbo neque lingua tantum, quæ charitas est fucata, ducens ad inferos: sed diligamus opere & veritate, quæ est charitas vera, perducens ad superos, in gloriam Patris, in vitam æternam. Amen.

EPILOGVS.

- 1 Mundi nomine sepe vniuersa Ecclesia intelligitur, vt Ioan. 2. Nõ venit Filius hominis vt iudicet mundũ, sed vt seruetur mundus per eũ. Itẽ in presenti loco, pro hominibus voluptati & impietati deditis, qui mundus odit Christi discipulos.
- 2 Encomion dilectionis fraternæ, quæ transfert de morte ad vitam: Et qui non diligit fratrem, manet in morte.
- 3 Doctrina de diligendo proximo non verbo nec lingua sed opere & veritate in distribuenda mundi substantia in eentes. Quare in damno statu sunt v, urarij, inhospitalis, immisericordes, auari homines.

D O-

Luc. 14.

**I**n illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam fecit cenam magnam, & vocavit multos, & misit seruum suum hora cenae dicere inuitatis vt venirent, quia parata sunt omnia. Et ceperunt simul omnes se excusare. Primus dixit ei: Villam mihi, & necesse habeo exire, & videre illam: rogo te habe me excusatum. Et alter dixit: Iuga bouum emi quinque, et eo probare illa: rogo te, habere me excusatum. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non possum venire. Et reuersus seruus nuntiavit haec domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo: Exi cito in plateas & vicos civitatis, & pauperes ac debiles, & caecos, & claudos introduce hic. Et ait seruus, Domine factum est vt imperasti, & adhuc locus est. Et ait dominus seruo suo: Exi in vias & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea. Dico autem vobis quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cenam meam.

Bonitas  
Dei ineffabilis.

Paterfamilias quis.

Quae sit illa  
cena.

Quare cena  
magna.  
Psal. 144.

**H**aec parabola euangelica complectitur tria. Primo, ineffabilem bonitatem Dei Patris, qui vult omnes homines fieri saluos, 1. Tim. 2. Propterea apparauit cenam magnam, & vocavit multos, praesertim Iudaeos, quibus in primis data est promissio benedicti seminis. Vnde sunt consideranda, Primo, quis sit paterfamilias ille, qui apparauit cenam, nepe Deus Pater aeternus, qui in hac cena apponit nobis dilectum filium suum Iesum Christum, in cuius vera cognitione & amore consistit nostra beatitudo, dicente ipso Ioan. 17. Haec est vita aeterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. & Ioan. 6. Ego sum panis viuus qui de caelo descendi, &c. In hoc Iesu Christo, & per hunc donauit Pater aeternus nobis iustitiam, gratiam, remissionem peccatorum, & vitam aeternam. 1. Corint. 1. qui saluberrimi sunt animarum cibi.

2. Quae sit illa cena, nepe beatitudo aeterna, ad quam vocati sunt omnes, quibus est Euangelium praedicatum, & vocatur modo, vocabunturque; perpetuo, iuxta illud preceptum Christi: Eunt in mundum vniuersum, praedicare Euangelium omni creaturae, Marci 16.

3. Quare vocetur cena magna, quia magnus est ille paterfamilias qui illam parat, iuxta illud David, Magnus Dominus, & magnitudinis eius non est finis. Et iterum Psalm. 94. Quoniam Deus magnus dominus. Et Psalm. 88. Magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt: & rex magnus super omnes deos. Atque etiam propter cibum quem proponit, nempe doctrinam euangelicam. Sacramenta, Christum ipsum, qui in Eucharistia (iuxta illud Ioan. 6. Ego sum panis viuus) omnibus accedentibus sacramentum caelestem illam cenam proponitur: cuius virtute liberantur a potestate diaboli, mundi, carnis, atque inferni, & omni virtutum abundantia perfunduntur: idque

que non ad horam, vel diem, vel annum, sed aeternum. Vnde dicitur cena magna, quia aeternum durat. Non habet finem sicut cenae mundanae. Ioan. 4. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam. Summa, oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit Deus diligentibus se.

1. Cor. 2.

4. Quae hora cenae sit praestituta, finis seculi, quo Christus saluator mundi passurus atque moriturus erat. De quo Apost. Paulus, Nos sumus, inquit, in quos fines seculorum deueniunt. & 1. Ioan. 2. Filioli, nouissima hora est. Eo enim tempore misit Deus (Matth. 3. & 4.) Ioannem baptistam clamantem & dicentem, Poenitentiam agite, appropinquat enim regnum caelorum. Ita & Christus atque eius Apostoli praedicabant, Matth. 10. & Act. 2. parata esse omnia. Vnde in Graeco ponitur cum articulo, Misit illum seruum suum, qui ipse Christus intelligitur, de quo Isaias. 49. Et dixit mihi, seruus meus es tu, quia in te glorior. Item Philip. 2. Exinanivit semetipsum, formam serui accipiens. Definito quippe tempore, cum diabolus malitiae mensuram impleteret; tunc ipse per incarnationis mysterium, & sanctam vitam omne genus malitiae sanauit. Galat. 4. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum. Ad quid? dicere inuitatis vt venirent, qui specialiter fuerant Israelitae. Matth. 15. sed quia se indignos iudicauerunt aeternae vitae, iterum est ad Gentes. Act. 13. Nihil ergo restat nisi voluntatem indispositam ad gratiae susceptionem praeparare, quia Christo immolato omnia sunt parata, & patet introitus regni caelestis. Vnde Bernardus: Festinemus ad locum ratiorem, ad agrum vberiore, ad pastum suauiore, vt habitemus sine metu, abundemus sine defectu, epulemur sine fastidio. Psalm. 30. Quam magna multitudo dulcedinis tuae Domine, quam abscondisti timentibus te? Item. Psalm. 35. Inebriabuntur ab vbertate domus tuae, & torrente voluptatis tuae potabis eos.

Quae hora  
cena.

1. Cor. 10.

Seruus quem  
misit paterfamilias  
quis.

Est etiam hora cenae modo, spatium vitae vniuscuiusque, qui praedcatorem aut confessarium audit docentem Euangelium, doctrinam catholicam, quae nos de ijs instruit quae nobis dabuntur in illa cena, quomodo nos oporteat ad illam accedere, quae media, quae conditiones sint necessariae. Mittit & modo paterfamilias seruum, qui multos inuitat ad cenam.

Euangelium  
docet media  
et conditiones  
ad hanc cenam  
accedendi.

5. Quae catur ad cenam illam aeternam, per ecclesiam catholicam: ea est ecclesia Romana Pontificia, ad hanc nos vocant catholici concionatores: ad cenam diaboli vocant Lutherani suos sequaces.

Ingrati Iudei  
quomodo vocati

2. Secundo haec parabola complectitur ingratitude Iudeorum. Vocati enim ad cenam, venire volebant, sed excusabant se.

se excusant.

b

Primus



Primus dixit, Villam emi, & necesse est me exire, & videre illam. Rogo te, habere me excusatum.

Secundus dixit, Iuga bouum emi quinque, & eo probare illa. Rogo te, habe me excusatum.

Varij hominum mores.

Tertius dixit, Vxorem duxi, & ideo venire non possum. Hic depingit nobis Seruator varios hominum mores.

Alij venire ad Christum negligebant tum temporis, quia nimis lucro inhiabant terreno.

Alij, quia mundanis honoribus exaltati, se suaque magis, quam Christum curabant.

Alij humilitate Christi offensi (expectabant enim superbum, fastuosum, opulentum, carnalem regem) venire recusabant. Hinc Ioan. 11. dicebant, Si dimittimus eum sic, venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem.

Alij, diuturna peccandi consuetudine irretiti, se venire posse negabant.

Quales Iudaei, tales & Christianorum quam plurimi, ne dicam peiores.

Tales quam plurimi & modo inveniuntur, qui etsi quotidianis Dei beneficijs, exhortationibus, concionibus, alijsque innumeris modis ad hanc coenam caelestem vocentur: seruum tamen, concionatorem, Episcopum, pastorem vel negligunt, vel rejiciunt, causantes se temporalibus rebus debere intendere magis, quam diuinis. Sic enim circa conseruandum & acquirendum honorem mundanum superbi occupantur & ambitiosi, vt diuina negligentes praecipua, ad aeternos non aspirent honores, nimia ambitione excaecati. Ioan. 5. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam, quae a solo Deo est, non quaeritis? Hinc Ecclesiast. 10. Initium omnis peccati superbia. Nam ambitio sic mentem impedit, ne se suo creatori substernat: quare gratiae influxum percipere non valet. Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. 1. Pet. 5. Ideoque exeunt regimena negligentes proprium, & aliorum ambientes.

Auari prius habent lucrum quam aeternam felicitatem.

Auari quoque sic rei domesticae augendae intenti, prius habent lucrum terrenae possessionis, quam aeternae felicitatis, quinque sensus in terra vertendo occupant, quia in caeno temporalium veluti sues nutriuntur, dominicam coenam fastidientes. Habent hi quinque iuga, hoc est, quinque sensus terrenis occupatos, sicque addictos, vt sese explicare nequeant, quibus si Dominus dedisset sextum, is omnium esset occupatissimus. Vnde non immerito dixisse videtur Eccles. 10. cap. Auaro nihil est scelestius. Nihil est iniquius, quam amare pecuniam. Hic enim animam suam venalem habet. Apostolus quoque Paulus non inepte vocat auaritiam idolorum seruitutem. Ephes. 5. & 1. Timot. 6. dicit, Radix omnium malorum cupiditas, quam quidam appetentes, exciderunt a fide.

Quia

Quia plurimi matrimonio abutuntur ad libidinem, & non ad procreationem prolis, sicut de illis septem viris habetur Tob. 6. Ideo per rem licitam intelligit illicitam libidinem, propter quam quisque talium dicit: Non possum venire. Sic auferit cor hominis species mulieris, & sic apostatate mulieres faciunt sapientes. Eccles. 19. Concupiscentia enim carnalis citius & leuius deijcit, & delectum fortius ligat & tenet. Vnde iste non rogat excusari, sed dicit, Ideo non possum venire. Nam Gregorio teste, Luxuria vbi mentem occupauerit, vix aliquod bonum cogitare permittit, Osee. 4. Fornicatio, & vinum & ebrietas auferunt cor.

Carnis concupiscentia auferit homini cor.

Vnde constat excusationes has, atque huiusmodi peccata vique in hodiernum diem manere. De quibus Ioan. 1. cap. 2. Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, aut superbia vitae, &c.

Peccata Iudaei in medi explicatur breuibus.

3. Tertio, complectitur praesens parabola vocationem gentium. Cum enim Iudaei ad hanc coenam venire nolent, Pater familias dixit seruo suo, Exi tu in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, ac caecos & claudos introduce huc. Commode huc spectat illud Hier. 5. Optimates Ierusalem cog. viam Domini, &c. Per plateas & vicos intelliguntur Iudaei, qui varijs ceremonijs carnalibus atque imposturis populum attringebant.

Per pauperes, debiles, claudos, & caecos, intelliguntur discipuli, telonarij, publicani, piscatores, qui pauperes spiritu in locum pontificum & Pharisaeorum successerunt. 1. Cor. 1. Infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & quae stulta mundi sunt, elegit Deus, vt confundat sapientes.

Matth. 15. Quid per praeputeres, debiles, etc intelligi debeat.

Et cum adhuc locus esset in mensa, dixit seruo suo, Exi in vias & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea.

Per vias & sepes intelliguntur gentes, quae errantes sicut oues varijs idololatrijs, flagitijs, falsis cultibus deditae, circumsepta tenebantur. Iudaeis ergo ablatum est regnum Dei, & datum est genti facienti fructus eius, Mat. 21. De hac re audiatur etiam Apostolus, Act. 13. Vobis, ait, oportebat primum loqui regnum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis aeterna vita, ecce conuertimur ad gentes, &c. Audientes autem gentes gauise sunt, & glorificabant verbum Domini, & crediderunt quotquot erant praedordinati ad vitam aeternam.

Gentes per vias & sepes intelliguntur.

Tandem quo supplicio afficiendi sunt neglectores huius coenae, pronunciat Christus, Dico vobis, inquit, quod nemo illorum qui vocati sunt, gustabit coenam meam. Haec est sententia, quam Christus pronunciat in omnes contemptores Ecclesiae, sacramentorum, doctrinae Catholicae, Pontificis Romani: sicut olim tandem contra Iudaeos iustissime pronunciauit. Hanc experientur omnes haeretici nostri seculi, vt qui insigni contumelia Ec-

Sententia pronuntiata in omnes contemptores ecclesiae & Dei.

Apo. 22.

clesiam, & eius caput Romanum Pontificem, quin & ipsam Christum afficiant. Malos quippe male perdet, Matt. 21. Foris canes & venefici, & impudici, & homicide, & idolis seruietes, & omnis qui amat & facit mendacium.

Qui verò ad hanc sacrosanctam cœnam acceperint, atque ex fide & charitate opera produxerint: non solum in hoc seculo gratiam diuinamque benedictionem, verum etiam in futuro gloriam æternam sunt consecuturi, Amen.

## EPILOGVS.

1 Parabola de vocatis ad cœnam proponit Iudeos & gentes, hoc est, omnes promiscuè nationes vocatas esse vt impleretur Ecclesiæ cœtus. Primum quidem Iudeos vocatos, pro veritate Dei, ad confirmandas promissiones Patrum: ceterum & Gentes pro misericordia glorificasse Deum, Roman. 15.

Impedimē  
ta venien  
tium ad cœ  
nam tria.

2 Remotiones & impedimenta non venientium ad cœnam paratam, lucrum terrena possessionis concupiscentia carnis & oculorum & superbia vitæ. Hinc versus huic loco aptissimus: Ambitiosus honos & opes & amica voluptas, Hæc tria pro trino numine mundus habet. Vnde pusillus grex est, cui arridet innocentia, veritas, iustitia, sed placitum est Patri dare illis pusillis regnum, Lucæ 12.

3 Horrendum iudicium quod minatur in reuelis Iudeis. Nemo virorum qui vocati sunt, gustabunt cœnam meam. Ihs afficietur supplicijs, qui Filium Dei conculcarit, & sanguinem Testamenti, seu rem prophanam habuerit, & Spiritum gratiæ contumelia affecerit, Heb. 10.

Summa heroica.

Villa, boues, vxor, cœnam clausere vocatis.  
Mundus, cura, caro, cælum clausere renatis.

DOMINICA TERTIA POST  
TRINITATEM EPISTOLA.

1. Pet. 5.

**C**harissimi, humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis, omnem sollicitudinem vestram proijcientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Sobrii estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, querens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide, scientes eandem passionem ei quæ in mundo est, vestre fraternitati fieri. Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam suam gloriam in Christo Iesu modicam passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque. Ipsi gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

Humilitas  
duplex, ex  
terna &  
interna.

**I**n hac Epistola Diuus Petrus facit tria. Primò hortatur ad humilitatem, cum ait, Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis. Est autem duplex humilitas: scilicet, externa, quum homo seipsum nihili facit, alios dignos asserit, neminem contemnit, paratus est ad inscruendum omnibus, etiam malis: quæ si processerit ex intimo corde, omnium est

est præclarissima. Altera est interna, qua homo naturam suam corruptam agnoscit, ac de omnibus suis solum, & carnalibus factis operibus & meritis desperat, nec fiduciam aliquam in vita sua sola habet: sed in operibus Christi, & in suis spiritu Christi factis sperat. Ad hanc inuitat nos Iesus Christus Dominus noster, Matth. 11. Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Et Lucæ 18. Qui se humiliat exaltabitur, & qui se exaltat humiliabitur. Item Matth. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Ille est verò humilis, & Deo illa est accepta humilitas, qua se quisque confitetur tam pauperem, vt nihil habeat boni, nec in carne nec in spiritu, cuius Deum non agnoscat authorem & datorem. Debemus autem humiliari sub potenti manu Dei, vt nos exaltet in tempore visitationis, hoc est, in die cum iudicaturus est mundum: vel in die quo tetratio nos inuaserit, ne permittat nos succumbere: sed exaltet per victoriam, quoniam illi cura est de vobis. quasi dicat Petrus, Quamuis videatis vestrum regnum vastatum, & claram illam Ierosolymorum ciuitatem subuersam, nolite timere. Nam si vos humiles & patientes confiteamini, Dei manum esse potentem. ob idque dignam, antequam omnis procumbat caro, ipse non permittet vos inuolui iisdem calamitatibus & miserijs, quibus alios oppressos videtis. Et debetis hoc sperare, quia ipsi cura est de vobis. ac si dicat, Non modò pro vobis curam gerit, vt cibum, potum, vestes & cætera, quæ vobis necessaria sunt, habeatis: sed etiam vt vos in omnibus tentationibus protegat, & vincendi gratiam præstet. Sic Deo curæ fuerunt Abraham, quando liberauit eum de Hur Chaldæorum, Genes. 12. Isaac, quando despondit ei per seruum Rebeccam, & liberauit à morte, Gen. 24. & 22. Iacob, quando defendit eum à furore sui fratris Esau, Gen. 33. Ioseph, quando liberauit eum à puteo, & fecit eum præsidem Ægypti. Genes. 37. & 41. Populus Israel, quâdo eduxit eum à seruitute Ægyptiorum, & pavit eum in deserto 40. annis, Exod. 14. Moses, quâdo seruauit eum in aquis, Ibid. 2. cap. Dauid, quâdo liberauit eum ab insidijs Saulis, & seditione filij Absalonis, 1. Reg. 17. & 18. Elias, quando pavit eum per coruum, & viduam Sareptanam, 3. Reg. 17. & Paulus, quando vocauit eum in via Damasci.

Deo cura  
est de no-  
bis.

Act. 9.

2 Secundo inuitat diuus Petrus ad sobrietatem, vigilantiam, fidem, & patientiam in cruce & afflictione, cum ait, Sobrii estote, & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, querens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide, scientes eandem passionem, ei quæ in mundo est, vestre fraternitati fieri. Est autem sobrium esse, nihil aliud quàm à nimio potu cibisque gulæ appetitum tēperare. Vigilare autem nihil aliud est, quàm in tentationibus stare, ne ruamus per impatientiam: nec simus securi, quasi sola

Sobriū esse  
& vigila-  
re quid.



Matth. 25.  
Homo e-  
brius ad  
nihil uti-  
lis.  
Satan du-  
plici via a-  
doritur  
nos.

fides reprimat diabolum. non enim sola fides vincit tentatio-  
nes, sed charitas. Vigilemus igitur sobrii in orationibus, inter  
bonis operibus, vt cum lampadibus oleum in vasis sumentes  
exemplo prudentium virginum, sponso procedamus obuiam.  
Debemus autem esse sobrii & vigilantes, quoniam ebriosus  
& homo veterno torpens, ad nullam rem honestam utilis est,  
sed dormit, stertit, quiescit in peccatis, quasi sus in luto.  
Adoritur autem nos Satan duplici via, scilicet corporaliter,  
quādo Turcæ & heretici crudeliter in nostras ciuitates sæuiūt,  
& varijs modis nos vexant & affligunt, nēpe depopulātes arua,  
diripientes templa, succedentes ciuitates, interimētes, & varijs  
cruciatibus afficientes nostros parentes, filios, fratres, vxores,  
amicos, & tollentes templa, sacerdotes, sacramenta, doctrinam,  
monasteria, religionem, nobis ipsi vitam ferro, igni, aquis, ve-  
neno, pestilētia, morbis: quēadmodum illis permittitur à Deo,  
& nos peccatorum nostrorum culpa quotidie experimur.

2. Reg. 11.

Altera via, qua nos adoritur satā, fit spiritualiter, puta in spi-  
ritu & animo, quando mentem & animam cruciat, pelliciendo,  
prouocando, & protrahēdo ad varia crimina, eaq; grauissima,  
quæ sunt causa perditionis, aufert ab oculis mentis Dei timo-  
rem, minas, supplicia, legem, vt liberius peccent. Sic protraxit  
Heuam matrem nostram ad contemptum & inobedientiam  
Dei, Gen. 3. & Dauid regem ad adulterium & homicidium.

Oratio pre-  
cationis  
bona &  
utilis.

3 Tercio precatur Apostolus Petrus, vt Christiani in fide cre-  
scant & corroborentur, cum ait: *Deus omnis gratiæ, qui vocauit nos  
in eternam suam gloriā in Christo Iesu, modicum passos ipse perficiet. cō-  
firmabit, solidabitq; . Ipsi gloria & imperium in secula seculorum. Amen.*  
Hæc est eximia precatōnis optatio, non solum conquassatis  
& coangustatis conscientijs bona, sed etiam utilis & accepta.  
Vult autem dicere, Franes afflicti, exules, & naufragi, ne tri-  
stemini, neque solliciti sitis. Deus enim qui auctor est omnis  
gratiæ, qua stare possitis, & resistere, ac vincere, qui vos ad æter-  
nam gloriā vocauit, nō ex vestris operibus & meritis: sed in  
Christo Iesu, id est, per Christum, is instaurabit, solidos faciet  
corroborabitq; vos in fide, vt indices magis atque magis red-  
damini firmiores, robustiores, atque auctiores: vt inconcussi  
stare possitis aduersus mundum, satanam, & omnes portas in-  
ferorum: quales sunt infideles & heretici. Ad quos superandos  
Deus, qui est fons & auctor omnis gratiæ, dabit virtutem ac  
vires, quibus victoriam adipisci possitis. Hoc si fecerimus  
erit gloria non nobis, sed Deo, qui vincendi, constantie, atque  
fortitudinis gratiam liberalissima sua misericordia præstitit:  
Ipsi igitur sit gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

EPILOGVS.

1 *Humilitas animi, paupertas spiritus & vera molestia, Christianorū  
animi*

*animis sit planè infixā, pulcherrima doctrina contra superbiam radicem  
omnis mali.*

2 *Mira consolatio, deo nos curæ esse, qui potentem manum habet. Qua-  
re cogitatum nostrum, & vt Hebræa v. x explicatius loquitur, Psal. 54.  
Onus nostrum, id est, quicquid nos grauat, in eum iaciamus.*

3 *Fide, sobrietate, vigilantia, & omni quod dicitur pede sportet con-  
tra diabolum fraudulentem obambulātem hostem stare. Hæc donat Deus  
omnis gratiæ suis, qui & instaurat, fulcit, roborat, stabilit suos, vt qui  
glorietur in Domino glorietur, 2. Cor. 10.*

DOMINICA TERTIA POST TRINI-  
TATEM, EVANGELIUM.

**I**n illo tempore. Erant appropinquantes ad Iesum publicani & pecca-  
tores, vt audirent illum. Et marmurabant Pharisei & scribæ, dicen-  
tes: *Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis: Et ait ad illos pa-  
rabolā istam, dicens, Quis ex vobis homo, qui habet cētum oues, & si per-  
diderit vnā ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & va-  
dit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam? Et cum inuenit eam, im-  
ponet in humeros suos gaudens: & veniens domum, conuocat amicos et  
vicinos, dicens illis, Congratulamini mihi, quia inueni ouem meā quæ pe-  
rierat. Vico autē vobis, quod ita gaudium erit in celo super vno peccatore  
penitentia agēte, quā super nonaginta nouē iustis, qui nō indigent peni-  
tētia. Aut quæ mulier habēs drachmas decē, & si perdiderit drachmā v-  
nā, nōne accēdit lucernā, et euertit totā domū, et quart diligenter donec  
inueniet eā? Et cum inuenit cōuocat amicas & vicinas, dicens, Congra-  
tulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram. Ita dico vobis  
gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatore penitentia agente.*

**H**oc Euangelio cōfirmatur articulus fidei nostræ quo cre-  
dimus in Ecclesia esse remissionem peccatorum, quā per veram penitentiam consequimur, quā olim lapsis post  
baptisma & resipiscētib; negabant Nouatiani heretici cō-  
tra omnem scripturam Vet. & Nou. Test. & Euangelista facit  
tria. Primò ostendit ineffabilem Christi misericordiam, qui  
publicanos & peccatores ad se appropinquantes, vt illum au-  
dient, tam benignè & clementer suscepit, qui omnes homi-  
nes vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, 1. Ti-  
moth. 2. Huius susceptionis causæ erant.

1 Quod venerat peccatores saluos facere, & malè habentes  
curare. Matth. 9. Luc. 19. 1. Tim. 1.

2 Quod agnoscunt se peccatores, & Christum mundi salua-  
torem. Qui abscondit scelera sua non dirigetur, vel prospera-  
bitur: qui autē confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiā  
consequetur. Prouer. 28.

Quia cupiūt à peccatis liberari, & gratia spiritus sancti re-  
pleri.

Doctrina  
contra su-  
perbiam  
Consolatio  
mira, Deo  
nos curæ  
esse.  
Diabolo  
quomodo  
resistendū  
Luc. 15.

Misericor-  
diæ Christi  
ineffabilis.

Causæ cur  
Christus  
peccatores  
susceperit.

pleri. Hier. 29. Inuocabitis me, & ibitis, & orabitis me, & ego exaudiam vos. Quæretis me & inuenietis, cum quæsieritis me in toto corde vestro.

4 Quia esuriunt & sitiunt iustitiam, & diligenter audiunt verbum Dei, non tantum vt credant, verum etiam vt serio obediant. Lucæ. 11. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

*Psal. 146.*

5 Quia accedunt medicum ægroti, vt sanitatem consequantur. Matth. 9. Psalm. Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum.

*Publicani quales.*

Sunt autem publicani, qui per ciuitates populi Romani redditus exigebant: hi quia impij exactores erant, malè audiebant à Iudæis. De huiusmodi exactoribus habetur Isa. 3. Exactores populum meum spoliauerunt.

*Peccatores triplicis sunt ordinis.*

Sunt autem peccatores triplicis ordinis. Primi, qui profus impij in profundo vitiorum iacent, Deum & homines contemnentes: cum his Christus nihil habet commercij. Prou. 18. Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit. Psal. Longè à peccatoribus salus.

Secundi, qui foris fucata sanctimonia laborant, sed intus sunt pleni hypocrisis & iniquitate. Matth. 23. Væ vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis, &c. Cum his fuit multum negotij Prophetis, Christo Apostolis, & nunc omnibus catholicis concionatoribus.

Hos duos, nisi meliorem mentem induant, Christus non suscipit, nec audit: sed negligit, adeo vt in suis iniquitatibus moriatur. Nō enim veniet in cōspectu eius omnis hypocrita.

*Iob 13.*

Tertij sunt, qui peccata sua confitentur, dolent, pœnitent, & eorum remissionem à Christo tunc, vel modò ab ipsius vicarijs petunt. Tales fuerunt Zachæus, Lucæ 19. Matth. cap. 9. Magdalena, Lucæ 7. Publicanus, Lucæ 18. Hos Christus curat, suscipit, sanat, mundat, sibi suoque æterno Patri reconciliat. Venit enim peccatores vocare ad pœnitentiam.

*Lucæ 5. Appropinquare Deo quid sit.*

Appropinquate nihil aliud est, nisi peccata cognoscere, & voluntatem auersam ad Deum cōvertere. quæ conuersio licet non iustificet, tamen ad iustificationem disponit, & Deus dispositum ad perfectum perducit. Iacob. 4. Appropinquate Deo & appropinquabit vobis. Volens ergo à peccatorum vulneribus sanari, ipsum accedat, & dicat, Cantic. 2. Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Curramus post eum, audientes ac intelligentes quòd peccatores nō horreat, pauperes non spernat. Non horruit confitentem latronem, non lachrymantem peccatricem, non supplicantem Chananæam, non deprehensam in adulterio, non sedentē in rellonio, non supplicantem publicanum, non negantem discipulum,

*Christus peccatores nō horret, nec pauperes spernit.*

lum, non persecutorem discipulorum, non ipsos denique suos crucifixoies. Magis quippe natura diuinitatis clemens est & pia, magis ad indulgentiam prona, quàm ad vindictam. Nec vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Confugiat igitur miser ad misericordiam, reus ad reconciliatorem, immundus ad fontem, cæcus ad lumen, errabundus ad viam, moribundus ad vitā, saucius ad medicum, ouis quæ perierat ad pastorem pium, peccatores ad Iesum, nempe qui saluū facit populum suum à peccatis eorum. Nam Iob dicit, Quis potest facere mundum de immūdo conceptū semine, nisi tu qui solus es? Ipse est qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non sunt sicut ea quæ sunt. Ro. 4. & de lapidibus suscitatur filios Abraham. 2. Secundò indicat Euangelista murmurationem Iudæorū, Phariseorum, & Scribarum, qui tam venenosi & pestilentes homines fuerunt, quòd clauderent regnum cælorum ante homines, & ipsi non intrantes nec introeuntes sinebant intrare, Matth. 23. De murmuratoribus talibus habes, Numer. 14. & 1. Corinthiorum 10.

Quia non tantum Christo aduersabantur, sed inuidebant quoque salutem peccatoribus: ideo dicunt, Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis: ac si dicant; Hic qui nouam quandam sanctimoniam profitetur, tamen non vitat malorum cōsortia, non cogitans quòd malorum contubernio contaminetur boni. Eccles. 13. Qui tangit picem, inquinabitur ab ea. Idē 9. cap. Viri iusti sint tibi conuiuæ. Et Psalm. 100. ait, Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam.

Nec poterant ferre quod peccatores se Christo adiungerent, & verbum Dei audirent: sed nolebant vt ab ipso susciperentur, neque vt ipse cum illorum turbis conuersaretur, iudicantes etiam quod ipsos esset peruersurus. Quare aiebant. Nos scimus quia hic homo peccator est, Et 7. seducit turbas.

Præterea non dignabantur cum honore prophetæ: sed vocabant eum hominem voracem, vini potatorem, amicum Publicanorum, & peccatorum. Matth. 11. iudicantes illum ex conuictorum societate: quod iudicium aliquando fallit. Non enim omnes sunt ægroti, qui inter ægrotos versantur: nec omnes mali qui inter malos versantur. Nō enim vir iustus atque perfectus fuit, Genes. 6. Item Loth, Ibidem 19. 2. Pet. 2.

In hoc igitur bifariam peccabant. Primò, quia diuina opera non intelligentes, arguunt, reprehendunt, & sinistrè interpretantur facta illa, quæ laudare atque extollere magis debuerant. Matth. 6. Nolite, inquit Christus, iudicare, & non iudicabimini: de ipso namque dicit Sap. cap. 14. Odio sunt Deo impius & impietas eius.

Secundò, quia peruersitate animi dolēt de peccatorum cōuersio-

*Clementia diuina magis ad indulgentiā prona, quàm ad vindictam*  
*Ezech. 18.*  
*Iob 14.*  
*Matth. 3.*

*Murmur Iudæorum contra Christum.*

*Venenosi ac pestilentes Iudæi peccatoribus salutē inuidebant.*  
*Luc. 5.*  
*19.*

*Ioan 9.*

*Iudæi falso iudicabant de Christo.*

*Iudæi iudicantes Christum bifariam peccabant.*



uersione, & agrotantium curatione: præterea, quæ in bonam partem accipi poterant, in malam interpretantur: quum tamē dicatur Isa. 42. Calamum quassarum non conteret, & lignum fumigans non extinguet. Et per Psal. Alleuat Dominus omnes qui corruūt, & erigit omnes elisos. Greg. Ex qua re colligitur, quod vera iustitia cōpassionem habet, falsa indignatione: quāuis & iusti soleant rectē peccatoribus indignari. Sed aliud est quod agitur typo superbię, aliud quod zelo iustitię vel disciplina. Qui ergo de falsa iustitia superbiunt, cæteros despicunt, nulla infirmantibus compassione condescendunt: & quo se peccatores esse non credunt, eō deteriores peccatores fiunt.

*Psal. 144. Vera iustitia cōpassionem habet, falsa indignationem*

*Drabus parabolis Christus obstruit Pharisæorum ora. Matth. 18.*

3 Tertiō recenset duas parabolas, quarum evidentibus argumentis ora Pharisæorum obstruit, & proprijs ipsorum factis atque exemplis conuincit, declarans non solum non repellendos esse peccatores, quum respiscunt ex animo, sed & omnibus modis iuuandi sunt, vt ad meliorē mentem redeāt. Prior parabola est, *Quis ex vobis homo qui habet centum oves, & si perdidit vnā ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto et vadit ad illam quæ perierat donec inueniat eam? & quum inuenit eā, &c.* Posterior parabola est, *Quæ mulier habens drachmas decem, si perdidit drachmam vnā, nonne accedit lucernam, & euertit domum, querit quæ diligenter donec inueniat? & quum inuenit, conuocat amicas & vicinas, dicens, Congratulamini mihi, etc.*

*Animus Christi qualis erga nos.*

His parabolis docet Christus qualem erga nos habeat animam, quamque non auersetur peccatorem respiscientem. Ezech. 18. Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit Dominus, & non vt conuertatur à vijs suis, & viuat? Sumus enim ovis perdita quemadmodum David fateretur Psal. 118. dicens: Erraui sicut ovis quæ periit, &c. Nam sicut fidelis pastor ouem errantem & à via deflectentem querit, & inuentā in humeros ponit, & ad ouile cū gaudio reducit, sic Deus qui verus est pastor noster iuxta illud, Ioā. 10. Ego sum pastor bonus, nos qui eius oves sumus, (iuxta illud David Psal. 94. Nos autē populus eius, & oves pascuæ eius. Itē Isaiæ 53. Omnes nos quasi oves errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit) vocat, querit, insequitur, & humeris impositos ad diuinas caulas reducit. Ita reduxit Adamū perditum, Manassen. 2. Paral. 33. Dauidem, 2. Regum 12. Zachæum, Lucæ 19. Matthæum cap. 9. Latronem, Lucæ. 23. Paulum, Act. 9. Magdalenam, Lucæ. 7.

*Matth. 11. Exemplo Christi in proximis perditis ad salutem reducendis operā omnem præstare debemus.*

Atque eodem modo & nunc omnes nos querit & vocat, ac suos humeros nobis offert. Cuius exemplo eandem operā in proximis nostris perditis ad bonam mentem reducendis præstare debemus. Vnicuique, ait Ecclesiast. cap. 17. mādauit Deus de proximo suo.

Sumus etiam & drachma perdita. Nam homo qui ad imaginem

ginem Dei conditus fuerat (Gen. 1.) peccando à similitudine sui conditoris recessit. Nam sicut diligēs mater familias drachmam perditam quærens, domū scopis verrit, & lucernā accendit, & inuentā cum gaudio reportat: sic Deus (qui non propter infirmitatē sensus, sed pietatem affectus mulieri comparatur, Eccl. 24.) accendit lucernam diuini verbi. Psal. 118. & hanc primū posuit in synagoga, quando in mōte Sinai dedit legem, Exod. 19. Accendit lucernā alteram multo splendidiorem & excellentiorem, Euangelium scilicet, quod nō illustrat neq; splendet, nisi in Ecclesia catholica, quæ est Romana. Hac luce illustrat Ecclesia animas, occulta manifestat, conscientiam scrutatur, vt drachmam perditam quærat, sicut longē antē præuidisse videretur Sophon. 1. cap. Et erit, inquit, in die illo scrutabor Ierusalem in lucernis, &c. Euerit domum conscientia nostræ scopis tribulationum afflictionumque. Repertas oves humeris impositas ad ouile cæleste reportat, vbi molliter in eius sinu quiescimus, tui à satanæ & infernalium luporū morsibus, necnon à reliquis inferni, mortis, carnis, peccati, mundi, doloribus, & periculis immunes: vbi tandem cum angelis & cælestibus illis spiritibus in æternum gaudebimus, Amen.

*Drachma perdita homo peccator quem Deus quærit accēsa verbi, sui lucerna.*

Agnoscamus nos oves perditas, vt nos Christus quærat: vt autē ipse nos quærat, ipsum rogemus. Ita David Psal. 118. Erraui sicut ovis quæ periit, &c. Ezech. 34. Errauerūt greges mei in cunctis montibus, & in vniuerso colle excelso: & super omnem faciem terræ dispersi sunt greges mei, &c. Ad hoc quippe Christus venit in mundum, vt dispersos in vnum cōgregaret, Ioan. 11. Ambr. Multum debet nos accendere ad probitatem, vt agamus quod illis gratum sit, quorū affectare patrocinium, & offensam timere debemus. Deo ergo occasionem lætitiæ præstemus: quod fiet si dignē respiscamus, ac in terris ambulantes conuersationem in cælis habeamus, teste Origene.

*Agnoscere nos debemus oves perditas, vt nos quærat Christus.*

EPILOGVS.

1 Sicut paulò ante docuerat seruator iustū posse cadere per inertiam, vbi ait, Bonū est sal: si autē sal euauerit in quo condietur? sic ostenditur hic, peccatorem posse sanari per respiscientiam. Ezech. 18. Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet, & nō morietur: omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor, etc.

*Respiscētia peccatorum salus. Parabola vñ de ouibus, drachma, filio prodigo, eadem est medulla. Gaudium de conuersis peccatoribus magnū*

2 Trium parabolarum de centum ouibus, de drachma perdita, de filio prodigo, eadem est medulla, idem nucleus, videlicet peccatorem ex animo respiscientem, cum gaudio recipiendum esse, iuxta id Isaiæ 42. Calamum quassarum non conteret, et c. 14. et 15.

3 Plus de peccatoribus conuersis, quàm de stantibus iustis gaudium in celo est, hoc non rapimus in occasionem carnis, sed fructus dignos penitentia proferamus.

DOMINICA QUARTA POST  
TRINITATEM, EPISTOLA.

**Roma. 8.** **F**ratres, Existimo quod non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam quae reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturae, reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, non volēs, sed propter eum qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriae filiorum Dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit & parturit usque adhuc. Non solum autem illa, sed & nascipi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis nostri, in Christo Iesu Domino nostro.

**Cruce & passio patienter ferenda, quare.** **I**n hac Epistola diuus Paulus facit duo. Primo hortatur nos & omnes Christianos, vt passionē & crucē nostrā equanimiter & patienter feramus. Oportet enim nos in cruce habere patientiam: scientes quod tribulatio patientiā operatur, patientia verò spem, spes non cōfundit, ad Rom. 5. Deinde oportet nos in cruce permittere Deo, vt nos veluti massam exerceat, cōtundat atq; pinsit, nec nō illi cōcedere, vt nos asciet, dedolet, ferret, atq; expoliat, certō sperantes, quicquid aduersi Deus nobis immiserit, id iusto iudicio fieri, & ad salutē afflictōrū accidere.

**Sapient. 3.** Oportet enim Christianos in hoc mundo, cruce & passione renouari, & suam salutem operari. Quare feramus patienter, & speremus consolationem: haec enim signa sunt quibus confidimus nos esse filios Dei, Hebr. 12. Apoc. 3. Gaudeamus quoq; nos ad hoc diuinā benevolentiae speculum peruenisse. Iac. 1. Neque detestemur, neq; exhorreamus crucem & afflictiones, quum ipsa crux atque tribulatio magna sint experimenta diuinā electionis. Exemplo sunt Iob & Tobias, &c.

**Impiorum crux diuinae punitionis initium.** Solet tamen interdum Deus etiam malos in hac vita varijs supplicijs & poenis afficere, quae non ad correctionis eorum faciunt commodum, sed diuinā punitionis sunt initium. Patet in Antiocho, 2. Machab. 9.

**In afflictionibus non cōturbari debemus propter tres causas.** Secundo consolatur nos Apostolus & omnes Christianos non conturbari debere, quod propter fidem & religionem ecclesiae Romanae & conuersationem piam affligamur, sed alacriter progredi: idque propter tres causas. Prima est, quod cum Christo, in aeterna vita conregnabimus, cum ait, Si tamen compatimur, & conglorificemur. Et 2. Tim. 2. Si compatimur, & conregnabimus, quasi dicat: Quemadmodum Christus suam omnem passionem euicit, & ipsa crux excessit in aeternam benedictionem, sic oportebit afflictiones nostras in aeternam salutem crumpere. Ait enim, Vbi ego sum, ibi & meus minister erit.

**Isa. 12.** Secunda causa propter breuitatem temporis, quo patimur, cum ait, Existimo enim quod non sunt condignae passiones huius temporis, ad futuram

ad futuram gloriam quae reuelabitur in nobis. Quasi dicat, Nostra in terris afflictio transitoria est, finem aliquando acceptura: sed gaudium & gloria sempiterna erunt. Nulla ergo inter hanc & illam comparatio. 2. Corin. 4. Id quod in praesenti est momentaneum, & leue tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate, aeternum gloriae pondus operatur in nobis &c.

Tertia est, propter creaturarum cōpassionem, cum ait, Nam expectatio creaturae, reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, nō volēs, sed propter eū qui subiecit eam in spe. Quasi dicat, Idem accidit filijs Dei, quod omnibus creaturis euenit. Licet enim conditae sint ad laudem & gloriam Dei, tamen his abutuntur impij & mali, & redigunt eas in seruitutem diaboli, faciuntq; ex eis miserrima macipia. Quemadmodum enim impij creaturas Dei male tractant, imò Deum ipsum, & sanctum nomen eius blasphemant, & sacram eius sponsam Ecclesiam Romanam dedecore afficiunt, sic faciunt Dei filijs, omnia mala eis inferunt. Et quemadmodum omnes creaturae sperant expectantque liberationem in nouissimo die futuram, sic filij Dei suam expectant redemptionem ad eundem diem.

Haec est mirabilis concio, cui vix similem in scriptura reperimus, nepe quod omnes creaturae ingemiscant, sperent, & expectent liberationem filiorum Dei: cali, sol, luna, stellae, aer, terra, yaccæ, aquae, maria & flumina, quod subiectae sint malis & impijs hominibus, eisq; cogantur inferuire & prestare obsequium ad omnia peccatorum genera designata. Vellent enim potius obscurari & obtenebrescere, abundare pestilentia & morbis, sentes, tribulos, angues, viperas producere, spinas ferre, venena dare, exsiccati, quam hoc perditissimis hominibus iniquis, malis, peruersis latronibus, adulteris, blasphemis, impijs suppeditare lumen & fulgorem, nubes, halitum, aues & volucres, herbas, arbores, frumenta, vina, metalla, lanam, lac, butyrū, pisces, & nauium peregrinationes. Sap. 5. Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum.

Et si nos aliquo modo experimur gemitus creaturarū, tamen Deus audit plenius. Nam si lapidem verberaueris & illiseris, emittit sonitū: si lignū fregeris, aut arborē succideris, edit fragorem: si animal aliquod iugulaueris, dat vocē, ouis balat, bos boat, porcus grunnit, serpens sibilat, & vermiculū si calcaueris, sese impatienter reflectit. Sic anguntur omnes creaturae, non secus atq; mulier parturiens, clamantes, O quando veniet & illucescet dies ille, quo tandem in libertatem vindicabuntur omnes creaturae: Quando appropinquabit tempus illud liberationis? nullus adhuc finis malorum? nullus terminus furoris atq; caedis? O quando veniet principium & reuelatio, id est, manifestatio illius gloriae, quam Deus filiis suis preparatam habet!

Cogun-

*Afflictio nostra in terris transitoria, sed gloria sequitur sempiterna.*

*Concio mirabilis.*

*Creaturarū gemitus.*



Argumentū  
à minori.

Christiani  
spiritus  
primitiæ.

Gloriæ si-  
lijs Dei  
preparata  
incompre-  
hensibilis.

D. Pauli  
verba non  
aduersan-  
tur meritis

Consolatio  
à premio.

Consolatio  
ab exēplo.

Coguntur creaturæ Deo parere viq; ad cōstitutum & à Deo decretum tempus. Si creaturæ quæ non sunt cōsequuturæ nec fruituræ tanta gloria, gemunt, iubeat passionibus & corruptioni: multo magis debent filij Dei, quibus illa gloria est parata, afflictionibus exerceri, propter eum qui eos tribulationibus subiecit. Hinc est quod Paulus Christianos vocet primitias spiritus, quod in his Dei spiritus incipiat operari, & peccata proculcare. Hoc vocat Paulus in fide & charitate crescere, augeri, & in cognitione Christi proficere. Et huic profectui est præparata illa gloriæ reuelatio pro qua omnes creaturæ clamant, det illam nobis Deus per sacratissimam suā passionem. Amen.

Argumentum est, quod gloria illa quam Deus suis filiis præparatam habet, sit magna, tantæ quæ magnitudinis, vt eius magnificentia, dignitas atque sublimitas omnino sit incomprehensibilis. Hinc Paulus 1. Corinth. 2. ait, Neque oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus iis qui diligunt eum.

Observatio.

Quando Paulus ait, Existimo quod nō sunt cōdignæ passionibus huius tēporis, ad futurā gloriam quæ reuelabitur in nobis, nō aduersatur meritis: nullo modo hoc intēdit Apostolus. Nihil enim aliud docet, quam afflictiones præsentis vitæ, quatenus sunt afflictiuæ, hoc est, secundū momentaneam & breuē molestiā quæ illis inest, minimè esse parēs gloriæ futuræ, quæ æterna est. Porro quid dignitatis habeat ex eo quod à pijs hominibus & mēbris Christi propter Christum sustineatur: imo quid dignitatis habeat tolerātia passionū qua pius tolerat huius vitæ molestias: id nūc nō agit Apostolus, id autē optimè intelligit, quanti sit petendū id, quod sæpe testatur scriptura, pios homines, quos inhabitat spiritus Christi, esse filios Dei, & membra corporis Christi. Hæretici nostri tēporis, qui hunc locū adducunt cōtra merita iustorū non vidēt se eodē argumēto Christi merita tollere, quā passiones, quas ipse in corpore pertulit, fuerint momentaneæ, & gloria reddita pro iis æterna. Clarius intelliget qui aduertent Paulum hic tolerāntiam pœnarū cum gloria fruitionis conferre, inter quas nulla prorsus est paritas.

EPILOGVS.

1 Consolatur Paulus fratres à premio et gloria futura, quæ reuelabitur in nobis, quæ est vehementissima consolatio, et eorum hereditas, & cum filio Dei fraternitas.

2 Consolatur ab exēplo, Quod omnis creatura ingemiscat & expectet reuelationem filiorum Dei, quæ erit in resurrectione corporis: in quo proponitur pœna fides et diffidentia, spei & desperationis, et angeli desiderant gloriam sanctorum.

3 Summa consolatio in adoptione filiorum Dei. Nam ipse spiritus reddit

testimō-

testimōnium spiritui nostro, quia sumus filij Dei. Si filij, igitur et heredes, heredes Dei, coheredes Christi, Rom. 8. Consolatio summa.

DOMINICA EADEM

EVANGELIUM.

IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis, Estote misericordes, sicut & Luc. 6. Pater vester cælestis misericors est. Nolite iudicare, & non iudicabimini: Nolite cōdemnare, & non cōdemnabimini. Dimittite, & dimittetur vobis. Date, & dabitur vobis. Mensurā bonam & cōfertam, & coaguatā & superfluentē dabunt in sinū vestrum. Eadem quippe mensura qua mēsi fueritis, remetietur vobis. Dicebat autem illis similitudinem: Nunquid potest cæcus cæcum ducere? nonne ambo in foueam cadunt? Non est discipulus supra magistrū: perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autē que in oculo tuo est, nō consideras? Et quomodo potes dicere fratri tuo, Frater, sine eijciā festucā de oculo tuo, ipsi in oculo trabē non vides? Hypocrita, eijce primū trabē de oculo tuo, & tunc prospicies vt educas festucam de oculo fratris tui.

EPISTOLA hodierna ostēdit, quā necessariū & vtile sit pati afflictiones, easq; patiēter ac æquo animo ferre. Verū nisi charitas & misericordia afflictis adsit, ipsæ afflictiones nihil omnino prosunt, & nihil vtilitatis vnquam pariunt. Dicit enim B. Paulus, 1. Cor. 13. Si dederō corpus meum vt cōburat, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Quare ne afflictionū nobis fructus pereat, commode in præsentī Euangelio Dominus ad charitatem & misericordiam hortatur.

Euangelium hoc complectitur tria. Primò, præceptum de misericordia in proximum exercenda, quod diuino exemplo confirmat. Præceptum est, Estote misericordes. Exemplum est, sicut Pater vester misericors est, qui solē suū oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si enim sol nec elucesceret, nec calore suo terram foueret, omnia frigoribus consumpta marcescerent atque perirent. Si pluuia quoque terram nō humectaret, exarescerēt omnia, nec iumentis pabula, nec hominibus frumenta crescerent. Per solem enim cōfert Deus siccitatem, calorem, motum, atque vitam. Per pluuiam vero cōfert humiditatem, frigiditatem, succum & incrementū terræ. Per vtunq; cōseruat omnia nascētia, arbores, plātas, herbas, frondes, vineas, gramina, & fruges, ac tandē omnia quæ nō solū hominibus, sed etiā brutis animalibus sunt necessaria, quin & ipsos homines. Nullus in mundo locus inuenitur, nulla est gens, vbi non certa misericordiæ eius vestigia extēt: vt non immerito dicat David Psal. 33. Misericordia Domini plena est terra.

Huius ergo exemplo quantum in nobis est, prodesse studeamus vniuersis, & bonis, quò fiant meliores: & malis, vt nostra

ma-

Præceptum  
misericor-  
diam esse in  
proximum  
exercendā  
quod diui-  
no cōfirma-  
tur exēplo.  
Solis & plu-  
uie quantā  
vit.

mansuetudine prouocentur ad meliorem frugem. Rom. 12. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, &c. Rom. 12.

Miseria duplex, culpa scilicet & pœne.

Quū ergo duplex sit miseria, Vna culpæ, de qua prouer. 14. Miseros facit populos peccatum. Altera pœnæ, scilicet aduertentis & indigentiæ, de qua Iob 14. Homo natus de muliere, repletur multis miserijs; maximè primæ succurrēdum est. Iac. 5. quia excludit à regno, ducēs ad æternā miserā. Sed quoniā altera nonnunquā adiutorio est ad gratiā & gloriā, teste Paulo, 2. Cor. 4. Nobis tamē Dei iudicium ignotum: (sicut Rom. 1. scribit idem Apostolus) ideo quantum in nobis est, subleuāda. Prouer. 3. Misericordia & veritas te non deserant: circūda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui, & inuenies gratiā bonam, & disciplinam coram Deo & hominibus. Et Matt. 5. Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur.

Imitator Dei quis.

Quisquis igitur tēporalia bona vel spiritualia alijs pro amore diuino largitur, quisquis in se peccantibus indulgentiam misericorditer tribuit, sicut sibi à Domino misericordiā præstari rogat, hic proculdubio imitator Dei efficitur. Talis fuisse diuus Stephanus legitur.

Actor. 7.

Misericordia consistit in non iudicando et nō condemnando.

Matth 7.

Dei est iudicium nō hominum.

Rom. 14.

1. Cor. 4.

Secundo, complectitur præsens Euangelium in quo cōsistat misericordia, quam erga proximū exercere debemus, nēpe in non iudicando, cum ait, *Nolite iudicare, & non iudicabimini.* & in non condemnando, cum ait, *Nolite condemnare, & non condemnabimini.* Charitas enim & misericordia vetant; ne suspicemur malè de proximo, & fratrem temerè iudicemus, imò magis omnia benè interpretemur, multitudinemq; peccatorum operiamus. Meum est iudicium, ait omnipotens. Contra maligna nostra iudicia, quæ Saluator hic prohibet, dicit Apostolus Roman. 2. Inexcusabilis es, ô homo, quisquis es qui iudicas; Nam hoc ipso quod alterū iudicas, teipsum condēnas. Contra cōtractoriū iudicium vel vsurpatum dicitur, Tu quis es, qui alienum iudicas seruum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Suo domino stat aut cadit: stabit autem. potens est enim Deus statuere illum. Iaco. 4. Nolite detrahere alterutrum, fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suū, detrahit legi, & iudicat legem. Si autem iudicas legem, non es factor legis, sed iudex. Vnus est enim legislator & iudex, qui potest perdere & liberare. Tu autem quis es, qui iudicas proximum tuum? Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo. Contra friuola iudicia vide Coloss. 2. Nemo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neminæ, aut Sabbatorum, &c. Contra dubia & falsa, Ioann. 7. habetur, *Nolite secundum faciem iudicare, sed iustū iudicium*

iudi-

iudicate. Domino ergo omne iudicium permittendum, Psal. 49. 2. Tim. 4. Hebr. 12. Iustus se prior accusat. Prou. 18. Iniustus ergo est quisquis alterum dente rodit Theonino. Sic Nabal iudicauit Dauid, dicens: Hodie increuerunt serui, qui fugerunt dominos suos, &c.

1. Reg. 25.

Anabaptistarum hic cauendum est: fermentum, ne massam catholicæ doctrinæ corrumpat. Hic non prohibetur magistratibus, concionatoribus, parentibus, magistris, ne malefacta subditorum iudicent atque condemnent. Nam Christus ipse instituit magistratum, deditq; iudicandi potestatem: cui etiam dixit, Rectè iudicate filij hominum. Psal. 57. Isaia 1. Quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, Deuteronom. 16. Iustè quod iustum est exequeris. Et Paulus iudicauit scortatorem Corinthium. Et Petrus Ananiam & Saphiram.

Anabaptistarum fermentum cauedum. Non omnibus prohibetur iudicare.

1. Cor. 5. Actor. 5.

Condemnatio verò ex iudicio nascitur. Condemnamus primò quum dicimus, Dignus est ille quem carnifex patibulo suspendat, quem terra deglutiat, quem diabolus dilcerpat, indignus in quem sol respicere, nec tantum verbis, sed etiam secundò fit factò, quum eum quem indignum nostris officijs iudicamus, aut non iuuamus, aut molestamus. Sed quemadmodum non quodcunque, sed inordinatum iudicium prohibetur, ita non quæuis aliorum condemnatio, sed iniusta. Permittitur etiam magistratui condemnatio iudicialia, iuxta illud Exod. 22. Maleficos non patieris viuere. Non enim sine causa principes gladium portant. Ministri enim Dei sunt, vindices iram ei qui malum agit.

Nō quæuis prohibita condemnatio.

Rom. 13.

Instruit igitur Christus priuatos homines, & quid ipsos oporteat facere, quid ipsis liceat, & quid non, apertè tradit, Christianis nec permittitur temerè iudicare, nec iniustè proximum condemnare. Abraham, Isaac, Iacob, & omnes alij Patres quum indigna paterentur, non condemnauerunt errantes, sed magis excusauerunt, magis sua illis officia exhibuerunt. Quod vnquam Dauid contra Saul verbum condemnatorium protulit? & quibus non prosequeretur officijs? Et Moses etiā iratus, non dixit, Domine, dignus est populus ille quem perdas: sed ait, Obsecro, peccauit populus ille peccatum maximum. Feecerunt enim sibi deos aureos: verum tu Domine dimitte eis hanc noxam: aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti, Exodi tricesimo secundo. Et Apostolus optabat anathema esse pro Israel. Christus quoque ipse factus est pro nobis maledictum, adeo non est suspitiosa vera charitas, nec cogitat malum, sed ex sincera mansuetudine, pietate ac simplicitate, proximi dicta factaque, quæ quo animo fiunt, dubia sunt, in meliorem mauult interpretari partem, verum, cui charitas

Priuatibus hominibus quid faciendum & quid non.

Rom. 9.

Galat. 3.



deest, quid aliud faciat, quam vt verbis & factis fratrem offendat, pugnetque illi qui dicit, Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris?

Verbum hic beati Augustini obseruandum: In conuersatione, inquit, humana sunt aliqua, quæ rationabiliter reprehenduntur: sunt quæ non sine peccato iudicantur. Aperta enim mala, & argui & iudicari debent. Illa autem quæ ignoramus, an bono maloue animo fiant, iudicare non debemus, sed in meliorem semper partem interpretari. Veniet enim tempus quo iudicentur, quando illuminabit Dominus abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, primo Corinth. 4. De illis ergo iudicare nobis permittitur, de quibus manifestum est, quia bono animo fieri non possunt: qualia sunt quæ ab Apostolo opera carnis nominantur, Gal. 5. De quibus Dominus, A fructibus eorum cognoscetis eos.

Cæterum consistit misericordia in remittendo, cum ait, *dimittite & dimittetur vobis*. His verbis Christus vult, vt si quicquam sit quod iudicio sit subiectum, vnde fratres nostros iudicare atque condemnare possimus, non solum ipsos non iudicemus atque condemnemus, verum etiam alacri atque prompto animo quicquid tale in nos commiserint, ipsis remittamus, siue verbis, siue operibus nos offenderint. Augustinus: Quam multa sint elemosynarum genera, quibus adiuuamur, vt dimittantur peccata nostra, nihil tamen magis illa, cum ex corde remittimus quod in nos quis peccauit. Vult ergo Christus hoc verbo docere, si quid in nos admissum sit, forti animo sufferamus. Pertinet autem fortitudo ad scientiam perferendarum iniuriarum, teste Cicerone 4. Tuscul. quæst. Præstate ergo vos viros fortes non ad vindicandum iniuriam, sed ad perferendas eas. Melior siquidem (Prouerbiorum decimo sexto) est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatoris viribium.

Præceptum hoc de remittendis offensis, amplissima & largissima promissione Christus, vt solet, exornat: vt si graue sit verbum illud imperiosum, *Remitte*, id leue, suaue, nimiumque dulce fiat, considerata beneque perpensa magnitudine illius promissionis, scilicet, *Et remittetur vobis*. quæ mox euestigio subsequitur. Ablegat nos ad orationem dominicam, in qua orantes dicimus, *Dimittite nobis debita nostra*, sicut & nos remittimus debitoribus nostris. Quasi dicat, Si vis remissionem omnium peccatorum seu debitorum à Deo obtinere, in te situm est: remitte proximis debita, id est peccata, & remittentur tibi tua. Remitte homo, & remittet Deus: remitte temporalia, remittentur tibi æterna. O verbum incredibile misericordia, consolatione, & suauitate exuberans! Remitte,

Aperta mala argui & iudicari debent.

Matth. 7.

Misericordia consistit in remittendo.

Præceptum de remittendis offensis amplissima promissione ornatur.

te, & remittetur tibi, Matthæi sexto. Hinc monet Saluator, Quum stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem, vt & pater vester qui in cælis est, dimittat vobis peccata vestra. Marci 11.

Alioqui, quo ore Deum (vt cum Ambrosio loquar) conuenimus, vt nobis dimittat, si non abscelimus nos? Homo homini reseruat iram, & à Deo quaerit medelam? In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur: Relinque proximo tuo nocenti te: & deprecanti tibi peccata soluentur. Colossen. tertio: Induite vos sicut electi Dei, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam: sicut & Dominus donauit vobis, ita & vos. Contra si contracti parciue fuerimus erga proximum, talem sentiemus & remunerationem, Matth. 18 Sic & pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Eccl. 28.

Tertio, misericordia consistit in dando: *Date*, inquit, *et dabitur vobis*. Mensuram bonam, confertam & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum. Hoc præcepto declarat Christus, quo pacto oporteat nos remittere. Est igitur ita remittendum, vt sedem ipsius odij aut indignationis quæ in corde locum tenet, inde prorsus exturbemus ac deiciamus. A deo vt è corde penitus liuoris aut amaritudinis omnis macula repellatur. Quod tum factum sperabimus, quando remissa culpa proximi, si inopia ipsum premi contingat, nos (modo per facultates liceat) nostris opibus ipsius miseras subleuemus. Idcirco Christus præcipit, *Date*. Vult vt etiam benefici simus in omnes, propter eum qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Iacob. 1. Et ne, quod accidere solet, putemus hoc nobis decessurum, quod proximis elargimur, subiecit promissionem locupletissimam, omni veritate constantem, scilicet, *Et dabitur vobis*. Augustinus: Dicit tibi Christus, da mihi, dedi tibi, habuisti largitorem, habe debitorem, habe & sceneratorem. Prouerb. decimonono, *Sceneratur Domino qui miseretur pauperis*. Non sit ergo porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. Quales fuerimus erga proximos, talis erit nobis Deus. Misericordia consistit in dando. Eccles. 4.

Et ne existimemus dona quæ nobis promittuntur, futura eiusdem conditionis atque illa quæ nos in nostros proximos conferimus, subiungit Christus, *Mensuram bonam, non malam: confertam, non vacuam: coagitatam & superfluentem dabunt vobis*, scilicet, Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Das tu homo temporalia: dabunt Pater, Filius, & Spiritus sanctus diuina: das caduca: accipies æterna.

*Eleemosyna non depauperat, sed parat tabernacula eterna. Eleemosyna quomodo danda.*

*2. Cor. 9.*

*Datores bonae mensurae, qui.*

*Pauperum ventres horrea aeternitatis.*

*Marc. 4.*

*Conclusio concionis Christi quae*

*Retributionem in proximum collatorum futura.*

De eleemosyna hic, sicut in aliis multis scripturae locis, experientiam habemus, neminem ea depauperari. Aeterna enim tabernacula parat eleemosyna, Lucae decimosexto. Hinc Act. 20. Beatius est dare, quam accipere. Largire igitur, & dabitur tibi. Porro largire cito, da sponte, da ex certa commiseratione, ut donum tuum eleemosynae nomen mereatur. Qui cito dat, bis dat: & hilarem datorem diligit Deus. Nulla enim est beneficentia, ubi nulla est benevolentia, teste Ambrosio. 1. Offic. c. 30. Hospitalis estote, ait Petrus, 1. cap. 4. Sine murmuratione. Nam non tam munus, quam animum aestinat Deus. Qui parca sementem facit, is parca messurus est: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Potens est Deus, ait Apostolus, efficere, ut totum beneficium in vos exuberet, ut in omnibus omnem sufficientiam habentes, exuberetis in omne bonum: quemadmodum scriptum est, Dispersit, dedit pauperibus, &c. Hoc vult & Saluator hic, bonae mensurae mentionem faciens. hanc dabunt, inquit, vobis. Sunt etiam hi datores pauperes, qui a nobis acceperunt. Nam & sic infra dicitur capite decimosexto: Recipient vos in aeterna tabernacula. Mensuram bonam, sufficientem, conquassatam, & superfluentem Lazarus diuiti suppeditasset, ac a damnationis sententia liberasset, si ex vera compassione illi vel micam suae mensurae cupiditas dedisset. Dabunt, ait, illi quibus iam opera impenditis misericordiae, quia causa erunt ut Deus det: docens quod non alius baiulus, non alius currus, nec alia nauis oneraria nobis esse potest, quo nostra illa praemittamus, nisi pauperum ventres. Hinc Chrysostomus vocat pauperum ventres, horrea aeternitatis.

*Eadem mensura qua mensi fueritis remetietur vobis.* Ambrosio. Non iniqua mensura rependet Deus: sed est ac si dicat, Ipsa iniquitas iudicandi, & iniqua mensura tibi nocet, te punit, & saepe non illum, de quo agis. Vel si recte iudicas & mereris, tibi prodest, te saluat, & si aliquando non illum cui haec impendis. Sic & in eleemosyna, quae tamen magis pensatur quo ad affectum, quam effectum 2. Cor. 8. Patet etiam hoc in vidua duo minuta offente, Marc. 12.

Haec ergo sententia est conclusio concionis Christi, quae, 1. Est Phrasia Hebraica, qua Christus Iudaeos tunc temporis admonuit, & modo nos admonet illius tremendi iudicij: ut sciamus actiones nostras non ab homine, sed a Deo examinandas, Sophon. 1.

2. Docet futuram retributionem illis operibus quae in hac vita proximis contulerimus: & hoc nobis promittit, suoque diuino & infallibili verbo confirmat se habiturum rationem honorum nostrorum operum, ut iusto atque condigno praemio com-

compenset in die iudicij, & id quidem ut alacriores & promtiores simus eleemosynis largiendis, & ut de mercede praemij, Christi verbo confirmati non dubitemus, Matth. 25. Venite benedicti Patris mei, &c.

3. Docet etiam his verbis, in die iudicij iustitiam & misericordiam in nostris animabus iudicandis ad futuras: Iustitiam ut speremus iustos sine praemio non futuros: misericordiam, ut quicquid sit imperfectionis, sua misericordia suppleat.

4. Docet tantum misericordiae vnumquemque fidelium a Deo in die iudicij consequuturum, quantum adhuc viuens ipse proximis ex charitate impartitus fuerit, 1. Corinth. 3. Vnusquisque secundum suum laborem, mercedem accipiet. Matth. 5. Beati misericordes, &c.

*Dicebat autem et illis similitudinem, quod haec magis infingeret animis suorum. Gaudet enim harum rerum collationibus uti, quae sensibus omnium notissimae sunt.*

*Nunquid potest caecus caecum ducere? Nonne ambo in foueam cadunt?* His verbis denotat Iudaeos esse caecos, qui inuicem se, nisi Christus adsit, ad Patrem ducere minime poterunt.

Ita eodem modo nos docet, quod si peccator peccatorem iudicet, idem esse atque si caecus caecum dirigere velit, aut si discipulus magistrum docere praesumat. De caecis illis dicitur Roman. 2. Confidis teipsum esse ducem caecorum, lumen in tenebris versantium, eruditorem insipientium, habentem formam cognitionis ac veritatis per legem. Qui igitur doces alium, teipsum non doces? qui praedicas non furandum, furaris? &c.

Cato, Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum. Si ecclesiastes delirat, si magistratus inneptit, si corrumpit sacerdos, qui stare poterit laicus? Labescere principe, cadat & populus oportet. Ignorantia ducis, est calamitas populi sequentis. Corruptunt magis exempla (quod poeta ait) magnis authoribus orta. Hier. 50. Grex perditus factus est populus meus, pastores eorum seduxerunt eos, feceruntque vagari in montibus. haec ad primam similitudinem.

Sequitur secunda, *Non est discipulus supra magistrum*, hoc est, Si vocatus es ad praelaturam & magistratum, age, imitare & tu magistrum eum, cuius te discipulum esse iactas. Coepit Iesus facere & docere, Actorum 1. Tu quoque Christi exemplo prius vita ipsa, quam doctrina doce. Durum est (inquit Gregorius) ut qui nescit ferre moderamina vitae suae, index fiat vitae alienae. Si magistrum Iesum sequeris, nihil operis boni omittis, nihil mali committis, omnibus te submittis, nulli te praefers, amas omnes etiam infimos quoscumque perditos amicum quaerens. Si magistrum audis, etiam si omnia quae tibi praecipita sunt praestiteris, seruum te inutilem dices: sic secundum tuam mensu-

*In animarum iudicio & iustitia et misericordia aderunt.*

*Similitudo Matth. 5.*

*Ioan. 14.*

*Exemplum et error magis corrumpunt magnis authoribus orta.*

*Matth. 10. Ioan. 13.*

*Exemplo Christi vitae prius docendum quam doctrina.*



ram similis magistro tuo euades. Nam si magister vester qui Deus est, suas non vliscitur iniurias: discipuli, qui homines sunt, magistrum secundum regulam perfectionis imitari debent, Ioan. decimotertio. Non enim par est potiorum esse discipuli conditione, quam magistri, satis erit perfectus si magistro æquetur, & ipsum magistrum imitetur. Quasi ergo discipulus supra magistrum erigitur, quæ Christianus quis iniurias audire dedignatur, seque suis viribus vliscitur conatur. Augustinus: Sûma religionis christianæ est, imitari quæ colis. vnde sequitur. *Perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius: hoc est, qui & exemplo vitæ & religionis præceptis magistrum suum imitatur. Quisquis fecerit & docuerit, hic magnus, ex politus, & perfectus vocabitur in regno Christi, Matth. 5. Minimus qui docet & non facit. Perenti da, cupienti murum accipere ne auerferis, inimicum dilige, & pro tua capacitate eris perfectus, quæ admodum Pater cælestis.*

*Summa religionis imitari quem colis.*

*Matth. 7. Trabs grane peccatû, festuca leue peccatû. Matth. 23.*

*Homines huius seculi tales quales Iudei.*

*Rom. 14.*

*Heretici nostri temporis quales.*

3 Tertio complectitur Euangelium, quomodo Christus arguit temeritatem eorum qui alios iudicant & condemnant, sed ad sua vitia cæcunt. *Quid, inquit, vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo tuo est, non consideras? Trabem vocat Christus hypocrisin, philautiam, & talia grauissima quæque peccata, quæ apud Matth. 23. appellat camelum: festucam verò vocat leue peccatum dicto aut facto commissum, quod apud Matthæum muscam appellat. Ad quod Poëta alludit, Hæc rubera, illa verò appellans næuos. Sic Pharisei in Christo damnabant, quod benefaceret hominibus in Sabbato, Ioan. nono. Et in discipulis damnabant, quod illotis manibus cibum caperent, Matth. 15. quum ipsi interim enormibus vitij maderent. Tales sunt & hoc seculo, qui otia, inertiam, luxum, concubinatam, furta & raptus, simoniam, sacrilegia, & talium vitiorum lernam dissimulant in se, & in suis, & rigidè animaduertunt in subditorum paruos defectus: hæreticos verò & præcisos subinde cõdemnant, qui in quadragesimalis ieiunij tempore lactarijs vtuntur, aut non ieiunant: anathema habent eos qui verbum Dei decretis præferunt humanis, quæ veritati consuetudines posthabent. Otiosè illis scriptum est: Non est regnum Dei esca & porus, sed iustitia & pax, & gaudiû in Spiritu sancto. Non mediocriter illis hallucinatur Hieron. d. Non mediocriter errat, qui minus bonum maiori præfert. Cessent hi camelum deglutendo colare culicem: quin hoc potius iudicent, ne ponatur offendiculum fratri.*

Sic ex altera parte hæretici nostri temporis in monachis & clericis coniugia dicunt esse sancta: in reliqua autem plebe dicunt esse contractum qui nihil habeat sanctitatis, nec dicenda, nec esse sacramenta.

Dei

Dei præcepta contempnunt, & inutilia ad salutem temerè affirmant. Consilia de votis abrogant, & vt impia reiiciunt. Resistunt veritati: quam Ecclesia catholica Romana ab ipsis Apostolis ad nostra vsque tempora retinuit. Reiiciunt magistratus, docent omnem dissolutionem, permittunt omnia quæ carni, mundo, diaboloque deseruiunt, negant fornicationem esse peccatum.

Sunt pleni superbia, ambitione, ira, calumniis, perturbant rempub. Christianam.

Charitatem inutilem prædicant, fidem iactant, sed virtutem eius abnegant, meritis detrahunt, imò ne ipsis quidem diuis parcunt. non ergo mirum, quod viuis graues sint & molesti.

Et quum sint pleni sceleribus, tamè sibi coniuuent, sui que oblit, peccata Pontificis Romani, Cardinalium, Episcoporum, Monachorum proclamant. Idque vt populares animos sibi concilient, & odio atque inuidia Ecclesiasticum ordinem apud reliquam multitudinem grauent. His omnibus dicit Christus, *Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies vt educa festucam de oculo fratris tui.* Carpturum enim alios immaculatum oportet esse. Magnis enim obtenebratus peccatis, minora in fratre cernere non potest. Vnde Greg. Imperitus est medicus & improbus, qui mederi se appetit, & vulnus proprium nescit.

Doctrina huius Euangelii est, nemini licere priuata sententia iudicare: iuxta illud Pauli, Nolite ante tempus iudicare, quoad vsque veniat Dominus, &c. 1. Corinth. 4. Nã Deus potens est lapsum erigere, vt cum qui hodie sit Saulus, cras aut perendie faciat Paulum, & eam quæ iam peccatrix infamis est & abiecta, acturum compunctam corde, Christus filiam agnoscat dilectam, Lucæ. 7.

*Heretici quare sui oblit, in aliorum peccata. præsertim ecclesiarum proclament.*

*Doctrina, nemini licere priuata sententia iudicare.*

#### EPILOGVS.

1 Dei bonitas filijs Dei imitanda proponitur, vt simus erga gratos & ingratos benefici & misericordes, Energia Christianismi posse benefacere inuitis, ingratis nõ intelligentibus, Ephes. 5.

*Bonitas Dei imitanda.*

2 Christiani hominis est proximi dicta & facta dubia quo animo fiat in meliorem partem interpretari, charitas nõ cogitat malum, 1. Corinth. decimotertio.

3 Similitudine festucæ & trabis Christus humani ingenij cæcam philautiam notauit, quæ est alienis vitij offendere, nostris blandiri, & maritiam nostram, id est, peram, à tergo, aliorum in fronte habere, cum veritas in alijs sit iudex clementior, in se verò animaduertat seuerius. Proverb. 18. Inustus in principio accusator est sui.

*Similitudine, humani ingenij cæcitas notatur.*

DOMINICA QUINTA  
POST TRINITATEM,  
EPISTOLA.

1. Pet. 3.

**C**harissimi, omnes unanimes in oratione estote, compatiētes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: sed è contrario benedicentes: quia in hoc vocati estis, ut benedictionem hereditate possideatis. Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, coerceat linguam suam à malo, & labia sua ne loquantur dolum. Declinet à malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & persequatur eam: quia oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Vultus autē domini super facientes mala. Et quis est qui vobis noceat, si boni emulatores fueritis? sed & si quid patiemini propter iustitiam, beati. Timorem autem eorum ne timeatis, & non conturbemini: Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris.

Omnes  
unanimes  
simus oportet.

**I**N hac Epistola diuus Petrus facit tria.

1. Primò ostendit quomodo nos gerere debeamus erga proximum, nempe esse unanimes, quod est habere idem velle, & idem nolle, in rebus quæ pertinent ad Dei cultum, doctrinam fidei, publicam vtilitatem, & salutem nostram. Ad hanc virtutē inuitat nos Christus, Ioan. decimo septimo. Pater sint vnum, sicut & nos.

Vult nos deinde similiter affectos esse, hoc est, compatiētes, quod est alterum alterius onera portare, curam proximi agere. Ad hanc virtutem inuitat Paulus, Galat. 6. Alter alterius onera portate, &c.

Charitate  
fraterna  
oportet nos  
esse præditi.

Præterea, ut simus fraterna charitate præditi, quod est alios fraterno amore prosequi, non vt amicos tantum, sed vt fratres. Ad hanc virtutem inuitat Christus, Ioan. 13. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, &c.

Cæterum vult nos misericordes, quod est, alijs, etiam cum periculo vitæ, subuenire in extrema calamitate constitutis, & omnibus angustijs & infortunijs, si possimus, eripere. Ad hanc virtutem inuitat in prima sua canonica B. Ioan. cap. 3. Si quis babuerit substantiam, &c.

Ep. 1. 4.

Tandem monet erga proximum nos debere affabiles esse, modestos & humiles, quod est esse faciles, mansuetos, comes, omnia in meliorem partem interpretari, omnia boni consulere. Ad hanc virtutem inuitat Salomon Prouerb. decimo quinto, Sermo durus suscitatur rixas, responsio mollis frangit iram: & Paulus, Estote inuicem benigni, misericordes, &c.

Sunt autem eximie virtutes, & omnibus Christianis ad salutem

rem necessariz: verum satan eas dissipauit varijs sectis, quales Mahometi, Iudæorum & Gentium: dissipauit etiam hæresibus, quales sunt Lutheri, Caluini, Brentij, & Anabaptistarum, qui omnes charitatem & eius fructus ita aspernantur, vt illi hanc parui reputent, & cupiditatem maiori in pretio habeant. Hi amant dissidia, diuersa sectantur, cædes spirant, sanguinem sitiunt humanum, prædæ inhiant, & omnia crudelitatis genera charitati præferenda iudicant.

Hi hanc negent contra Paulum ad Corinthios, esse maiorem fide & spe, inficienturque ipsam iustificandi habere virtutem.

Dissipauit quoque satan has virtutes, peccatis & vitijs. Nam nos, qui volumus haberi catholici, filij Dei, oues Christi, & eius fratres, ita sumus commaculati, vt expulsa charitate, frequentius diabolus in sinum cordis nostri admittamus. Res est sanè lamentatione dignissima, & quæ sine magna animi commiseratione narrari minimè queat, videre nimirum Christianos tam alienos à studio charitatis, perinde ac si Christus de ea fugienda mandatum nobis dedisset. Quam parum calamitas proximi nos afficit: quam crudeliter eidem detrahimus, in negotijs circumuenimus, vsque ad os rodimus. O quam procul abest, vt eius onera portemus. Verè prædixit Christus: Abundabit iniquitas, refrigescet charitas.

2. Secundò ostendit beatus Petrus, quomodo nos gerere debeamus erga inimicos & persecutores, nempe non retaliantes malum pro malo, non dantes conuitium pro conuitio, quod est malefacta non malefactis, neque conuitia conuitijs rependere: sed e contrario, simus benedicentes maledictibus, quod est bona maleuolis precari, orantes pro inimicis & persecutoribus, quod est preces ad Deum pro inimicis & persecutoribus fundere. Harum virtutum euidentis exemplum sunt nobis Christus saluator Luc. 23. & B. Stephanus Act. 7.

Hac enim in vocatione sumus, non vt malum pro malo, neque conuitium pro conuitio reddamus, pro verberibus verba maledicta effundamus, vindictam expetamus, proximum circumueniamus, aut lædamus, sed potius bona rependamus, bona loquamur, benedicamus, bona precemur, quæ honesta & vtilia sunt proponamus, & patienter omnia toleremus.

Multi enim sunt qui coram blandi sunt, occultè nocent: palam agunt amicos, clam obtreçant: ore ferunt mella, corde venenum: ore prosperum diem precantur, animo verò lernam malorum. hi sunt fructus malæ arboris, quibus eueniet illud: Dilexit maledictionem & veniet ei, noluit benedictionem & elongabitur ab eo.

Hac doctrina dānantur, qui animis tam parum Christianis,

c s ne

*Virtutes he  
eximie &  
omnibus  
ad salutem  
necessariae,  
varijs se-  
ctis dissipa-  
te sunt.  
Caluinista-  
rum & A-  
nabaptista-  
rum et alio-  
rum factio-  
rum chari-  
tas.  
Sunt itē he  
virtutes  
dissipate  
vitijs &  
peccatis.*

Matth. 24.

Pro. 17. &

21.

Rom. 12.

1. Theff. 5.

Quomodo

nos gerere

debeamus.

erga inimi-

cos.

Fructus ma-

læ arboris

qui

Psal. 102.



ne dicam impijs, vindictam per multos annos occultam gerere solent, Ecclesiast. 28. Qui vindicari vult, à Deo inueniet vindictam. Damnantur & illi qui verba pessima, contumeliosa, & probrosa ingerunt proximis. Diffamatores verò, ac falsi delatores, non tantum damnantur, verum etiam æterno igni adiudicantur, Coloss. 3. Qui iniuriam facit, recipiet id quod iniquè gessit.

*Quomodo  
debeamus  
nos gerere  
erga Deū.  
Psal. 33.  
Tutum silē  
tij præmiū.  
Iustitia  
Christiana  
declinare  
malum, et  
facere bonū  
Duplex pax  
querenda.*

Tertiò ostendit Apóstolus quomodo nos gerere debeamus erga Deum, nempe si volumus vitam diligere, & dies videre bonos, vt coërceamus linguam à malo, & labia ne loquantur dolum; vult dicere Petrus, Cui pax, gaudium, & tranquillitas in hoc mundo curæ sunt, is compescat os suum, non solum in amicorum, sed etiam inimicorum contubernijs. Est enim tutum, vt dicitur, silentij præmiū, Deut. 32. Rom. 12.

*Declinemus à malo, & faciamus bonum.* Isa. 1. Psalm. 30. ac si dicat, Si blasphemasti, & malum pro malo compensasti, caue eadem amplius committas, Patere potius, & abstinere, omnia Deo committere, cuius est vindicta.

*Queramus pacem, & persequamur eam:* vult dicere, Queramus primum pacem internam, deinde apprehendamus & externam, vt cum illa amicitiam Dei nobis comparemus: hac verò cum amicis, ciuibus & vicinis, imò cum omnibus hominibus concordem viuamus, pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum, quia oculi Domini super iustos: vultus autem Domini super facientes mala.

Simus bonitatis æmulatores, & nō erit qui noceat, ac si dicat, Si interim patimur iniurias, æquo animo feramus, nec vindicemus, tum aduersarij nostra constantia victi desinent nos iniurijs & molestijs onerare.

*Matth. 5.*

Nō turbemur, si aliquid aduersi acciderit: sed & si quid patimini propter iustitiam beati: *Timorem autem eorum ne timueritis, et non turbemini,* inquit, vt maximè det mundus damnum corporis, aut rerum: tamen vitæ æternæ præmiū intercipere non potest, imò beati erimus, si illorum iniurias susque eoque tulerimus.

*Deus cordium explorator.*

*Sanctificemus Deum in cordibus nostris.* Est enim Deus *nos* & cordium explorator. Vult dicere, Si Deus immiserit crucem, afflictiones & tribulationes, Deū laudemus, Deo gratias agamus, Deum glorificemus: non in gestibus externis tantum, sed etiam in cordibus nostris. Est autem Deum sanctificare, quando omnia opera nostra bona & merita Deo, vnde gratia merendi, & nos ipsos sanctificandi promanat, non nobis tantum adscribimus, quando etiam in omnibus afflictionibus & tribulationibus nomen Dei in spiritu & veritate inuocare & implorare possumus; demum quando omnia siue

prospe-

prospera siue aduersa nobis immittat Deus, boni consulimus, & patienter toleramus.

Si nunc Deus existimauit nos dignos, qui propter nomen eius aliquid pateremur, faciamus exemplo Apóstolorum, qui glorificabant Deum, & ibant gaudentes à conspectu concilii, quod digni habiti essent pro nomine Iesu contumeliam pati, Act. 5. Faciamus exemplo Dauidis Regis, qui ait Psalm. 33. Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Et exemplo ipsius Iob, qui orbatus camelis, ouibus, asinis, ac liberis, Deū glorificauit, & dixit, Si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non sustineamus? Dominus dedit, Dominus abtulit: Sicut Domino placuit, ita factum est, Sit nomen Domini benedictum, Iob 1. & 2. & Tobie exemplo, qui cæcus factus, immobilis in Dei timore permansit, gratias agens Deo omnibus diebus vitæ suæ, Tob. 5. Hoc est Deum sanctificare & gratias agere, in vtriusque fortunæ temporibus, siue dies sit mater, siue nouerca.

Porro duo sunt notanda ex hac lectione. Primò, verbum illud Petri, Sanctificate Dominum Christum in cordibus vestris. Perit sanctificationem cordis, quia sunt multi, qui cum videant se in Deum aut proximum nihil prorsus posse, tacent & impatientiam in corde celant. His iubet Petrus vt in corde & corpore sanctificent, id est, benedicant, laudentque Deum, qui aduersa immittit.

Secundò, consolabitur enim nos mirificè in afflictionibus scire quod non patiamur vt fures aut latrones, sed propter Christum, quem mundus odit. proinde salus & æterna vita est nobis promissa. Si nunc in hoc mundo sunt tribulationes & angustia, erunt in futuro seculo pax, gaudium, & æterna requies, Amen.

Tria sunt quæ Christianorum animos in aduersis sustinent ne succumbant. Primum est causa. Quando enim Christianus inquit atque diligenter explorat, qua de causa mundo sit exosus, quæ sit ratio quare homines ipsum derelinquant, fugiant, & varijs ac grauibus incommodis afficiant: videritque non esse furtum, homicidium, blasphemiam, aut adulterium: sed religionem Christi & eius Ecclesiæ, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, &c,

Secundum est nomen, Quando Christianus viderit nomen suum iniuria & malitia improborum hominum deformatum, & apud viros graues inuidia, odio, & mala fama grauatum per eum cuius vita est flagitiosa & scelerata: videritque ac senserit se immunem ab illa macula, qua malus & peruersus animus voluit eum aspergere. Beati estis cum maledixerint vobis homines, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes, &c.

Ter-

*In tribulatione exemplo sanctorum glorificemus Deum.*

*Notanda duo.*

*Summa consolatio, patenti nō vt fures et latrones, sed propter Christum. Tria sunt quæ Christianorum animos in aduersis sustinet, ne succumbant. Matth. 5.*

*Ibidem.*

Tertium est præmium. Quando enim Christianus contem-  
platur excellentiã & magnitudinem illius gloriæ promissæ pa-  
tientibus iniuste, tunc animo lætabundo & verè Christiano  
exultat catholicus ante tribunalia inimicorum, Turcæ, Gen-  
tium, Lutheranorū, aliorumq; hæreticorū. Lætatur vehemen-  
ter, quādo videt se vocari operarium, iustitiarium, Romanen-  
sem papistam, omnia ista nomina maximè honorifica sibi esse  
arbitratur; nec cum illa audit, cōmouetur, aut indignatur, verū  
gratias agit Deo: Ibant Apostoli gaudentes à conspectu cōsiliij,  
quia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.

Act. 5.

Epitome  
doctrinae  
pietatis.  
Regula vi-  
uendi vt.

EPILOGVS.  
1 Epitomen totius doctrinae pietatis, mira breuitate Apostolicus Petri  
spiritus complectitur, qua præceptum charitatis explicatur, vt omnes si-  
mus vnanimes, similiter affecti, fraterna præditi charitate, &c.  
2 Regula viuendi, vt dies bonos et vitā habeamus, linguā pusillum hoc  
mēbrū, vnde incoercibilia mala, moderari, declinare à malo, facere bonū.  
3 Beatitudo est Christiani, quod mundo apparet calamitas esse, aduersa  
inquam propter iustitiam pati, Matth. 5.

E A D E M D O M I N I C A  
E V A N G E L I V M.

Luc. 5.  
Matth. 4.  
Marc. 11.

**I**N illo tempore, Cum turbae irruerent in Iesum, vt audirent verbum  
Dei, & ipse stabat iuxta stagnum Genezareth: & vidit ibi duas naues  
stantes secus stagnū. piscatores autem descenderant et laxabant retia sua.  
Ascendens autem in vitam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum à terra  
reducere pusillum, & sedens docebat de nauicula turbas. Vt loqui autem  
cessauit, dixit ad Simonem, Duc in altum, et laxate retia vestra in captu-  
ram. Et respondens Simon Petrus dixit illi, Præceptor, per totā noctem la-  
borantes nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecis-  
sent cōcluserunt piscium multitudinē copiosam. Rumpebatur autem rete  
eorum. Et annuerunt socijs qui erant in alia naui, vt venirent et adiua-  
rent eos: & venerunt et impleuerūt ambas nauiculas, ita vt penè merge-  
rentur. Quod cum videret Simon Petrus, prociuit in genua Iesu, dicent,  
Exi à me Domine, quia homo peccator sum. Stupor autem circundederat  
eum, & omnes qui cum illo erant in captura piscium, quā ceperunt. Simi-  
liter autem Iacobum & Ioannem filios Zebedæi, qui erant socij Simonis.  
Et ait ad Simonem Iesus, Noli timere: ex hoc iam homines eris capient.  
Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus, secuti sunt eum.

Maxima  
Christi in  
prædicādo  
diligentia.

**H**oc Euangelium complectitur tria. 1 Maximam Chri-  
sti in prædicando diligentiam atque sedulitatem. Stabat  
enim Christus iuxta stagnum Genezareth, & cum vidisset  
duas naues, ingressus nauem, quæ erat Simonis Petri, sedens  
docebat turbas. Hinc sument exemplum concionatores. Sicut  
enim Christus variis modis nobis ob oculos ponitur, ambu-  
lans,

lans, stans, sedens, mari & terra peregrinans Iudæam, Gali-  
læam, & fines gentium, prædicans in synagogis, plateis, deser-  
tis, & montibus: sic prædicatores nihil intermittere debent,  
quod ad boni pastoris officium pertinet, etiam si vnicum ha-  
beant auditorem, vel Nicodemum, Ioan. 3. vel Mariam, Luc.  
10. Talis concionator fuit Paulus, qui ab Ierusalem per cir-  
cuitum vsque ad Illiricum repleuit euangelium Christi, Rom.  
15. & Act. 20. dixit, Non subterfugi quominus annuntiarem  
omne consiliū Dei vobis.

Exemplum  
concionato-  
ribus Chri-  
stus.

Completitur etiam hac prima parte, maximam plebis in  
audiendo Dei verbo attentionem deuotionemq; . Stabat enim  
turba ad littus maris audiens verbum Dei. Nam sermonem  
Pharisaicum plerique fastidiebant, quod præter hominem ni-  
hil referret. Ipse autem erat docens sicut potestatem habens,  
Matth. 7. quia verba vitæ æternæ habebat, Ioan. 6. Quorū gra-  
tia reliquerant domos, villas, oppida. Nam in miserat Deus in  
eos famem, non panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi  
verbum Dei, Amos 8. Eratque illis sermo Domini pretiosus.

Maxima in  
audiendo  
Dei verbo  
plebis at-  
tentio.

Hinc sument exemplū auditores. Sicut enim populus Chri-  
stum prædicantē sequebatur in synagogas, montes, desertum,  
& ad mare: sic Christiani fruenter verbum Dei audire debent.  
Nam hæc duo cohærent, docere, & audire. Sicut enim prædi-  
catorum est docere, & catholicè, & sincerè instituire: sic audi-  
torum est, diligenter, attentè ac reuerenter audire, sanamque  
doctrinā animis infingere, iuxta illud Luc. 11. Beati qui audiunt  
verbum Dei, & custodiunt illud, vtpote, quod illuminet intel-  
lectum, inflammer affectum ad amorem cælestium, audientes,  
& obaudientes faciat filios Dei, Ioan. 10. pascat animam ac  
sanet, hominē sanctificet, à peccato liberet, postremò saluet &  
beatificet. Vnde non minus delinquunt, qui dormitāter negli-  
genterq; verbum Dei audiunt aut prorsus contempnunt, quàm  
si corpus Christi in terram proiciant, pedibusque conculcent.  
Contra quos dicit Dominus illud Psalm. 49. Tu verò odisti  
disciplinam, &c. Non enim minori reuerentia & diligentia  
audiendum est verbum Dei, quàm corpus Christi videndum  
& tractandum, Iaco. 1. In mansuetudine, suscipite insitum ver-  
bum, quod potest saluare animas vestras.

1. Reg. 3.  
Exemplum  
populo Chri-  
stiano hæc  
turba.

2 Secundo completitur dialogismum Christi & Petri: Ab-  
soluta namque concione, dixit Christus Simonis, Duc in altum,  
& laxate retia vestra in capturam. Post prædicatum verbum, mirt-  
it eos ad opus, in hoc morale memorabile nobis exhibens,  
nempe post auditum verbi, non ad spectacula vana, non ad ne-  
gotia peccaminosa, non ad otia inertia, non denique ad cho-  
reas, ludos, crapulas & luxum abeundum, sed ad contempla-  
tionem, verbiq; operationem, vt non frustra laudetur Ec-  
clesia

Dialogis-  
mus Chri-  
sti et Petri.  
Post audi-  
tum verbū  
dei non est  
ei dum ad  
vana spe-  
tacula, etc.



clesia in Prouer. cap. 31. vbi habetur, quod otiosa panem nunquam comederit.

*Omni ho-  
minum co-  
natus sine  
Deo inuti-  
lis.*

*Omnia no-  
stra studia  
in nomine  
Domini  
exordiantur.*

*Christus  
non solum  
Dominum  
celi et ter-  
ra, sed &  
maris.*

*Studiorum  
nostrorum  
succensus  
vnde.*

*Duc in al-  
tū, etc. om-  
nis generis  
hominibus  
dictum.*

Simon Petrus responderet: *Preceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus.* quæ verba satis indicant omnes hominum conatus, consilia, & rerum agendarum actiones, fluxas, atque inutiles futuras, nisi exordium ex Dei virtute traxerint. Psalm. 126. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Vnde non improbandus hic mos est, in initio cuiusq; operis inuocare nomen Domini, eiusq; implorare auxilium. Nam tale opus non potest non prosperum sortiri progressum & exitum. Sic David fecisse legitur, Psalm. 43. In nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.

*In verbo autem tuo, inquit, laxabo rete.* Docet hoc verbum omnia nostra studia, & actiones in nomine Domini exordiantur, vt dictum est, vt prosperum sortiantur euentum. Siue manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite, 1. Cor. 10. Item omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu facite, gratias agentes, Coloss. 3.

*Concluserunt piscium multitudinem copiosam, ita vt rumpeatur rete.* Hic docetur primū Christū non modò Dominum esse celi & terræ, sed etiam maris. Quemadmodum enim Deus populo Israelitico, tantam coturnicum multitudinem miserat, vt copiosa fuerint castra, Exod. 16. sic tantam hic piscium multitudinem & copiam dedit, vt ambas impleuerint naues; digna mercede promptam obedientiam remunerauit.

Cæterum docet hoc verbum, vt cognoscamus vnde studiorum nostrorum successus, proventus, & incrementum profluat, nempe ex obedientia præceptorum Dei, iuxta illud Isa. 1. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comederis. vnde etiam Deut. 28. ad longum. Qui enim audierit verbum Dei & ei obediuerit, hic sciat nihil sibi de futurum, quod corpori vel animo possit prodesse, sicut habetur Mat. 6. Primū quærite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiciuntur vobis; si modò vramur medijs à Deo constitutis, quæ sunt laborare, operari, & sperare, quemadmodum hic Christus ait, Duc in altum, & laxate retia vestra, &c.

Quæ verba omnis generis hominibus dicta sunt. Nam quodq; officium suum onus habet & opus. Episcopis, pastoribus, concionatoribus dicit, Populū diligenter in sana & catholica doctrina instituire, sacramenta iuxta institutum, quod ecclesia Romana tenet, ipsis administrare. 1. Pet. 5. Pascite qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè, secundum Deum: neq; turpis lucris gratia, sed voluntariè: neq; vt dominantes in clericis, sed forma facti gregis ex animo.

Magi-

Magistratibus dicit, Ecclesiam & doctrinam catholicam non tantum honorate, verum ab impiorum hæreticorum schismaticorum iniuriis & insultibus defendite, viduas & pupillos protegite, malos afficite iustis suppliciis, piis ac iustis parocianamini, pacem cõplectimini, & in omnibus iustitiam diligenter obseruate. Psalm. 81. Iudicate egeno, humilem & pauperem iustificate. Isa. 1. Quærite iudiciū, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Sap. 1. Diligite iustitiam qui iudicatis terram.

Christianis, Doctrinis variis & peregrinis nolite intedere. Hebr. 13. Obtemperate magistratui, primū sacro, deinde prophano. 1. Pet. 2. & Rom. 13. Quod vobis fieri non vultis, alteri ne feceritis. Tob. 4. Matth. 7. Vnusquisque in ea vocatione in qua vocatus est, maneat, atque in eadē Domino Deo seruiat.

Parentibus ait: Erudite filios & familiam ad pietatē & gloriam Dei, & ecclesie Romanæ catholice, & proximi vtilitatem. Filij tibi sunt, erudi illos & curua, &c. Filie tibi sunt, serua corpus earum, &c. Eccle. 7. & Ephes. 6. Educate illos in disciplina & correptione Domini.

Liberis, Estote obedientes, fideles, veraces, mala consortia fugite. Ephes. 6. Coloss. 3. Exod. 20. Carō, Cum bonis ambula. Psalm. 17. Cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris. Ioan. 3. Cano. Charissime noli imitari malum, &c.

Breniter omnibus dicit, Facite officium vestrū, & mei non obliuiscamini. Obtemperate verbo meo, & omnia, si salutari animarum sit vtile, feliciter vobis cedent: sicut in discipulis hodie factum Euangelista docet.

*Et annuerunt socijs qui erant in altera nauī, vt veniret & adiuuarent eum.* Docemur hic id cognoscere, neminem sibi in ecclesia sufficere, sed alterum alterius ope atque opera indigere, vt inuicem honorare præueniamus ac humiliemur. Non potest autem dicere oculus manui: Opera tua non indigeo: Aut iterum caput pedibus, Non estis mihi necessarij: sed multo maius quæ videtur membra infirmiora esse, necessaria sunt.

*Et venerūt & impleuerūt ambas nauiculas, ita vt penè mergerentur.* Docent nos Apostoli isti, alterum debere alterius onera portare, & sic adimplere legem Christi. Galat. 6. Nam frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. Prouerb. 18. Firmior esset ecclesie ciuitas, nec adeo vacillaret, si ecclesie proceres sibi mutuo suppetias tulissent in tuenda atque conseruanda fide catholica, atque hæretici in scienda ea laborarunt: si inquam, tantum laboris insumpissent in extirpandis hæresibus, quantum in congerendis nummis, atq; calicibus euacuandis desudarunt, non eò deuenisset Christiana respublica, non tot pisces extra nauim ecclesie miserè exularent, atque aberrarent. Sed cum

*Magistra-  
tus Eccle-  
siam & do-  
ctrinā ca-  
tholicā ab  
impiorum  
schismati-  
corum iniu-  
rijs et in-  
sultibus de-  
fendere de-  
bent.*

*1. Cor. 7.  
Parentū est  
erudire fi-  
lios ad pie-  
tatem.*

*Liberorum  
est obedire  
et mala cõ-  
sortia fu-  
gere.*

*Nemo sibi  
in ecclesia  
sufficit.*

*1. Cor. 12.*

*Alter alte-  
rius onera  
por et ne-  
cesse est.*

dor-

Matth. 13. dormirent homines, venit inimicus homo & superfeminavit zizania.

Simon hoc miraculo territus, procidit ad genua Iesu, dicēs, *Discede à me Domine, quia homo peccator sum*, totam huius facti gloriam ipsi transscribens, & indignum se eius consortio iudicans. Sed quoniam non indignatione, sed humilitate Dominum repulit, ideo magis attraxit, Iacobi 4. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

*Stupor enim circumdederat eum in captura piscium, quam ceperāt, Similiter autem & Iacobum & Ioannem, &c.* ex tanti miraculi magnitudine. Sed primitiæ hæ sunt operū Christi, decimæ sunt, de quibus ait, Et vos maiora his facietis.

*Timor diffidentia & pusillanimitatis non reuerentia abiiciendus*

Et ait ad Simonem Iesus, *Noli timere, posthac homines capies.* Non excludit timorem reuerentiæ, cum initium sit sapientiæ, Psalm. 110. sed pusillanimitatis & diffidentia. Cor enim contritum & humiliatum non despiciet. Psalm. 50. Post hac dabis operam, non ut nauim impleas piscibus, sed ecclesiā meam euangelicæ doctrinæ professoribus verbo, exemplo, & miraculis homines conuertendo.

*Piscatio Christi capere animas. Mysterium Euangelij. Piscatura prædicandi ministeriū. Verbum Dei Rete.*

*Et subductis in terram nauibus & relictis omnibus, secuti sunt dominum.* Considera fidem, & deuotionem, ac obedientiam eorum. Habentes enim præ manibus appetibile piscationis opus, ob mandatum tamen Domini reliquerunt sua: secuti sunt Dominum, vacui solitudine rerum corporalium, ac totis animis in hoc intenti, ut fierent piscatores hominum. Fuit quoque hæc piscatio Christi, capere & abducere post se animas, & hoc modo piscatus est hic Petrus cum suis piscatoribus.

3 Tertiò, Euāgelium præsens complectitur mysteriū. Nam piscatura, est prædicandi ministerium. Ierem. 16. Verriculum siue rete est verbum Dei, Matth. 13. non è Phariseorū laqueis, non è Philosophorum argutijs, sed è factorum voluminum præceptis, è Christi dictis factisque sic contextum, ut quamplurimos inuoluat, nec inuolutos sinat elabi. Felices ergo quos inuolutos sagena apostolica, de profundo criminum & errorum pertrahit ad auram liberiolem, è tenebris ad lucem, è sordido limo ad vitam puriorem, è vagis cupiditatibus ad innocentia perpetuè constans studium. Neque enim pertrahuntur ad cædem, sed salutem. 2. Cor. 12. Non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos.

*Piscatores Apostoli. Mare mundus.*

Piscatores fuerunt Apostoli, & sunt modò concionatores, Matth. 4. Faciam vos piscatores hominum.

Mare est mūdus, varijs rerum motibus sursum deorsumq; fluctuās. Tumet per superbiam, feruet per auaritiam, spumat per luxuriam. 1. Ioan. 2. Omne quod est in mūdo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.

Pisces

Pisces sunt auditores Habac. 1. Facies homines quasi pisces maris. Felices qui se capi sinūt, infelices qui fundum petunt, & sese in limo occultant, nec diuino illo verbi Dei verriculo se capi sinunt.

*Pisces homines.*

Nauicula Petri Ecclesia est catholica, quæ à fide & dogmatibus diui Petri nunquam recedet. In hanc nauim conscendit Christus, in hac manet, sicut pollicitus est, Matth. 28. Ecce ego vobiscum sum vsque ad, &c. Hæc nauicula subinde quidem fluctuat, quia in turbulento huius seculi mari natat: sed quoniam Christum supremum nauiclerum habet, nunquam mergetur, etiam si omnes inferorum portæ aduersus eam insurrexerint.

*Nauicula ecclesia.*

*Matth. 14. Matth. 16.*

*Luce 22.*

Nox incredulitatem, impietatem, infidelitatem & peccatum significat. Dauid Psalm. 81. In tenebris ambulat, &c. Paulus ad Ephes. 5. Eratis aliquando tenebræ, &c. Item nox præcessit, &c.

*Nox impietas & peccatum.*

Dies, fidem in Christum, verbum Dei, & Euangelij prædicationem, quam Romana Ecclesia prædicat, significat. Cum in hac piscatione, hoc est, Euangelij prædicatione, Christus (qui mentium tenebras ac noctem expellit, & diem diuinæ suæ lucis inducit) non adfuerit, nihil capitur: vbi verò ex obedientia & præcepto Christi laxauerimus retia prædicationis, tunc pretiosissimis capturis retia replebuntur. Sic in die Pentecostes Petrus vna piscatione in nomine Domini nostri Iesu Christi facta, cepit animas circiter ter mille. Act. 2. & diuus Paulus totam Asiam.

*Rom. 13. Dies, fides in Christi.*

Ruptura retis significat schismata, hæreses, impios errores, & pestiferas sectas, quibus fidei concordia proscinditur. Sic pseudoapostoli ruperunt rete Euangelicum in primitiua Ecclesia, docentes circumcisionem necessariam Christianis. Act. 15. Deinde plusquam sexcenta genera hæreticorum ecclesiæ catholicæ rete dilacerarunt, quos præuidisse videtur Petrus in 2. Canon. 2. cap. dicens, Et in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis. Sed etiam nostra tempestate hæretici quàm plurimi miserrimè doctrinæ Euangelicæ rete, magna animarum iactura, ruperunt ac rumpunt. Eiusmodi pisces non pertinent ad Dei mensam, sed ad faranæ culinam. Exibūt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Dominus conseruet suam ecclesiam catholicam, Amen.

*Ruptura retis, errores, hæreses, schismata.*

*Matth. 13.*

EPILOGVS.

1 *Vt Christi vita expressa est publice vilitati, & in primis gloria dei, ita & Christianorum vita esse debet, decet tacens, aperiens os suum, in nomine in mari, in loco compelli, in templo, vbiq; saluatorem agens.*

2 *In narratione rei gestæ inata carnē, nascentis & exuberantis ecclesiæ*

*† imago*



imago proponitur, hoc mysterium habens, ut homines innatantes caducis rebus & procellis huius vitæ, capiat Christus, & huius ministri Apostoli & prædicatores.

3 Observa diligenter quòd Christus Petro, cui ter amore professus oves committens, hic dicit, Eris homines capiens viuos, ut habet Græca translatio, contra crudelitatem, qua quidam malunt Iudeos, Turcas, & infideles occidere, & arce mittere, quàm viuos deo lucrifacere.

DOMINICA SEXTA POST  
TRINITATEM EPISTOLA.

Rom. 6.  
Gal. 3.

**F**ratres, quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Hoc scientes quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruat corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato; si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiam vivemus cum illo. Scientes quia Christus resurgens à mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quod autem vivit, vivit deo: Ita & vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem deo, in Christo Iesu Domino nostro.

Baptizati  
cur sumus.

**I**N HAC Epistola est encomium baptismi, in qua diuus Paulus ostendit tria. Primum, cur sumus baptizati, cum ait: An ignoratis fratres, quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: ut quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus.

Heb. 12.  
1. Pet. 2.  
Ephes. 4.  
Coloss. 3.

Vult dicere Apostolus, Si in Christum baptizati estis, Christi ducis vestri vestigia sequimini: si autem relapsi fueritis in peccata, resurgite memores fœderis inter Deum & vos facti in baptismo: atque rectam viam ingressi, nolite ad pristinam iniquitatis viam respicere: sed in bonis operibus puritate & animæ innocentia conseruatis, progredimini. Si autem Deus afflictionem immiserit, patienter sufferte. Quod si etiam moriendum erit, ne terreamini. habetis enim signum evidentissimum, quòd Deus probet illorum mortem, qui in cōfessione Christi, & in operibus bonis, ac novitate baptismi è viuis discesserunt: in cuius rei certitudinem baptizato Domino aperti sunt cæli.

Matth. 3.

Consolatio  
non vulgari  
ris pro mi-  
seris mor-  
talibus.

Hæc consolatio non est frigida aut vulgaris, hæc enim morientes adhortamur, dicentes: Ecce homo baptizatus, & in mundum positus es, ut crucem, tribulationes, & afflictiones patiaris, exemplo Christi. Accepisti enim in baptismo literas atq; sigilla, mortem tuam esse mortem Christi, & sicut Christus resur-

resurgens novus homo vicit mundum, satanam, mortem, peccatum, infernum, & resurrexit in æternū victurus: sic tu quoque hostes tuos omnes devinces. Hæc omnia pastor in baptismo Dei loco tibi pollicitus est. Ideo, inquit Paulus, quod omnes in baptismo (qui per mortem Christi habet efficaciam) sumus baptizati in Christo Iesu: id est (ut Græci partes docent) sumus cooptrati, & insiti corpori eius mystico in mortem, id est, in configurationem mortis ipsius baptizati sumus. Est autem ratio huius assimilationis in hoc sita, quòd sicuti Christus mortuus est vitæ mortali, ita qui ad eius assimilationem baptizantur, debent esse mortui peccatis. Chryf. Sicut homo mortuus non peccat, ita nec baptizatus, qui mortuus est peccato, non debet amplius peccare. Idcirco in baptismo datur baptizatis Spiritus sanctus, quo mundum ac carnem vincere possint, & opera vitæ digna, quæque ex charitate veniant, præstare. Nam sine Spiritus sancti gratia, hæc nemo præstare potest. hic Spiritus sanctus datur per meritum mortis Christi.

Simile.

In baptismo  
quare  
datur ba-  
ptizatis

Spiritus S.  
In baptismo  
quid  
voverimus  
ostenditur.

2 Secundo ostendit Apostolus, quid voverimus in baptismo, cum ait: Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius simul & resurrectionis erimus: hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruat corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato. Vult dicere: Abrenunciavimus in baptismo peccatis, & eorum illecebris, mundo, eiusdemque pompis omnibus, satanæ, & omnibus eius astutijs, dolis, artibus, & odio in Christum, & in sponsam eius ecclesiam, & polliciti sumus nos fidem & charitatem erga Deum Patrem, Filium, & Spiritum sanctum habituros, Charitatem etiam erga proximos, qui nobiscum sunt complantati, & ipsi Christo insiti per baptismum, & veterem hominem cum omnibus eius concupiscentijs & pravis affectibus mortificaturos, & per omnem vitam contra peccata pugnatos.

Hæc promissa quasi in manibus Dei facta, ipse Deus suscipit, & confirmat. Virtute huius fœderis & pacti Deus in nobis obstringit, se fore nobis patrem, Dominum, & Deum. Si hoc fœdus & pactum nō esset factum in baptismo, & in alijs sacramentis, nullum tam exiguum foret peccatum, quod nos omnia hæc, omni que momento non posset damnare.

3 Tertio, ostendit hic, quid significet baptismus, cum ait: Si autem mortui sumus cum Christo, credimus, quia simul etiam vivemus cum Christo, scientes quòd Christus resurgens ex mortuis iam nō moritur, mors illi ultra nō dominabitur. Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quòd autem vivit, vivit deo. Ita & vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato: viventes autem deo in Christo Iesu Domino nostro.

Baptismus  
quid signi-  
ficet,

Vult dicere: Baptismus ultra suam virtutem & efficaciam significat mortificationem carnis, quæ nihil aliud est, quàm peccata

exhorrescere, & eorundem horrore deterreri, iram Dei sentire, à peccatis recedere, & carnem spiritui subiectam reddere, & viuificationem spiritus, quæ nihil aliud est, quàm charitatem sequi, & amare. Nam sicut cupiditas necat animam, & charitatem expellit: ita charitas ardet, occiditque cupiditatem, & ipsa expulsa, viuificat animam. Vt autem sciamus nos, qui baptizati sumus in Christum & in eius mortem, virtutem habere ad hoc præstandum: si mortui sumus cum Christo, credimus quòd simul etiam viuemus cum Christo. hoc est: Si ad configurationem mortis Christi per baptismum & nos mortui sumus, credimus, quòd etiam viuemus, non tantum vita carnis, sed etiam vita gratiæ, quæ viuificat animam.

*Baptismus noster longe efficacior Iudæorum baptismo.* Est autem admiranda prorsus Pauli sapientia, qua nos conatur inducere in amorem & studium nouæ vitæ, ne existimemus nos baptizatos, vt olim Iudæos, quorum baptismata tantum carnem, non autem animam abluebāt. Baptisma nostrum admirabili virtute Spiritus sancti, qui in ipso operatur, delet peccata, ac satanam illæsa & intacta carne expellit. Quomodo id fiat, caro non potest capere. Nam non potest intelligere ea, quæ sunt spiritualia. Animalis enim homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei: nec potest intelligere, quia spiritualiter examinatur. 1. Corinth. 2. Hinc est quòd Turca, Gentilis, ac hæreticus, non possint hoc intelligere, sunt enim carnales. Paulus autem nos docet, quòd spiritualia spiritualibus hominibus sint comparanda, non carnalibus.

*Quomodo Christus resurrexit, ita & nos vitam componamus oportet.* Christus resurrexit immortalis, gloriosus, impassibilis, & gloria, atque honore coronatus. Ita nos debemus post baptismum, nostram vitam componere, vt mente simus incorruptibiles, procurantes gloriosam animæ immortalitatem: & quemadmodum Christus resurrexit, vt post resurrectionem, nouam vitam inchoaret, non amplius moriturus: ita & nos resurgamus à peccatis post baptismum, nouam vitæ rationem inuiti, quæ nunquam sit moritura, nec peccatum habitura, quod occidat animam.

*Varia fidei nostræ dogmata.* Varia nostræ fidei dogmata hinc declarantur & stabiliuntur. 1. Hæretica est Spangenbergi sententia, quam ex hoc loco Pauli conatur astruere, pœnitentiam nihil aliud esse, quàm recordationem baptismi, & alia quæ ipse adfert. Non hic Paulus quicquam dicere instituit de sacramento pœnitentiæ: sed tantum intendit fideles ad amorem & studium nouæ vitæ accendere, & ad detestationem peccati prouocare: quæ duo tanta sollicitudine & vehementia vrget Paulus. nam absque illis nemo vnquam æternam potuit adipisci beatitudinē. Et nouæ vitæ studium finis est regenerationis nostræ præcipuus. 2. Ait Paulus per baptismum nos esse complantatos Christo.

Qua

Qua loquendi forma alludit ad infitionem, seu incorporatiōnem plantæ. Augustinus in Enchirid. cap. 51. & Ambrosius in hunc locum, interpretantur elegantissimè hanc Pauli sententiam, asseruntque; nihil aliud esse baptizari nos in mortem Christi, quàm baptismo nostro nos repræsentare mortem Christi, in quantum in eo morimur iuxta peccati rationem, sicut ipse iuxta rationem corporis mortuus est.

Rursus, per baptismum nos conspeliari Christo in mortem, nihil aliud esse, quàm aquæ nos immergi, in eum finem, vt efficiatur in nobis mors peccati.

Rursum, per baptismum nos complantari similitudini mortis Christi, esse aliud nihil, quàm per baptismum nos incorporari Christo: sic, vt ex morte illius, tanquam ex radice, similem quandam mortem hauriamus. Ex quibus liquet sacramentum baptismi non esse signum tantum iustificationis, quæ vel per fidem præcedentem sit facta, vel per fidei motum in baptismo excitatum impetretur, quemadmodum volunt Lutherani, sed esse tanquam organum quoddam diuinitus institutum, per quod, vel ad quod adhibitum Deus operetur remissionem peccati, quam neque fidei, neque pœnitentiæ motus, vt plurimum efficere potuisset. Dicimus, vt plurimum, quia est fides quædam tam vehemens & ardens, vt ante sacramentum adhibitum remissionem efficiat peccatorum, vt eruditissimè docet Augustinus, de baptismo contra Donatum libro 4. cap. 22. & sequentibus. Verùm hæc in paucis admodum inuenitur. Quod autem obijciunt ex Tertulliano de pœnitentia, neminem debere baptizari, nisi qui antè fuerit corde lorus, nihil officit huic doctrinæ: imò magis eam stabilit. Nam lotionem intelligit non eam, quæ prorsus mundat à peccatis, sed pœnitentiam ex fide ortam: quæ hætenus lauat mentem & purgat, quòd ipsi vitia & sordes peccatorum displiceant, non autem quòd sordes auferat. Nam hoc aperte dicit esse munus sacri baptismatis. Ad eundem modum intelligendum est, quod eodem libro dicit, mortem peccatorum debere præcedere baptismum; siquidem per mortem intelligit renunciationem peccatorum, siue pœnitentiam.

## EPILOGVS.

1. *Baptismus sacramentum est pœnitentiæ, & principium Christianismi, vt quia propter nos Christus mortuus & sepultus est, & resurrexit; nos quoque ad passionis suæ similitudinē, voluntates & cupiditates nostras crucifigamus, & in baptisate mysterium mortis, sepultura, & resurrectionis eius imitemur.* Baptismus sac. amen- tū et Christianismi principium.

2. *Præcipuum opus fidei est pugna spiritus cum carne, ne quis putet Christianam vitam mollem esse, & delicatam. Destruere corpus peccati,* Præcipuum opus fidei.

d 3

& vl-



& ultra non seruire peccato, hoc opus est, hic labor est.

Concio de Christo pa-  
renetica. 3 Concio de Christo paraneica, vt à vitijs abstineant, contra quæ effi-  
cacissimum remedium est, vt homo se cogitet moriturum, iuxta illud Eccl.  
7. Memorare nouissima tua, & vt in æternum non peccabis: & Consola-  
toria, vt per hunc de eternitate vitæ securi simus.

DOMINICA EADEM  
EVANGELIUM.

Matth. 5. **I**n illo tempore, dixit Iesus discipulis suis. Amen, amen dico vobis:  
Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum & Phariseo-  
rum, non intrabitis in regnum celorum. Audiuistis, quia dictum est an-  
tiquis, non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico  
vobis, omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: qui autem dixerit  
fratri suo racha, reus erit concilio: qui autem dixerit fatue, reus erit ge-  
henna ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fue-  
ris, quia frater tuus habet aliquid aduersus te, relinque ibi munus tuum  
ante altare, & vade, prius reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offers  
munus tuum.

**H**oc Evangelium complectitur tria. 1. Primo, docet ac  
distinguit falsam Iudæorum iustitiam à vera iustitia  
Christianorum.

*Iustitia du-  
plex.  
Iustitia  
Pharisei-  
ca.* Est autem duplex iustitia. Prima, mundana, externa, & ci-  
uilis est. Hæc quoque est duplex, Pharisaica seu hypocritica,  
quæ est quædam accurata ceremonialis externorum præcepto-  
rum obseruantia: cui exactè obseruandæ neglecta vera cordis  
pietate, quia attentè studebant Pharisei, ideo hypocriticam iu-  
stitiam eos habuisse dicimus. De hac Pharisaica iustitia diffusè  
agit Saluator in eos, Matth. 23. & Paulus Roman. 10. dicens:  
Ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes constituere, iusti-  
tiæ Dei non sunt subiecti. Talem habent modo, qui idem faci-  
unt: quibus etiam dicitur: Amen dico vobis, receperunt mer-  
cedem suam, Matth. 6. Altera philosophica est, quæ externum  
hominem tantum ornat, neglecto animo, tribuens unicuique  
quod suum est. Hanc insequit Deus rationi, vt neminem lædamus,  
sed omnibus bene faciamus, quemadmodum Christus ait  
Matth. 7. Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines,  
facite & vos similiter, &c. Hanc vocant Philosophi distribu-  
tiuam iustitiam, vt quæ unicuique quod suum est, tribuat. Hac  
constant respublicæ in pace & tranquillitate. Hæc quamuis in  
se bona sit, tamen quando sine Christo fit, reijcitur, Omne  
quod non est ex fide, peccatum est.

*Rom. 14.  
Iustitia h  
ritualis.* Secunda iustitia, spiritalis est & interna, & hæc est interna  
quædam exhibitio fidei, charitatis & religionis, aliorum quæ  
affectum interiorum, qui nobis partim in Deum, partim in  
proxi-

proximum nostrum præcepti sunt: vel, est quædam obseruati-  
a præceptorum legis & Euangelij, quæ nobis data sunt per Chri-  
stum amore iustitiæ, non timore pœnæ. Hæc dicitur iustitia  
Christiana, Euangelica, fidei, vera, sincera. Sic Iob dictus est  
iustus, Iob 1. cap. Sic Zacharias cum Elizabetha, Luc. 1. & Si-  
meon, Luc. 2. dicti sunt iusti.

2. Secundò, declarat per explanationem quinti præcepti. Nō  
occides, nihil apud Deum valere iustificationem externam, si  
interna non accesserit. Enumerantur autem hic quatuor gra-  
dus iræ siue homicidij.

Sunt cogitationes vliscendi in corde accensæ, vt odium,  
inuidia. 1. Ioan. 3. Qui odit fratrem suum, homicida est. *Iustitia ex-  
terna nulla  
est sine in-  
terna.*

2. Sunt signa iracundiæ, gestusque furoris, Matth. 5. Qui di-  
xerit fratri suo Raca, reus erit concilio. Raca, teste Hieronymo, vox  
indignatis est, proprium Iudæorum, id est, vacuus siue inanis:  
quæ nos possumus vulgata iniuria, absque cerebro nominare. *Exod. 29.  
Dent. 5.  
Homicidij  
gradus qua-  
tuor.*

3. Sunt verba irato pectore prolata. Qui dixerit fratri suo fatue,  
reus erit gehenna ignis. Fatue, manifestum est cōuitium charita-  
tem destruens. Augustin. Hoc vltimum quod grauissimum  
esse sonat, admonet gradus quosdam esse factos à leuioribus  
ad grauiora, donec ad gehennam ignis veniretur. Non enim  
reatus ipse haberet gradus, nisi etiam gradatim peccata com-  
memorarentur. Vnde in primo, est ira sola in animo: in secun-  
do, sonus aliquis incertus, morum animi significans: in tertio,  
manifestum conuitium. Vnde etiam tres gradus reatus. Iudi-  
cij, in quo datur locus defensionis: Concilij, id est, confessus  
iudicium: quando non agitur cum ipso reo, vtum sit dānan-  
dus, sed sit collatio, quo supplicio sit puniendus, quem con-  
stat damnatum: Gehennæ ignis, quæ nec damnationem habet  
dubiam, vt iudicium, nec damnati pœnam, vt concilium, quia  
certam habet pœnam, & cum hoc, extremam. Tot modis  
plectitur, qui nondum progressus est vsque ad homicidium,  
sed homicidio confinis est quisquis excidit à charitate. Non-  
dum exemit gladium, sed percussit animo, quisquis iratus ma-  
lè voluit. Percussit lingua, quisquis iratus cōuitium dixit: for-  
tassis & occisurus, nisi pœnam metueret. Tutior est ergo ab  
homicidio, quisquis iram & odium penitus exemit ex animo:  
qua quidem ex radice pullulant homicidia. Odij ergo extrema  
linea est occidere: charitatis extrema linea est, occidenti etiam  
bene velle. *Raca quid.  
Manifestū  
conuitium  
quale.*

4. Sunt fructus iræ, nempe ipsum homicidium. Qui autem oc-  
ciderit, reus erit iudicio: hoc est. Qui prætermisso iuris ordine oc-  
ciderit reus erit iudicio condēnationis. Leu. 24. Qui percusse-  
rit, & occiderit hominē morte moriatur: Lex enim punit se-  
cundum pœnā talionis, vt patet ibidem. Non autē intelligitur  
hic

*Peccata ha-  
bent gra-  
dus.* *Matth. 5.* *Fructus  
iræ.*

hic occisio secundum legem, Nam Exod. 22. præcipitur. Maleficos non patieris viuere: quos si iudex non occidat peccat, non quærens commune bonum. aut iuxta Paulum, tollere malum è medio, ne tota massa corrumpatur. Hinc Saul regno priuatus est, 1. Reg. 15. non occidens Agag, regem Amalechitarum. Et 3. Reg. 20. dictum fuit Achab regi Israel, Quia dimisisti virum dignum morte, scilicet Benadab regem Syriæ, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo illius. Occidens enim secundum legem iustitiæ meretur, Exod. 32. Consecrasti, inquit Moyses, hodie manus vestras Domino vnusquisq; in filio suo, & in fratre suo, vt detur vobis benedictio.

1. For. 5.

Iudex occidens secundum legem meretur.

Priuatis hominibus non licet ex odio occideret.

Rom. 13.

Christus veterem legem ad affectus transiulit.

Ira Dei &amp; hominum differant.

Ira Dei que ex vno ore oritur.

Intelligitur ergo de ijs, qui præter iustitiæ ordinem ex passione occidunt: de quibus ait Seruator Matth. 26. Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt. Nam principes non sine causa gladium portant: ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum feruientes. Sequitur. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, etc. Chrysostomus, Considera plenam legislatoris auctoritatem. Prophetæ dicebant, Hæc dicit Dominus: quia illi, vt ferui, ea, quæ Domini sunt, annuntiabant: hic autem, vt filius, ea quæ patris & sua sunt: illi conseruis prædicabant, hic suis feruis legem ponebat, dicens: Ego dico vobis, quia omnis qui irascitur, &c.

Christus vniuersam legem ad affectus transtulit, vt homicidæ appellatione contineantur, qui re ipsa eadem faciunt: deinde omnes, qui affectu, hoc est, oderunt, 1. Ioannis tertio: Moses posuit securim ad ramos arboris, dicens: Non occides: Christus vero ad radicem, quando dixit: Si quis irascitur, &c. Moses prohibebat manum, Christus autem animum, id est affectum malum. Siquidem professionis sublimitas exaggerat culpam, vt quod in veteri lege sit homicidium, hoc in noua sit impotens animi motus ad vindictam. Primus enim ad homicidium gradus est, irasci. Graue ergo facinus admisit apud Deum iudicem, qui fratri malè voluit, qui amandus est, non odiendus.

Differunt autem ira hominum, & ira Dei. Ira hominū dicitur, quia hæc ab irato pectore, & charitate nudo profluit: & nihil aliud quærit, quam vindictam. Hæc hominum ira scelerata, omnium malorum radix ita cor hominis corripit & exasperat, vt facili ductu sequantur inde pleraque flagitia, sic Cain iratus fuisse legitur, Gene. 4. vnde ex appetitu vindictæ occidit fratrem suum Abel.

Ira Dei dicitur, quia hæc ex puro cordis amore, & vero zelo honoris ac cultus diuini promanat. Hanc habuit Phinees, quando occidit Israelitam, & scortum Madianitidem, Num. 25. habuit

habuit & David, quando testamento statuit, vt Ioab atque Seimei capitali pœna plecterentur, 3. Regum. 2. Moses quoque quum vno die iussit occidi tria milia hominum, Exod. 32. Itē quando Aegyptium occidit, Ibidem. 2. cap. David Goliath, 1. Regū 17. Samion omnes idololatrias, Iudic. 16. Iudith Holofernem, Iudith 13. Iahel Sisaram, Iudic. 4. Elias quinquagenarios regis Achab, 4. Regum 1. David quando de Syris occidit septingentos currus, 2. Regum 10. Paulus qui Corinthium tradidit Satanæ, 1. Corinth. 5. Talem iram habet Ecclesia, cum per excommunicationem punit peccatores in peccatis absorptos, Matth. 18. Item magistratus, quando malos supplicijs iustis afficit, Parentes quoque, dum proles corripunt. De hac ira Augustinus dicit, Irasci fratri vt corrigatur, nullus sanæ mentis reprehendit. Huiusmodi enim motus de amore boni, & de sancta charitate veniunt. & rectam rationem sequuntur. Sine hac ira nec doctrina proficit, nec iudicia stant, nec crimina cōpescuntur, sed vitia seminantur, nutriuntur negligentia, & non solum mali, sed & boni incitantur ad malum, teste Chrysostomo. Vnde Ecclesiast. septimo dicitur. Melior est ira risu: quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Sic Dominus in synagoga respexit cum ira suos obseruatores, contristatus super cæcitate cordis eorum, Marci tertio. Summa, Iusta ira mater est disciplina. Non enim fratri irascitur, qui vitio irascitur.

3. Tertio adhortatur ad reconciliationem, duplici via & modo, scilicet, amica inuitatione, quum ait, Cum offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid aduersus te, relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo: et tunc veniens offeres munus tuum. Vult dicere. Nullū Deo opus gratum erit & acceptum, nisi proximo quē læseris, reconciliatus fueris, & cum eo redieris in gratiam, 1. Cor. 13. Nam teste Bernardo, Ingratum est Spiritui sancto quicquid obtuleris, neglecto eo ad quod teneris. Proverb. 15. Victimæ impiorum abominabiles Domino. & vigesimoprimum capite, Facere misericordiam & iudicium, magis placet Deo quam victimæ. Hac de causa acriter egit cum ipsis Scribis & Phariseis, Matth. 23. dicens, Væ vobis Scribæ & Pharisei hypocrite, qui decimatis mentham, & anetum, & cyminum, & reliquias quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere.

Grauibis minis hortatur quoque ad reconciliationem, quū subiungit, Esto consentiēs aduersario tuo dū es in via, ne tradat te aliquando iudici et index tortori, Amē dico tibi, nō exiis inde, nisi persolueris nouissimū quadrantem. Vult dicere, Si quispiam te læserit, idemque rogat vt ignoscas, tunc ex officio charitatis & Christi

Ira iusta mater est disciplina. Via duplici ad reconciliationem adhortatur Nullū opus aut sacrificium Deo gratū extra charitatem



Ephef. 4.

mandato, remittere debes peccata, quemadmodum Christus fecit, quum ait, Pater, remitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Quod si non rogatus fueris, tamen promptum animum habeas ad condonandum, idque cito, iuxta illud, Sol non occidat super iracundiam vestram.

Graui itaque pondere æstimandum est illud diuinum mandatum de reconcilianda pace cum fratre. Non poterit impudens frater fratrem contemnere, neque homo hominem negligere, quum audiat Deum ipsum tanti hominem facere, ut non prius beneficium acceptum aliquod habeat, quam fratris offensi gratiam procurauerimus. Eccles. 28. Qui vindicari vult à Domino, inueniet vindictam: & peccata illius seruans, seruabit. Relinque proximo tuo nocenti tibi, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Homo homini reseruat iram, & à Deo querit medelam? In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? Ipse dum caro sit, reseruat iram, & propitiationem petit à Deo? Quis exorabit pro delictis illius? Memento nouissimorum, & desine inimicari. Non enim prodest Deo offerre verba nostra per gratiarum actionem, & corpora per carnis macerationem, ac res per eleemosynarum largitionem, nisi & corda offeramus per veram dilectionem: sicut claret in Phariseo, Lucæ decimo octauo. Plus querit Deus quem redemit sanguine suo, quam quod tu inuenisti in horreo tuo.

Reconciliatio recra-  
stina non  
est. propter  
incertum  
vite no-  
stra exitum.

Et quum vitæ nostræ incertus sit exitus, non debemus reconciliationem, in horas, in dies, aut in annos extrahere: sed statim in hac vita aduersarij reconciliari. Quod si in gratiam non redieris, tunc tua conscientia in extremo iudicio te accusabit, atque ita convincet, ut tradaris iudici, atque mox iudex tradet te tortori, ut in carcerem coniectus, inde in æternam non possis liberari, quoniam in inferno nulla est redemptio. Cogitet igitur homo quilibet vitamque suam ita instituat, ut Christiana iustitia, hoc est, viua fide, & operibus charitatis munitus, & redimitus inueniatur: tunc in futuro seculo vitam æternam consequetur.

## EPILOGVS.

1. Observanda probe Christi philosophia, ab initio capituli quinti de beatitudinibus: & consequenter ubi diuinam legem explicat, non obtrektans antiquæ legi, sed veterem comparatione nouæ imperfectam ostendens, Hebr. 7. Nihil ad perfectum adduxit lex.
2. Discrimen inter iustitiam Phariseorum, quæ tantum in externis versatur, & Christianorum à quibus cor requiritur.
3. De reconciliatione & ignoscentia, de tempore iræ opportuno importuno, & quantæ mala ex ira necessarij loci. Vbi videmus charitatis præcipuam

cipuam curam Christo esse, & acceptissimum Deo sacrificium, quod & laici iuxta Chrysostomum offerre debent.

## DOMINICA SEPTIMA

POST TRINITATEM,

EPISTOLA.

**F**ratres, Humanum dico propter infirmitatem carnis vestre. Sicut Rom. 6. enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? nam finis illorum mors est: nunc verò liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam. Stipendium enim peccati, mors est: gratia autem Dei vita æterna in Christo Iesu Domino nostro.

**H**ac Epistola Paulus facit tria. 1. Primò exhortatur Romanos & omnes Christianos ad studium virtutis, quum ait, Humanum dico propter infirmitatem carnis vestre. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Vult dicere, Quamuis ratione mei ministerij, quo apud vos diuina institutione promotus vtor, & ratione necessitatis eius rei, de qua sum dicturus, plura & grauiora à vobis exigere poteram. dicere enim poteram, quod scriptum est olim dixisse Baruch 4. Sicut fuit sensus vester, ut erraretis à Deo, decies tantum iterum conuertentes requiretis eum: tamen quum vestra infirmitas sit mihi perspecta, ad mitiorem & tenuiorem iustitiam vos exhortor. Humanum dico, id est, facile est quod dico, idque non quia non opus sit vobis, vel quia rei dicendæ dignitas non maiorem & ampliorem requirat exhortationem: sed propter infirmitatem carnis vestre. Perfectis enim sunt perfectiora præcepta danda. Hebr. 5. Perfectorum autem est solidus cibus, eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali. 1. Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Infirmioribus verò danda sunt leuiora præcepta, Heb. 5. Facti estis quibus lacte opus est, non solido cibo. Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ, paruulus enim est. Hinc 1. Cor. 3. dicit, Tanquam paruulis in Christo lac potum dedi vobis, non solidam escam.

Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati &c. id est, carnalibus vitiis, & omni peccato discordanti ab æquitate legis diuinæ, ad iniquitatem. Nisi enim protinus peccatum per penitentiam delcatur, mox suo pondere ad aliud trahit.

Apostoli  
clementia  
in præci-  
piendo.

Seruire im-  
munditiæ  
& iniqui-  
tati quid  
trahit.

*Membra quæ  
vitijs ser-  
uiebāt, nūc  
iustitiæ de-  
seruiant.  
Seruitus  
duplex.*

trahit. Hoc peccatum vocat Isaias, funiculos vanitatis, vinculum plaustrum, Isa. 5. Item cap. 58. vocat funiculos deprimentes, colligationes impietatis, atque catenam, &c. Ita nunc exhibere eadem membra seruire iustitiæ, & hoc in sanctificationem, vt iuxta illud Deuter. 18. perfecti sitis & absque macula cum Deo vestro, & in sanctitate & iustitia ambuletis coram ipso omnibus diebus vestris, &c. Luc. 1.

Hinc notabimus seruitium esse duplex, alterum peccati, alterum verò iustitiæ. Est enim seruire peccato nihil aliud, quàm seruire satanæ, qui est mendacij atque omnium scelerum pater. Seruire autem iustitiæ nihil aliud est, quàm seruire Domino, qui est veritatis, gratiæ & salutis author.

Dogma vtiq; hic est manifestum, & expresso Dei verbo confirmatum, Deum à Christianis exigere ministeria & officia, non tantum intellectualia, verum etiam volūtatis affectuum, & omnium membrorum. Sicut etiam satis constat in infami illa peccatrice conuersa. Errant ergo, & cōtra verbum Dei docent, qui dicunt, Deum nullo in loco habere legis obseruantiam: & perinde esse si Christiani illam seruiant, nec ne.

*Luc. 7.*

*Execrabile  
est, Dei  
opus peccati  
et impudicitijs  
cōtaminari*

Quasi Apostolus summam dicat, Non solum est horribile dictum, sed etiam execrabile, quod tam elegans, & aspectu iucundum Dei opus, nempe corpus & anima hominis ad similitudinem Dei conditum, tantis peccatis conspurcetur, sceleribus impudicitiae cōtaminetur, in seruitutem diaboli, carnis & omnium vitiorum, & tandem infernale barathrum præcipitetur. Indignum est prorsus, vt is qui Christi sanguine fuit redemptus, & in filium Dei adoptatus, fiat sua voluntate mancipium peccati, & diaboli scortum. Glorificate ergo & portate Deum in corpore vestro.

*1. Cor. 6.*

*Libertas  
culpabilis,  
et seruitus  
laudabilis.*

2. Secundò docet Paulus quales sint peccatorum fructus, & fructus iustitiæ, cum ait, *Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc verò liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam.* Vult dicere, Quando post vestras concupiscentias euntes peccatum vobis ad eò dominabatur, vt eius vilissima essetis mancipia, liberi fuistis iustitiæ: hoc est, manumissi & exempti fuistis à pulcherrimo statu iustitiæ. Est phrasia scripturæ sacræ. Qui seruus est peccati, liber est iustitiæ, & qui seruus est iustitiæ, liber est peccati.

*Fructus pec-  
cati et ius-  
titiæ qui.*

Hinc primò notabimus fructus esse duplices, scilicet peccati, nempe impietatem, iniquitatem, immunditiam, infamiam, sectas, & cōscientiam malam: & iustitiæ, nempe pietatē, æquitatem, fidem, charitatem, puritatem, cōscientiam bonam, gratiam, & meritum. Vtitur autem his vocabulis, serui & liberi, non

non tantum quia fuerunt in frequēti vsu Romanorum, verum etiam quod in scriptura sacra deprehendamus Christum frequenter vsu ijs vocibus. Dixit enim Ioan. 8. Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Præterea vt illa artificiosa loquendi forma ipsos trahat ad destinatam suæ admonitionis sententiam. De seruitute peccati & carnis, & eius captiuitate loquitur Christus, Ioan. 8. Amen amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Item Petrus 2. epist. 2. cap. A quo quis superatus est, huius & seruus est. Et Paulus ad Rom. 6. Cum serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ, &c.

Deinde hinc obseruabimus opera seruilia peccati parere confusionem, & suos authores confundere. Nam, inquit, carnalibus seruis & mancipiis peccati, liberis iustitiæ, seruatoribus concupiscentiarum, *Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?* Mala opera & turpia pariunt suis authoribus primo confusionem, quod perspicuum efficitur ex factis Adami, Euæ, & Publicani, quorum illi quum audissent vocem Domini, ambulantis ad auram post meridiem, absconderunt se à facie Domini Dei in medio ligni paradisi: vocauitq; Dominus Deus Adam, & dixit ei, Vbi es? qui ait, Vocem tuam audiui in paradiso, & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me, Gene. 3. Ille autem stans à longè, non audebat oculos suos leuare, & percutiebat pectus suum, dicens, Domine, propitius esto mihi peccatori.

Deinde pariunt suis authoribus desperationem, quod liquet ex factis Cain & Iudæ, de quibus dicit scriptura Gene. 4. quod Cain dixerit ad Dominum, Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear, &c. & quod Iudas proiectis triginta argenteis in templo, recessit: & abiens laqueo se suspendit, & suspensus crepuit medius.

Vult summam dicere Apostolus, Vocatio omnium Christianorum est, seruire Deo & proximis. Nam ad hoc nos esse liberatos à peccato, vt seruiamus Deo & proximis, testatur scriptura Iosue 22. Exod. 23. Deuter. 18. Iosue 24. Vt seruiamus Deo, redemit nos Christus, 1. Thess. 1. & vt seruiamus inuicem, Galat. 5. Paulus seruus omnium, 1. Corint. 9. Cum liber essem, inquit, omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem, &c. Constat manifestè ex his locis, quod Christiana religio exigat à Christianis, non solum fidem, sed etiam reliqua opera, quibus inferuitur Deo & proximis. Qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam.

3. Terio ostendit Paulus, quæ præmia reddat Deus peccatis, & quod sit stipendium iustitiæ, quum ait, *Stipendia enim peccati, mors. Gratia autē Dei, vita æterna in Christo Iesu Domino nostro* Vult dicere, Id quod rependit Deus his qui militauerunt peccato, est

*Peccati ser-  
uitus steri-  
lis.*

*Seruitus  
peccati parit confu-  
sionem et  
desperatio-  
nem.*

*Luc. 18.*

*Matth 27.  
et Act. 1.*

*Vocatio  
Christiano-  
rū est ser-  
uire deo et  
proximis.*

*Ioan. 5.*



*Vita æterna gratium Dei donum.*

est mors gehennæ: Gratia autem Dei, vita æterna, id est, gratuitum donum Dei, est vita æterna. Doctissimè Augustinus, vt solet, differit in epistola ad Sixtum 105. de huius loci explanatione. Et libro de gratia & libero arbitrio, cap. 6. vsque ad cap. 11. Gratis, inquit, datur vita æterna, non quia ex meritis non datur, sed quia gratis data est gratia bonæ vitæ cui datur. Sicut ergo dixerat Apostolus, Stipendia peccati mors: sic dicere poterat, Stipendia iustitiæ vita æterna. & hoc consequentia postulabat. Sed vt indicaret fontē bonæ vitæ, & vnde profisciscantur operum merita, quibus tanquam operum merces redditur vita æterna dixit, Gratia Dei, vita æterna.

Obseruandum quoque occurrit hic, opera iustificationum fieri in sanctificationem: hoc est, ad sanctificandos magis suos factores. Nam quemadmodum opera mala non tantum ostendunt internam malitiam cordis & damnatæ radicis, vnde procedunt: sed etiam continuis suis iniquis actionibus aggrauāt, & maiorem faciunt malitiam, & culpam eorum qui talia agūt: ita opera iustorum, quæ iustitiæ fructus dicuntur, & sunt, non tantum indicant ac testantur internam fidem & charitatem in Deum & proximum, verum etiam efficiunt vt nostra iustitia atq; sanctificatio nouis operum accessionibus magis crescant atq; augeātur: quod Paulus apertè testatur, quum dicit Romanos, quādo iam sunt liberati à peccato, & translati ad seruiendum iustitiæ, habere fructum in sanctificationē, id est, fructus seu opera ipsorum tantæ iam esse virtutis & valoris, propter Christi passionem & meritum, vt non solum profint ad tollendam omnem cōfusionem, verum etiam ad sanctificandas magis ac magis illorum animas ex Christi sanguine & meritis: sperantque se non habituros stipendium peccati, scilicet mortem æternam, sed iustitiæ, scilicet vitam æternam. Summa, vult dicere, Si peccatis inseruierimus secuti satanam, præmium meritorum erit ignominia, & æterna damnatio, Apocalyp. 21. Si autem iustitiæ inseruierimus sequuti Christum, præmium meritorum erit gratia, misericordia Dei, & vita æterna, Amen.

*Ultimus fructus peccati mors gehennæ. Ultimus fructus iustitiæ vita æterna.*

## EPILOGVS.

- 1 Benigna exhortatio Apostoli, vt iustitiæ, sanctificationi studeamus, quæ Dei voluntas est, dimissa omni voluntate Gentium, quæ est in immunditijs, 1. Thessal. 4.
- 2 Pudorem quendam intulit Apostolus, teste Origene, vt saltem dependant hoc iustitiæ & sanctificationi, quod prius immunditiæ & iniquitati detulerunt.
- 3 Fructus fructibus comparat, quia stipendium laboris fructus est, stipendium peccati mors, donum autem Dei, vita æterna, vbi meritorum

*& iustitiarum nostrarum tenuitas declaratur, & fides in Christum Iesum commendatur.*

## DOMINICA EADEM

## EVANGELIUM.

**I**n illo tempore, Quum turba multa esset cum Iesu, nec haberent quod manducarent, conuocatis discipulis suis, ait illis, Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducant: & si dimisero eos ieiunos in domos suas, deficient in via. Quidā enim ex his à longe venerunt. Et responderunt ei discipuli sui, Vnde istos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos, Quot panes habetis? Qui dixerunt, Septem. Et præcepit turba discumbere super terram: & accipiens septem panes, gratias agens, fregit, & dabat discipulis suis vt apponerent: & apposuerunt turbæ. Et habebant pisciculus paucos, & ipsos benedixit, & iussit apponi. Et manducauerunt & saturati sunt: & sustulerunt quod superauerat de fragmentis septem sportas. Erant autem qui manducauerunt quasi quatuor millia, & dimisit eos. Marc. 8.

**H**oc Euangelium complectitur tria. **H**i Primo, clementiam & bonitatem Christi, quæ reluceat ex dialogismo, quem Christus habuit cum discipulis. Christus nanque ait, Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinet me, nec habent quod manducant: & si dimisero eos, &c.

Videbat numerosum populum sequentem, non solum corporis alimenta, sed etiam animæ cibum, hoc est, verbum Dei esurre. De præterea populum non aliter atque dispersas oues non habentes pastorem, oberrare. Habebāt quidem multos pōi fices, sacerdotes, leuitas, pharisæos, sadducæos, scribas: sed quia lucro nimium erāt intenti, doctrinæ legis & Prophetarum, cultusque diuini obliuiscabantur. Hier. 6. A minore vsque ad maiorem omnes auaritię studēt, & à propheta vsque ad sacerdotem, cuncti faciunt dolum. Idcirco Christus, qui verus erat pontifex, verus sacerdos, verus leuita, verus scriba, verus pater ac dominus; quos illi despergebant, colligit; quos illi esurire sinebant, pascit: quos in perditionem ire sinebant, saluat. Ezech. 34. Hęc dicit dominus Deus, Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum, & cessare eos faciam, vt vltra non pascant gregem, &c.

Vinam & inter catholicos tales non inueniantur Episcopi, pastores & sacerdotes, qui & si videant populum esuriētem doctrinam sanam, catholicam, Apostolicam; non tamen curēt, nec vlla miseratione tangantur, quos profecto horrendū illud extremi diei manet iudicium: quibus Amos 6. interminatur, Vx eo quod bibētes vinum in phialis, & optimo vnguetō delibuti, nihil compatiuntur super contritione Ioseph.

Hi

Incredulitas discipulorum sese prodit.

Ratio humana solū carnalia et presentia spectat.

Fidelis in sp̄e contra sp̄e credit.

Cap. 16.

Frugalitas antiquorū patrum.

Hi deberent Christū imitari, ac dicere, Misereor super turbam, quam Christus mihi commisit. Sed heu miseros subditos, quibus cum austeritate imperatur, & cū potentia, Ezech. 34. qui disperduntur & dilacerantur à suis pastoribus potius, quàm diligātur, Ierem. 23. Discipuli respondēt, *Vnde istos quis poterit hic saturare panibus in solitudine?* Incredulitatem suam protrudunt. Nam si pistrinum & macellū ad manum habuissent, in maiorem spem fuissent erecti. Nunc autem omnino desperāt populum satiari posse, quum nihil sit vnde v̄eret expleri queat, Sic olim Iudæi increduli malè loquebantur de Deo, dicentes: Nūquid poterit parare mēsam populo suo in deserto? Psalm. 77. Simili dissidentia tenebatur Moses, quum diceret, Cur afflixisti seruum tuum? *Quis dabit nobis escas carniū?* & ait Moses, Sexcenta millia peditum huius populi sunt, & tu dicis, dabo eius esum carniū mense integro? Nunquid ouium & bouum multitudo cædetur, vt possit sufficere ad cibum? Vel omnes pisces maris in vnum congregabuntur, vt eos satient? Cui respondit Dominus, Nunquid manus Domini inualida est iam nūc videbis vtum meus sermo opere compleatur, Num. 11. Sic solet humana ratio solū carnalia spectare, nec longius quàm præsentia prospicere, quæ nisi adsint, iā desperat, nescia quo se verrat, in nummos, non in Dei verbum, respiciens, quo ait Matth. 6. *Quærite primum regnum Dei, &c.* & illud Psal. Junior fui, etenim senui, nec vidi iustum derelictū, &c. Contra vero fidelis cum fideli Abraham in spem cōtra spem credit, nimirum hoc possibile esse apud Deum, quod impossibile videtur hominibus.

Christus interrogat discipulos suos, *Quod panes habetis?* Non quærebat tanquā nesciret, sed vt miraculum quod editurus erat, eo manifestius redderetur, omnibusq; cōspiciū esset, nihil illi impossibile esse, quodq; ipse idē esset qui Israēlitas 40. annos pauisset manna è cælo, vt refert Sapiens ibidem.

Vbi ergo doctrina pauit turbā mente, mox de panibus mētionē facit, vt eos pascat in corpore, quatenus declaret sese esse qui dat escā toti homini, carni & spiritui. Psal. Oculi omnium in te sperant, Domine, & tu das illis escam in tempore. aperis tu manum tuam, & implet omne animal benedictione.

Discipuli respōdent, Septem, illosq; non magnos nec multos: adeo exiguam curam carnis habuerunt sancti illi viri. Olim enim patres nostri contenti fuerunt pane & aqua, Eccles. 29. Ioannes Baptista melle & locustis. Temporibus Hieronymi, Anachoretę pane & leguminibus & oleribus, quæ solo sale condiebantur, viuebant. Paulo cibum & vestimenta palma præbebat. Hæc Hieronymus de regula monachorum. In qua etiam testatur Iesum & Angelos eius, se vidisse quendā in eremo

mo

mo quadam per triginta annos inclusum, atq; ibidem hordeaceo pane & lutulenta aqua victitantem, & alterum qui in cisterna veteri per dies singulos quinque carycis sustentabatur. *Caryca est Quid tamen nos ventris animalia, tale vnquam fecimus, qui propriè farijs & opiparis ferculis vix contenti sumus? Ventrem pro cus sicca.* Deo colimus. Eccles. 37. Noli auidus esse in omni epulatione, & ne effandas te, &c.

*Et præcepit turbæ discumbere super terram, ad cibum capiendum, vt pote cui potestas erat multiplicandi illos panes in quatuor millia virorum, reuocans ad memoriam Dei verbum ad Helisæum olim factum, Comedent, & supererit.* 4. Reg. 4. e.

Felix conuiuium, vbi famelica turba discumbit iussu Iesu. *Conuiuium Id sit quoties populus auidus sermonis Euangelici, conuenit in basilicam, auditurus Iesum per os boni concionatoris loquentem. Nam multi non alio animo veniunt in sacram concionem, quàm quo vulgus solet venire in theatrum spectaturum prophanam fabulam. quare famelici discedentes & inanes à Domino pasci non merentur. Qui vult à Domino pasci, Iesu discumbat iussu oportet, idque super terram. Sedent super terram, qui omnibus terrenis superiores sunt, & calcant ea.* *Conuiuium felix vbi homines iussu Iesu discubunt.*

2. Secundò complectitur Euangelium potentiam Christi. *Gratie Nam panibus acceptis, gratias egit Deo Patri, vt nos eius exemplo de beneficijs acceptis grati simus. 1. Thess. 5. In omnibus gratias agite. Item Ephes. 5. Gratias semper agentes de omnibus, psalentes & canentes in corde vestro Domino.* *Deo agēde pro beneficijs acceptis.*

*Fregit, & dedit discipulis suis vt apponerent turbis:* dogma dans huius seculi opulentibus, ne panem suum soli comedant, sed dispergāt, dentque pauperibus, iuxta illud Isaie 58. Frangi esurienti panem tuum, &c. vt & ipsi cum sancto Iob 31. dicere possint, Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea, quia ab infantia creuit mecum miseratio. *Diuites Christi exemplo pauperibus panem frangant.*

*Et discipuli apposuerunt turbæ.* Acceptos panes, neque sibi reconduunt aut ipsi deglutunt, vt pauci erant, sed libenter & hilariter distribuunt, exemplum dantes, eleemosynarum dispensatoribus, ne quid sibi reseruent, aut ad proprium luxum abutantur. *Discipulorum liberalitas.*

*Institit & pisculos, cum benedixisset, apponi.* Benedictio quippe Dei aliud nihil est, nisi donorum diuinorum collatio, eorumque multiplicatio, quemadmodum satan profiterur Iob. 1. dicens, Operibus manuum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra. Vnde in principio mundi creaturis benedixit, conferens eis naturalem virtutem. Et quia cibi (de quo iam agimus) multiplicatio supernaturalis fuit, ideo singulari benedictione indiguit. *Benedictio Dei quid.*

c

Et



*Creatura  
per Dei  
verbū be-  
nēdicendā,  
ne per eas  
diabolus  
nobis no-  
ceat.*

*Victus &  
amicus no-  
bis dantur  
à Deo ad  
necessitatē,  
non ad su-  
perfluitatē.  
Elemosy-  
na in pau-  
peres non  
sit parca.*

*Elemosy-  
na in pau-  
peres ero-  
gata, non  
iactura, sed  
lucrum est.*

*Superflua  
in usus pau-  
perum ser-  
uanda.  
Lucæ 11.*

*A cultu di-  
vino nō se-*

Et quia diabolus per ea quæ ad usum nostrum sunt, nobis nocere studet, teste Chrysost. ideo Christi exemplo per orationem cibus benedicendus, 1. Tim. 4. Omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. Ideo monet. 1. Corin. 10. Siue manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.

*Comederunt & saturati sunt.* Comederunt omnes non ad luxum, sed ad saturitatem. Ideo enim dat nobis Deus cibus, ut saturemur, & non ut excedamus. Unde dicit Lucæ 21. Attendite ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate, &c. Item Apostolus Rom. 13. Non in comestationibus & ebrietatibus: sed Ecclesiast. trigesimo primo, utere quasi homo frugi quæ apponuntur tibi.

Cæterum quod aluerit eos ad saturitatem, docere voluit non oportere parcam in pauperes esse diuitum beneficentiam. Tob. 4. Si multam tibi fuerit, abundanter tribue. Præmium enim bonum thesaurizas tibi in die necessitatis, quoniam elemosyna ab omni peccato liberat & a morte, & non patietur animam ire in tenebras. Item Eccles. 4. Animam esurientem ne despereris, & non protrahas datum angustiantem.

Væ ataris, qui nec solum sua non dant, sed & caritatis annonæ, hoc est famis, intolerabilis mali occasio sunt de quibus Prover. 11. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem super caput vendentium.

*Erstulerunt quod superauerat de fragmentis septem sportas.* Ex quo satis constat, nullam enim iacturam facere, qui largus & beneficus est in pauperes, sed maximum lucrum, id confirmante Salomone Prou. 11. Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt aliena, & semper in egestate sunt. Item Prou. 19. Feneratur Domino, qui miseretur pauperis. Honora ergo Dominum de tua substantia, & de primitijs frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua, &c. Et Lucæ 6. dicit Saluator: Date, & dabitur vobis, Act. 20.

Docemur hic quoque superflua mensarum fragmenta, ne si namitis abliguriri, sed prudenter in usus pauperum debeat seruari, & utiliter expendi, iuxta poeticum hoc, Non minor est virtus quam quærere parva rueri. Quod superest, date elemosynam.

*Et erant qui comederant ferè quatuor millia,* extra paruulos & mulieres, ut refert Mat. 15. cap. Vtinam rotæ tanti consimili feruore verbi Dei confluât ad basilicam. Nec dubium quin tales auditores bona terræ comederent. Diffusè idē ostēditur, Deut. 28.

*Et dimisit illos.* Nec ausi sunt abire, nisi à Christo permissi, & ritè peractis omnibus quæ ad salutem erant. Quo docemur ne præsumamus recedere à templis (quod sine pulillorū scandalo fieri

neri nequit) nisi cultu diuino, Dei quæ verbo debite peracto. Melior est enim finis orationis, quam principium, Eccle. 7. Sic Maria & Ioseph non discesserunt de templo, quin prius omnia perfecissent quæ lex iubebat, Luc. 2.

Hanc admirandam potentiam adhuc nobis ostendit. Nam suppeditat nobis frumenta in cibum, vina in potum, lanam & linum in vestitum, ligna & stram en in usum ignis, ut vera sit sententia illa Genesios, quod omnia propter hominem sunt facta, Gene. 1. Nam in vere aperit terram, & facit apparere flores: in æstate profert ex terra cerasa, pruna, frumentum, triticum, hordeum, &c. In autumno autem profert mala pyra, nubes: in hyeme verò quisque sua bona disponit, triturat, maectat, desecat vina, ac reliqua præparat.

3 Tertio Euāgelium præsens complectitur usum huius miraculi, nempe ut credamus firmiter Christū esse panem viuum qui de cælo descendit, & dum ipsum sequimur, Deum nostri curam gerere, si modò primū quæramus regnum Dei & iustitiam eius. Nam hoc vult Deus, ut Christianus suppliciter oret, verbum eius libenter audiat, ei quæ credat & obediat, rebus sacris, ubi Christi peraguntur mysteria, sedulo intersit, Deum laudet atque glorificet, laboribus intētus officium suum agat, accumbens mensæ, quod Dominus dederit, cum gratiarum actione sumat. Hic ponamus ob oculos promissiones Dei, quæ passim in scripturis habentur: inquirentes Dominum non minuentur omni bono, Psal. 33. Non est inopia timentibus Dominum. Ibid. Iunior fui, et enim senui, & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Psal. 36. Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te nutriet, &c. Psal. 54. Harum promissionum veritatem confirmat creatio omnium animalium in seruitutem & in usum hominis. Eandem etiam confirmat hodierni Euāgelij miraculum. Alter usus est, ut diligamus proximum, quemadmodum Christus nos dilexit, ne reperiamur immites & ingrati, cum vniuersæ creaturæ nos in extremo iudicio sint accusaturæ: cum diciturus est ager. Fructus tibi protuli, & cibum suppeditaui: vinea dictura est, Vinum optimum tibi fudi in porum: ouis, Vellera & lanas in vestitū dedi: aer, volucres: & aqua, pisces tibi suppeditaui: terra, aurum, argenteum, & cuncta metalla: deinde herbas, flores, frōdes & fructus tibi protuli. Sol, luna, sidera dicent, Per diem atque noctem tibi illuximus: tu autem ijs omnibus pessimè abusus es ad ingluuiem, voluptatem, superbiam, auaritiam, &c. contempto proximo, neglectis miseris & egenis. Quod hæc omnia in nostram condemnationem sint insurrectura, scriptura testatur; Armavit omnem creaturam contra insensatos.

Damnat etiam præsens miraculum immensam & insatiabi-

*cedendum,  
nisi omni-  
bus ad eū  
pertinenti-  
bus ritè  
peractis.  
Potentiam  
suā admi-  
randā an-  
nuatim no-  
bis Deus  
ostendit.*

*Deus quæ-  
rentium se-  
curā agit.*

*Proximus  
ita diligē-  
dus, quem-  
admodum  
Christus  
nos dilexit*

*Sapient.*

lem cupiditatem illorum, qui tantum diuinis corradendis in-  
hiant, vt non solum animarum suarum obliuiscantur, verum  
& ipsum Christum derelinquant & negent, tantum abest vt ad  
desertum ipsum sequantur.

Beneficijs  
Dei nō ab-  
utendum.

Docet præterea ne abutamur Dei beneficijs, neque profun-  
damus in turpitudine: sed moderatè viuamus, vt semper in  
promptu sit vnde proximo benefacere possimus. Sed multo  
aliter solet in mundo accidere. Nam quibus Deus largiter be-  
nedixit, sunt nimis parci & immisericordes, sunt nimis pro-  
digi, turpiter omnia profundentes: patet in epulone.

Luc. 16.

Pij verò de beneficijs acceptis Deo gratias agunt, ipsius vo-  
luntatem faciunt, verbum Dei à catholicis concionatoribus in  
catholica Ecclesia, quæ est Romana, diligenter audiunt, prox-  
imum adiuuant, & eius quantū possunt misentur. Hos Chri-  
stus ita se sequentes suscipit, horum curam gerit, eorum pascit  
corpora, qui diligentius quàm possunt student cibo vitæ ani-  
mæ pascere. Hi audituri sunt, Venite benedicti Patris mei, &c.

Matth. 25.

EPILOGVS.

1 Perpetuæ beneficentiæ exemplum in Christo, quo docet nihil defutu-  
rum his qui sincera fiducia ei adherent.

2 Argumenta diuinæ humanæque naturæ in Christo redemptore. Quòd  
affectu misericordiæ tangitur, humanitatis est; quòd de septem panibus  
& paucis pisciculis satiat quatuor millia, diuinæ opus est virtutis.

3 Gratijs actis, fregit & dedit discipulis vt apponerent. hinc doctrina,  
vt cum gratiarum actione edamus & bibamus. Ipse enim aperit ma-  
num suam, & implet omne animal benedictione. Oratio ante cibum ex  
Chrysoſt. Benedictus Deus qui me pascis à iuuentute mea, qui omni car-  
ni cibum præbes, reple letitia & gaudio corda nostra, vt semper satis ha-  
bentes, ad omne bonum opus abundemus in Christo Iesu Domino nostro,  
cum quo tibi gloria, honor & imperiū cum sancto spiritu in secula. Amē.

Consecratio  
mensæ.

Gratiarum actio ex eodem.

Gratiarum  
actio.

Gloria tibi Domine, gloria tibi sancte, gloria tibi rex, quoniam dedisti  
nobis escas. Gaudio & letitia reple nos in spiritu sancto, vt inueniamur  
in conspectu tuo acceptabiles sine verecundia, quando vnique reddes  
secundum opera sua.

DOMINICA OCTAVA

POST TRINITATEM,

EPISTOLA.

Roma. 8.

**F**ratres, Debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus.  
Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu  
facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicumque enim spiritu Dei agun-  
tur, hi sunt filij Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in  
timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus,  
Abba

Abba pater. Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd  
sumus filij Dei. Si autem filij Dei, & heredes. Heredes quidem Dei, co-  
heredes autem Christi.

**I**N hac Epistola Paulus facit tria: Primò, manifesta sententi-  
a pronunciat nos esse debitores Spiritui, quum dicit, *Fratres  
debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim se-  
cundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mor-  
tificaueritis, viuetis.* Quasi dicat, Nos Christiani qui semel in sa-  
cramēto fidei, Baptismo scilicet, obstrinximus fidem nostram,  
promissimusque diabolo cunctisque eius astutijs renunciatur-  
os, atq; Deo Patri, Filio, & Spiritui sancto inseruituros, & in  
ipso non tantum credituros, verum etiam summo amore at-  
que charitate prosequuturos, carnem quoque vnà cum concu-  
piscentijs mortificaturos, & Spiritui obtemperaturos. Et ex  
illa fide data debitores sumus, non carni, sed Spiritui. Est au-  
tem caro quicquid ex carne natū est, vt totus homo cum cor-  
pore, anima, ratione, & sensibus omnibus. Sapient. 7. Spiritus  
autem est quicquid intra vel extra hominem viuit, ad seruitu-  
tem Dei trahens, & ad futuram vitam promerendā oportunū.

Debitores  
sumus spi-  
ritui ex fi-  
de data in  
baptismo.

Debemus ergo obedire non carni, quod exponens Paulus  
addit, vt secundum carnem viuamus, id est, vt eius desiderijs  
obtemperemus. Non debemus seruire carni, quia spiritū Dei  
accepimus. ideo secundum Spiritum viuendum est, & non se-  
cundum carnem.

Debemus obedire Spiritui propter duas causas. Primò pro-  
pter Deum, qui nobis Spiritum sanctum donauit ad carnē no-  
stram coercendam: pro quo beneficio seruire ei debemus. Se-  
cundò, nostra ipsorum causa, quia in eo obsequio quo spiritui  
sancto obedimus, posita est nostra salus, prosperitas & æterna  
vita, vel nostrum infortunium, damnatio & miseria æterna.  
Ioan. 12. Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit ani-  
mam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

Spiritui obe-  
diendū du-  
plicem ob-  
causam.

Sumus etiam debitores Spiritui sancto propter varias cau-  
sas, quia per ipsum vocati sumus ad fidē istam in qua stamus,  
& gloriamur in spe filiorum Dei.

Rom. 5.

2 Quia eius virtute inuocamus Deum, & clamamus, Abba  
pater, Rom. 8.

3 Quia adiuuat infirmitatem nostram, Rom. 8.

4 Quia eius diuina ineffabiliq; operatione & virtute in  
baptismo per sanguinem Christi adoptati sumus in filios Dei. Rom. 6.

5 Quia ipse facit nos templa Dei, & habitat in nobis.

6 Quia dat nobis virtutem, & diffundit charitatem in cor-  
dibus nostris, per quam legem implemus, & vitam promere-  
mur æternam. I. Cor. 3. 6

7 Quia ipse testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus Rom. 5.



filij Dei: vnde incomparabilem consolationem animis nostris acquirimus.

Rom. 8.

8 Quia virtutem suppeditat, qua diabolum, mundum, carnem, & omnes tentationes, si volumus, vincere possimus.

2 Secundò, causam ostendit Apostolus quare spiritui simus obnoxij. quam esse duplicem conuincit, quum dicit: *Quicumque spiritu dei aguntur, ij sunt filij dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba Pater* Quasi dicat, Christus Iesus est natura filius Dei: & de illo ait Luc. 4 cap. quod agebatur à Spiritu sancto. Iustum est etiam vt & filij adoptiui agantur ab eodẽ Spiritu sancto. Cognoscuntur autem filij Dei ex mortificatione carnis. Non enim acquiescunt pij carnalibus desiderijs, nec applaudunt voluptatibus: sed lapsi per poenitentiam resurgunt, & secundum Dei voluntatem atque præcepta viuunt, cognoscuntur quoque ex ductu Spiritus sancti.

Filij Dei  
vnde inno  
repcant.

Spiritu dei  
qui ducan-  
tur.

Ducuntur autem spiritu Dei, in quibus vetus Adam crucifixus est, & caro mortificata. Et hi habent Spiritum adoptionis quia tali affectu sunt præditi, quo affectu filij in parentes. Et isti sunt sub Euangelio, scientes & confitentis sese iustificari, & saluari per sanguinem Iesu Christi, cuius virtute potuerunt carnem spiritui rebellatam in seruitutem redigere: & facta, id est, tentationes è carne pullulantes mortificare, quod facientes vitam merentur æternam.

Non ducuntur autem spiritu Dei, in quibus vetus Adam adhuc viuit & regnat. Et hi habent spiritum seruitutis, quia tali affectu sunt præditi, quo affectu serui in dominos. Et isti sunt sub lege, volentes solis operibus & meritis suis sine Christo, fide & charitate iustificari atque saluari, Rom. 10. *Quæ quantalibet sit temeritas, quam graue & horrendum peccatum, iudicabit facile, qui pretiosissimi sanguinis Christi fuerit æstimator,* Rom. 3. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis.

Premium  
spiritui de-  
bita soluen-  
tium.

3 Tertiò ostendit hic Apostolus quid præmij maneat eos qui spiritui debita soluunt: quum dicit, *Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filij dei. Si autem filij & hæredes: hæredes quidem dei, cohæredes autem christi.* Quasi dicat, Ne existimetis beneficia hæc adoptionis, nepe & donationis spiritus sancti ita esse autoritate destituta, vt quamuis nõ possimus, omnimodã certitudinem habere quod simus filij Dei, & quod deus habeamus spiritum, nullã proinde habeamus consolationẽ. Nã hæc sunt signa vnde confidimus nos habere spiritum sanctum, & Dei filios esse, ac eius gratiam & fauorem habere propitiũ, scilicet quod clamamus. Abba Pater. Vult dicere Paulus: Christiani, qui Romæ vel alibi estis, si vllum vos tenet desiderium

in-

intelligendi num spiritus sanctus habitet in vobis, hoc sit vobis primum signum, si magno cordis affectu & magna fiducia post baptismum conseruata innocentia, clamatis in precibus vestris, Abba, hoc est, Pater, sperate, confidite spiritum sanctum in vobis esse. Nam vox illa (Abba) cum seruore prolata, nõ fuit edita virtute spiritus nostri solius, nec nostra sola voluntate, teste Paulo, qui definiuit neminem posse dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto.

Signum in-  
habitantis  
spiritus S.  
in nobis.

1. Cor. 12.

2 Ipse enim spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei. vult dicere Paulus, Si post baptismum viuatis iuxta præcepta Dei, & eius mandata ex charitate seruatís, motusque pios & sanctos, & bonos affectus erga Deum & proximum sentitis, sperate vos habere spiritum sanctum. Nam motus illi sancti, & affectus puri & boni ac iusti, ex charitate procedentes, non producuntur à carne, nec à solo spiritu nostro: nã manifesta sunt opera carnis: sed spiritus sanctus illos creat & format in nobis, dicente Paulo: Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, & Christo: Sine me nihil potestis facere, Ioan. 15.

2. Cor. 3.

Nihil iuuat hic locus Lutheranos, quem pro suo falso dogmate astruendo de certitudine gratiæ retorquere solent. Non enim dixit Paulus, Pro certo statuite, firmiter credite vos habere spiritum sanctum. nec dixit, Spiritus sanctus reddit vobis testimonium infallibile & certum, quod in vobis habitet: sed ipse spiritus sanctus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filij Dei: quod testimonium inde statuitur, si in baptismo adoptati sumus in filios Dei, & accepimus spiritum sanctum, & baptismo obsequi sumus mandatis nostri Patris, & illa fecimus quæ spiritus sanctus nobis suggessit: proculdebiò speramus spiritum sanctum in nobis habitare, quando nihil est quod ipsum expellat nisi peccatum.

Sapient. 1.

Hinc ait Paulus, Quod si filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem christi, qui gratia factus est filius, & gratis filiorum ius in æternam hæreditatem accepit in baptismo: si tamen compatimur, vt glorificemur. Conditionem posuit Paulus, ad consequitionem æternæ hæreditatis necessariam. Det nobis Dominus pro sua misericordia illam hæreditatem, Amen.

## EPILOGVS.

1 Adhortatio Paulina, docens necessarium esse bene operari, debitores enim sumus.

2 Hanc adhortationem confirmat à penis & à premijs. Si secundum carnem vixeritis, moriemini Eccl. 18. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, vixetis.

3 Dignitas credentium, per Spiritum sanctum agnoscendum & innocen-

tium Deū, quòd in hac clamar, Abba pater quòd filij sunt & heredes, heredes Dei, coheredes Christi, hac mirè consolantur territas cōscientias.

DOMINICA EADEM

EVANGELIUM.

Matth. 7.

IN illo tēpore dixit Iesus discipulis suis: Attendite à falsis prophetis, qui veniūt ad vos in vestimentis ouīū, intrinsecus autē sunt lupi rapaces. A fructibus eorū cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vvas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autē arbor fructus malos facit. Nō potest arbor bona fructus malos facere, neq; arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor quæ nō facit fructū bonū excidetur, et in ignē mittetur. Igitur ex fructibus eorū cognoscetis eos. Nō omnis qui dicit mihi Domine, domine, intrabit in regnum celorum: sed qui facit voluntatem Patris mei qui in celis est, ipse intrabit in regnum celorum.

Cauendum à pseudo-prophetis

HOc Euāgelio Christus facit tria. Primò monet, vt caueamus à pseudo-prophetis. Deut. 13. Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signū atq; portentū & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi Eamus & sequamur deos alienos quos ignoras, & seruiamus eis, nō audies verba Prophetæ illius aut somniatoris, quia tētat vos dominus Deus vester, vt palam fiat vtrum diligatis eū an non in toto corde, & in tota anima vstra. Dominū Deum vestrum sequimini, & ipsum timete, & mandata illius custodite, & audite vocē eius: ipsi seruietis, & ipsi adhibebitis, &c.

Prophetae duplices. Prophetae veri qui.

Sunt autem Prophetæ duplices. Primi sunt veri, qui verbum Dei fideliter atque synceriter annunciant, veraque doctrina populū instituūt, docentes seruare mandata Dei ac seniorum traditiones: vt quæ ad salutem sint necessaria, quemadmodum Ecclesia catholica docet, & ab Apostolis accepit, 2. Thess. 2. De his item dicit Paulus, 2. Cor. 4. quod prædicabant non adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis, cōmendantes semetipfos ad omnem conscientiam hominū coram Deo. Tales fuerunt olim Prophetæ, Apostoli, Discipuli, & primitiuæ Ecclesiæ Episcopi: tales sunt & modò prædicatores & Episcopi, qui doctrinā Apostolicā, quam Romana tenet Ecclesia, prædicant, & populo Christiano annunciat. De quibus Ephe. 4. idem Apostolus loquitur, Quosdam dedit Apostolos, quosdam Prophetas, alios Euangelistas ad ædificationem corporis Christi. Itē 1. Cor. 14. Qui prophetat, inquit, loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & consolationē Ecclesiæ. Chrysof. Catholici doctores si peccatores fuerint, serui quidē carnis erunt, non tamen lupi rapaces, aut falsi prophetæ, quia non habent propositum perdere Christianos. Sic Iudas pessimus erat, non tamen falsus propheta, alioqui Christus pro Apostolo misisset falsum prophetam, quod nullo pacto fecit.

Secundi

Secundi prophetæ sunt falsi, qui speciosis verbis falsam doctrinam exornātes, ac dogmata Apostolorum, Prophetarum, conciliorum, sanctorumque patrum, quæ Romana tenet Ecclesia corrumpentes, veritatis prætextu plebē simplicē ac rudē seducūt. Cuius generis olim tempore legis Mosaicæ fuerunt, Baalithæ, 3. Reg. 18. & 19. Molochithæ, 3. Reg. 11. Mali Pharisæi & seniores, Matth. 15. Astarothiræ, 1. Reg. 7. Baalimithæ, Iudic. 2. Tales fuerūt in primitiua Ecclesia, Symoniani, Cherinthiani, Nicolaitæ, Hebionitæ, Nestoriani, Sabelliani, Arriani. Sunt & nostris temporibus his simillimi, Lutherani, Melanctoniani, Zvingliani, Anabaptistæ, Calviniani, Brentiani. Hi omnes sunt falsi, & infernales prophetæ, qui imitantes patrem suum qui ab initio fuit mendax, & in veritate non stetit, ita & ipsi sunt mendaces, cupidi inuectores malorum, parentibus non obedientes, incompositi, absque fœdere, sine misericordia. Qui cum sanam Apostolicam doctrinam, quam Romana tenet Ecclesia, cognouissent, nō perstiterunt in ea, sed euauerunt in cogitationibus suis & putantes se esse sapientes, stulti facti sunt, & stultos sequaces suos fecerunt.

Prophetae falsi qui.

2. Tim. 3.

Rom. 1.

Ab ijs monet Christus vt caueamus. Attendite, inquit, à falsis prophetis, quia falsa annunciāt, qui veniūt ad vos in vestimentis ouīū, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Vult dicere Christus: Ostendi vobis veram Christianæ pietatis viam: quam si tenueritis, saluabimini. Sed videte ne satan, qui calcaneo vestro semper infidiatur, vos per falsos prophetas seducat.

Attendite, vox digna his nostris temporibus. Nihil ouibus tam infestum vt est lupus, qui tantum earū interitum vult vel cupit, neque ob aliud ouibus se iungit, quàm vt perdat: sic hæretici, &c. vnde cauendi sunt. Nulla pestis perniciosior quàm hæreticus cum falsa doctrina. nec Turca rārum damni inferre potest, quantum hæreticus: vnde eos cauendos dicit Christus, &c. Nec simpliciter dicit Christus: Cauete eos, vel aspiciate, sed attendite: quasi dicat: Non se ostendent sicuti sunt. vbi enim res certa est, aspicitur, id est, simpliciter videtur: vbi autem incerta, attenditur, id est, cautē consideratur. Falsitas non se ostēdit vt est, alioqui facilè deprehenderetur, timet lucem, quærit fucum: veritas autem non indiget fuce, sed venit ad lucem. Ioan. 3. sic lupus, si sua pelle & sua voce prodiret, facilè agnosceretur, facilè eum fugerent oues. Propter quod attendite & vigilate, ait Paulus, Act. 20.

Attendite, vox digna his nostris temporibus

Hæretici plus damni inferunt quàm Turcæ.

Hæretici nō solum cauēdi, sed attendendi sunt.

Falsi quippe sunt ob falsificationem iustitiæ, & ordinationis diuinæ, quia veniunt, non missi, non expectant legitimam vocationē. Rom. 10. Quomodo prædicabunt nisi mittantur? non mittuntur, & currūt. Ipsi se ingerunt diuinis rebus & officijs tractandis. de his Iere. 23. Nō mittebam prophetas, & ipsi

Heretici falsi prophete varias ob causas.



*Diabolus non mittit falsos prophetas ad Iudæos aut gentes, sed ad Christianos.*

*Falsitas nulla inuenitur, quæ non aliqua veritate palliatur.*

*Hæretici sunt simij. Hæresis omnia Ecclesie habet & imitatur mysteria.*

*1. Tim 3.*

currebant: non loquebar ad illos, & ipsi prophetabant, &c. Non ad Gentiles, nõ ad Iudæos, non ad Turcas, sed ad vos Christianos veniunt. Ad illos diabolus non mittit suos falsos prophetas, quia ipsos captiuos in sua tenet potestate; Mittit ad Christianos, vt illos ab illo angelorũ choro separet, vt gloria quam sperant deturbet, vt quam tenent ecclesie vnitatem & gratiam ipsis auferat, Sic contra Eliã misit Baalitas, 3. Regum decimo octauo. Contra Manichæam quadringentos cititer prophetas falsos, 3. Reg. vigesimo secundo. Sic nũc proxin è contra ecclesiam Romanam misit diabolus Lutherum, Brentium, Caluuum, &c.

Falsi sunt propter fucam vitam sanctimoniam. quia in vestimentis ouium veniunt, hoc est, sub prætextu iustitiæ euangelicæ. (Nam Dominus iustos, oues nominat, Matth. vigesimo quinto.) Nulla enim falsitas inuenitur, quæ non aliqua veritate palliatur, 2. Corinth. vndecimo. Nam pseudoapostoli sunt operarij subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi, & non mirum: Ipse enim satanas transfiguratur se in angelum lucis. Non est ergo mirum, si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiæ, quorum finis erit secundum opera ipsorum. Satis patet ex his verbis, quod non loquitur Christus de Gentiliis ac Iudæorum doctoribus, sed de his, qui ouinã vestem præterdunt, hoc est, qui Christiano nomine sese venditant, speciem quidem habentes pietatis, sed virtutem eius abnegantes. Vestimentum ouile non de externa illa veste accipi debet, sicuti factiosi falsò obijciunt Ecclesiasticis catholicis, sed significat speciem Christianitatis, quam ipsis habentes à foris abintus confessionis efficacitate sunt gentiles. Sed sonè dicens, inquit Chrysostr. Quomodo dicere illos possum nõ esse Christianos, quos video Christũ confitentes, altare habentes, sacrificium panis & vini (quod cœnam Dominicã vocant) offerentes, baptizantes, scripturas sanctorum legentes, omnem ordinem sacerdotij habentes? Vir sapiens, Si non confiteretur Christum, & manifesta esset gentilitas eorum, nemo non sibi caueret. Intellige ergo fucum. Simia, hominis habet membra, & per omnia hominem imitatur, nunquid propterea dicenda est homo? Sic & hæresis omnia ecclesie habet & imitatur mysteria, sed non sunt ecclesie, vt illa specie pietatis fallant incautos, quos Apostolus, vt dictum est, vocat ministros satanæ, transfigurantes se in Apostolos lucis.

Falsi quoque sunt ob falsitatem doctrine. Nam intrinsecus sunt lupi rapaces, imò, vt alio loco dicit, fures & latrones, & quidem omnium perniciosissimi, vt qui non temporale quiddam, sed veram animæ salutem auferant. Mali autem homines & seductores, proficient in peius, errantes & in errorem mittentes.

rentes. Rapiunt enim veritatem ab intellectu, charitatem ab affectu, sanctitatem ab effectu: sic animas ab Ecclesia & Christo, secum in æternum rapiunt exitium. Ezech. 13. Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident. Quasi vulpes in deserto prophetæ tui Israel, vident vana, & diuinant mendacium, dicentes: Ait Dominus, cum Dominus non miserit eos, & perseuerauerunt confirmare sermonem. Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite vniuersæ ætatis, ad capiendas animas. Et cum caperent animas populi mei, viuificabant animas eorum: & violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmen panis, vt interficerent animas quæ non moriuntur, & viuificarent animas quæ non viuunt, mentiētes populo meo credenti mendacijs. Ab his dehortatur nos Christus tanquam à lupis rapacibus. Idem facit Paulus, Attendite vobis & vniuerso gregi in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei, quã acquisiuit sanguine suo. Ego scio quoniam intrabunt post discessum meum lupi rapaces in vos, non parcentes gregi, & ex vobis ipsis exurgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se, propter quod vigilate. Item Rom. 16. Fratres rogo vos, vt obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula præter doctrinam quam didicistis faciunt, declinare ab illis, huiusmodi enim Domino nostro Iesu Christo non seruiunt, sed suo ventri, & per dulces sermones seducunt corda innocentium. Corruptunt enim bonos mores colloquia praua.

2. Secundo, indicat Christus quomodo falsi prophetæ sint agnoscendi, ne quis dicat, circumuentus sum atque deceptus: manifestam discretionem ex operibus ostendens, & ait: A fructibus eorum cognoscetis eos. q. d. facile deprehendes simulationis præstigium, si propius inspexeris, non titulum aut vestem, sed ipsa facta, quæ produnt animum insincera. Seneca: Nemo potest diu ferre personam fictam, sed citò in naturam suam incidunt, quibus non subest veritas.

Deprehenduntur autem hi fructus ex scripturis & patribus esse quinque.

1. Habent speciem pietatis, virtutem eius abnegantes, Lutherani simulant se sanctos, virtutem autem sanctitatis, scilicet charitatem, negant ad salutem necessariam, 2. Timoth. 3.

2. Sunt voluptatum amatores, ideò reiiciunt ieiunia, abstinentiam, & omnia quæ carni sunt molesta, vota contemnunt, sacerdotibus vxores permittunt, penetrant domos muliercularum, vxores, ac bona docent esse communia.

3. Magistratus negant, libertatem prædicant & omnem libidinem fornicationis impunè committi confirmant. hi sunt fructus falsæ

*Act. 20.*

*1. Cor. 15.*

*Prophetae falsi quomodo sint agnoscendi. Personam sanctam nemo potest diu ferre.*

*Fructus è quibus agnoscuntur.*

*Falsi prophetae quæ.*

*Iudæ 1.*

*Dominati-*

*onem sper-*

*ant, maie-*

*statè autè blasphemant*

2. Pet. 2.

falsæ doctrinæ ac pseudoprophetarum. Paulus ibidem.  
4 Sunt auctores sectarum & dissensionum, solam fidem stantientes, opera inutilia autumant, merita operum irrident: atque ita hominem iustificari & saluari prædicant.

1. Pet. 3.

5 Impudentes scripturas pro suis dogmatibus astruendis iactant, & suo modo interpretantur, in ipsisque intelligendis ecclesiæ sententiam reiiciunt. Tertullian. lib. de carne Christi. August. de Genes. contra Manichæos lib. 2. cap. 8. Superbia omnium hæreticorum mater. Chrysostr. Galat. 5. Hærescon mater est cupiditas principatus. Cyprian. lib. 4. epist. 9. Vnde enim schismata & hæreses obortæ sunt & oriuntur, nisi dum Episcopus qui vnus est, & ecclesiæ præest, superba quorundam præsumptione contemnitur? & homo dignatione Dei honoratus, ab indignis hominibus iudicatur? Ex his fructibus cognoscimus falsos prophetas.

Lupi cognoscuntur à tribus, à violentia, à calumnia, & impatientia.

Psalm. 72.

Cognoscuntur item lupi, teste Augustino, à tribus. Primum, est violentia, quia sanguine gaudent, sic isti dissensionibus, sectis, &c. sicut ostensum est ex Paulo, Rom. 16.

Secundum, est calumnia: quod pulchrè ostendit Chrysostr. Si quis, inquit, lupum cooperiat pelle ouina, quomodo cognoscet illum, nisi aut per vocem aut per actum? Ovis inclinatus deorsum balat, lupus in aera conuertit caput suum contra cælum, & sic ululat. Qui ergo secundum Deum vocem humilitatis & confessionis emittit, ovis est: qui verò aduersus veritatem turpiter blasphemij ululat contra Deum, lupus est, sicut dicit Propheta: Iniquitatem in excelso locuti sunt, posuerunt in cælum os suum. Ovis herbam manducat, lupus carnibus delectatur. Quem videris ergo de pratis scripturarum herbas floridas iustitiæ colligentem, ovis est: quem autem videris in sanguine persecutionis gaudentem, lupus est.

Lupus famis impatiens.

Tertium, est impatientia. Lupus enim famis impatiens est. Cum enim propria spectent commoda, non Dei honorem, nec animarum salutem, cum cœperint hæc eadem aliquibus tentationibus illis subtrahi vel negari, quæ isto velamine vel consecuti sunt, vel consequi cupierunt, tunc necesse, vt appareat vtrum lupus in ouilla sit pelle, an ovis in sua. Si ergo vitam & mores attentius obserues, inuenies eos sibi placetes, suis commodis vbique seruietes, elatos, vindices, inuidos, obrectatores, gloriæ sitientes, nonnunquam & ventri deditos, & omnino suum negotium agentes potius, quam gregis & Evangelij, quæ quasi ex diametro pugnant cum fructibus Euangelicæ mentis.

Pseudoprophetae quædiu in

Nanquid colligunt de spinis vvas, aut de tribulis ficus? Hac similitudine vult Christus ostendere impossibile esse, vt pseudoprophetae (quædiu in errore suo perstiterint, & ex errore docuerint) aliquam

aliquam bonam doctrinam de se producant, aut salubres fructus proferant. Chrysostr. Sub spinis nullum animal requiescit, nisi serpentes: nemo pacem habet, sed dæmones ibi habent cubilia. Vitis Christus, palmites fideles, Ioan. 15. Qui vvas bonæ conuersationis ferunt: Sicut autem spina vel tribulus quacunque parte tangitur, pungit: sic iniquitate isti pleni sunt: quare euangelicos fructus ferre non possunt. Iac. 3. Nunquid fons de eodẽ foramine emanat dulcem & amarã aquam? Nunquid potest, fratres mei, ficus vvas facere, aut vitis ficus? sic neque falsa dulcem potest facere aquam. Neque enim qui sincero est animo, potest nõ factis exprimere sinceritatem affectus sui: neq; rursus qui vitiatum est animo, potest ea præstare factis, quæ verè bonum arguunt: tametsi præstigijs ac specie sanctimonix nonnunquam imponat incautis hominibus, certè Deo non potest imponere.

Vult quoque hac antithesi Christus ostendere naturam pseudoprophetarum, Vitis lignum est debile, & ad structuras inutile, Ezechiel. 15. Contra, spineta ita florent, vt videantur saccarum productura, sed tandem lapidosa corna producunt.

Ficus verò est arbor vulgaris, quæ cum floribus fructum gignit. Contrà, tribulorum germina nihil aliud proferunt, quam lappas, hamataque spicula. sic hæretici factiosis verbis suis, aureos atque diuinos montes pollicentur: at valles profundas & cœnosas inferni conferunt.

Omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autè arbor malos fructus facit. Arbori comparat hominem, eo quòd potest à sterili peccato in virtutem inseri. Arborea bonæ sunt, pij ac fideles homines, qui secundum Dei præcepta viuunt, vt si princeps, magistratus, paterfamilias, sacerdos, episcopus, seruus, ancilla, ac ceteri fideles fidem habentes, Dei mandatis obedientes, faciant id quod ex officio debent. Horum boni fructus sunt, obedientia legis, id est opera, quæ secundum mandata Dei ex fide fiunt, & ad Dei gloriam, & proximi commodum referuntur.

Arbores autem malæ sunt impii, infideles & apostatae, hæretici, schismatici, qui contemptores sunt Ecclesiæ, & peccatores impenitentes. Fructus mali istorum sunt opera, quæ fiunt contra fidem, aut contra charitatem, quantumuis externo splendore præluceant.

Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere. Non dicit Dominus, impossibile est malum ad bonum conuerti, nec bonum negat in deterius posse labi, sed quamdiu malitiæ affixus est, non posse bonos fructus afferre. Consule Chrysostr. super hunc locum, in opere imperfecto.

errore per-  
sistunt, sa-  
lubres fru-  
ctus profer-  
re non pos-  
sunt.

Antithese  
pulchra  
ostendit  
Christus  
naturam  
pseudopro-  
phetarum.

Arbori cur  
cõparetur  
homo.



*Mercet ve-  
rorum &  
pseudopro-  
phetarum.*

3 Tertiò ostendit mercedem verorum, & pseudopropheta-  
rum, & ait, *Omnia arbor quæ non facit fructum bonum, exciditur, & in  
ignem mittitur.* Exciditur primò per deivationem, Matth. 18. &  
Tit. 3. Hæreticum hominem, post vnam & secundam corre-  
ptionem, deura. Secundo exciditur per mortem, P sal. 48. Di-  
ues cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum  
illo gloria eius. Tertio per æternam damnationem, Matth. 13.  
Exibunt angeli & separabunt malos de medio iustorum, &c.  
Vult dicere Christus, impossibile esse, eos vitare æternam dam-  
nationem qui mali fuerint, & mala opera fecerint, atque in eis  
vitam finierint, Hebr. 6. Terra quæ spinas & tribulos germi-  
nat, abiecta est & maledictioni proxima, cuius maledictio est  
in combustionem.

*Pena du-  
plices pseu-  
doprophe-  
tarum.*

Duas ponit pœnas, excidi, & in ignem mitti. Multi autem  
gehennam timent & horrent, ego autem casum illius gloriæ  
multo maiorem gehenna casum esse aio, inquit Chrysoft. In-  
tolerabilis gehenna. verum si mille ponat quis gehennas, ni-  
hil tale dicit, quale est ab illa gloria beata excidere, odio Chri-  
sti haberi, audire: Non noui vos. Etenim decem millia ful-  
mina melius est sustinere, quàm faciem mansuetam videre  
auerfam à nobis, & tranquillum illum oculum non ferentem  
videre nos.

*Apoc. 18,*

*Religio ca-  
tholica nõ  
verbis, sed  
rebus con-  
stat.*

Si ergo peccatum omissionis pœnam meretur æternam,  
Ioan. 15. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tol-  
let eum. & Matth. 25. Discedite à me maledicti in ignem æter-  
num. Esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c. peccatum  
commissionis quid meretur? Verè quantum glorificauit se &  
in delicijs fuit, tantum dabitur illi luctus & tormenti.

*Nõ omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnũ cælorum;*  
Vult dicere, religionem catholicam non verbis, sed rebus con-  
stare, nec intraturos in regnum cælorum, qui clamantes & ia-  
stantes solam fidem, dixerint, Domine, Domine, cum re ipsa  
longè alijs dominis seruiant, Mammonæ, ventri, ambitioni,  
&c. Neque enim titulus Christianum facit, sed vita. Frustrà  
folia recte confessionis iactant, qui bonos fructus non osten-  
dunt. Iacob. 2. Fides sine operibus mortua est. Gal. 5. In Chri-  
sto Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed  
fides quæ per charitatem operatur. *Sed qui facit voluntatem Patrũ  
mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum.* hoc est, Qui verè  
repudium miseriarum terrenis cupiditatibus, & ex animo ob-  
temperauerint voluntati patris mei, cuius voluntatem ego  
vobis prædico, hos dignabor regno cælorum. Summa: Vult  
dicere, regnum cælorum non alia ratione acquirendum, quàm  
ratione operum.

His Christi sententijs confirmatur dogma Catholicorum,  
scili-

scilicet damnationem æternam inferni illis imminere, qui nõ  
fecerint bona opera: æternam verò vitam his, qui fecerint, non  
his qui crediderint tantum, sed fecerint voluntatem patris.

Aduerte etiam hic quantum nostra intersit attendere & ca-  
nere à falsis prophetis. periit Asia, periit Græcia, periit Africa,  
quare? quia verbum istud Christi neglexerunt: Attendite à fal-  
sis prophetis.

*Ioan. 5.*

#### EPILOGVS.

1 *Doctrina Christi est, vt caueamus non solum ab apertis inimicis, qui  
porci sunt & canes, de quibus in Apoc. 22. & 1. Cor. 5. sed & ab occultis,  
qui cum sint vitæ prauitate corrupti, tamen virtutis speciem præ se fe-  
runt. idem Paulus Rom. 16.*

2 *Quibus fructibus boni mali ve dinoscuntur. Apostolus ostendit. Galat.  
5. d. Manifesta sunt opera carnis quæ sunt fornicatio, immunditia, luxu-  
ria, idololatriæ seruitus, veneficia cõtentiones, emulationes iræ, rixæ, dissen-  
siones, hereses inuidia, homicidia, ebrietates, cõmessationes, &c. Fructus  
enim spiritus est charitas, gaudium, longanimitas, bonitas, benignitas, in-  
suetudo, fides, modestia, continentia, castitas, his similia. In his enim fru-  
ctibus qualis sit vnusquisque cognoscitur homo. Hoc hic similitudine à  
communi hominum, exemplo desumpta docet Christus, dicens, Nnquid  
colligunt de spinis, &c. vt inde cognoscamus bonos à malis.*

3 *Fide requirit, sine qua præcepta Dei non seruatur, nec fiunt bona opera.*

#### DOMINICA NONA POST TRINI- TATEM, EPISTOLA.

**F**ratres, non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt. *1. Cor. 10.*  
Neque idololatriæ efficiamur sicut quidam ex ipsis, quemadmodum  
scriptum est, sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.  
Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna  
die virgini tria millia. Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum  
tentauerunt, & à serpentibus perierunt. Neque murmuraueritis, sicut  
quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore: Hæc  
autem omnia in figura contingebant illis: scripta autem sunt ad correptionem  
nostram, in quos fines seculorum deuenerunt. Itaque qui se existi-  
mat stare, videat ne cadat. Tentatio vos non apprehendat nisi humana:  
Fideus autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod o-  
testis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere.

**I**N HAC Epistola ostendit Paulus Iudæos in quinque ge-  
nera peccatorum ob incredulitatem prolapsos.

1. Primo in prauas cupiditates, cum ait: *Non simus concupiscentes  
malorum, sicut & illi concupierunt.*

2. Secundo, in scelus idololatriæ, cum ait: *Neque idololatriæ effi-  
ciamur, sicut quidam ex ipsis, quemadmodum scriptum est: Sedit popu-  
lus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.*

*Increduli-  
tas Iudæo-  
rum multa  
& prauis  
peccatis pe-  
perit.*

3. Ter-

3 Tertiò, in scortationes & supra, cum ait, *Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia.*

4 Quarto, in tentationes quibus tentauerunt Deum, cum ait: *Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt.*

5 Quintò, in murmuraciones contra Dominum, cum ait: *Neque murmuraueritis: sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore*

*Supplicia  
sceleribus  
Iudaorum  
debita qua  
lia.*

*Exod. 32.  
Num. 25.*

Et propter hæc scelera ingentibus suppliciis sunt affecti. Nam propter eorum concupiscentiam, dum adhuc escæ erant in ore ipsorum, ira Dei descendit super eos, & occidit pingues eorum, Psal. 77.

Propter idololatriam interfecta sunt 33. millia virorum.

Propter fornicationem occisa sunt 24. millia virorum.

Propter tentationes, cum dixerunt, Anima nostra nauscat super cibo isto leuissimo: Misit Dominus serpentes ignitos in populum suum, & mortui sunt multi, Num. 21.

Propter murmuraciones & inobedientiam, perierunt 14. millia hominum & septingenti, absque his qui perierunt in seditione Core, Dathan, & Abiron, quos terra deuorauit.

*Num. 10.*

*Supplicia  
& aliorum  
pericula  
nos cautio  
res reddere  
debent.*

Eiusmodi supplicia sunt & nobis Christianis metuenda, quibus cautiore effici debemus, ne consimili peccato in damnationem consimilem, imò longè grauiorè incidamus, iuxta poëticum illud: Felix quem faciunt aliena pericula caurum. Pestilente namque flagellato, id est, peccatore, stultus, id est, alius peccator sapientior fieri debet. Prou. 19. Et hoc est quod loquitur Dominus Deut. 19. Auferes malum de medio tui, vt audientes cæteri timorem habeant, & nequaquam talia facere audeant. Quare ait Paulus, *Hæc in figura facta sunt nostri.* Illæ enim pœnæ figuræ erant earum quæ nobis debentur, si Dei in nos gratiæ fuerimus ingrati. Et sicut donorum acceptorum magnitudine illos excedimus, sic & pœnis atrocioribus afficiemur, si nec illorum exemplo correcti, delinquentes Deum offendimus.

*Apocal. 2.*

Facta sunt ergo hæc in figura nostri, ne simus concupiscentes rerum malarum, quemadmodum illi concupierunt, vt non lædamur morte secunda. Nam teste beato Iaco. 1. Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum verò cum consummatum fuerit, generat mortem. quam præfigurabat ignis Domini, quo puniti sunt pingues Israël, Psa. 77. concupiscentes concupiscentiam in deserto, vt inde disceremus momentaneas carnis delicias gehennæ incendiis compensandas, sicut satis constat in purpurato illo epulone, apud Lucam 16.

Facta

Facta sunt quoque hæc, ne simus cultores idolorum: sicut illi adorauerunt vitulum, quemadmodum scriptum est: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere, hoc est, ne iuxta illud Osee 8. Aurum nostrum & argentum, ventremque nobis faciamus idola, dicentes, Hi sunt dii qui nos ab omni inopia liberatos scilicet reddunt & securos, quod est (moram faciente Domino, & longanimitè expectante) interim imperterritè bibere, comedere, inebriari, pecuniæ thesauros coaccruare, ne nos dies Domini inexpectatus opprimat oscitantes. Lucæ 21. Attendite vobis ne fortè grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ, & superueniat in vos repentina dies illa. Tanquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ. Item Matth. 24. & Lucæ 12. Veniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis. illic erit fletus & stridor dentium.

*Idola Christi  
ianorum.*

Deinde ne inquinemur stupris, fornicationibus, adulterijs: sicut quidam illorum his peccatis polluti fuerunt, ne extremum gaudij nostri luctus occupet, neque nobis contingat quod Noëmitis & Sodomitis propter similia vitia accidisse legimus, Genesis 6. & 19. Lucæ 17. Fornicatores & adulteros iudicabit Deus. Hebr. 13. Neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, &c. regnum Dei possidebunt, 1. Corinth. 6. Ephes. 5. Sed Apocal. 21. Pars illorum erit in stagno ardenti, &c.

*Matth. 24.*

Quartò, ne tentemus Christum; sicut quidam illorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt, ne hereditemus post mortem serpentes infernales, & bestias & vermes. Ecclesiast. 10. Est autem tentare Deum, de Deo diffidere, de ipsius ope mente perfida desperare, per signum aut portentum aliquod de potentia Dei velle sumere experimētum, quomodo illi qui Christo Domino dixerunt, Magister volumus à te signum videre, Matth. 12. Deuter. 6. Non tentabis Dominum Deum tuum. Sapient. 1. Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum: quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum.

*Tentare Deum  
quid sit.*

Quintò, ne murmuremus, sicut quidam eorum murmurauerunt, & interempti sunt ab exterminatore, ne cum malignantibus exterminemur ex hereditate cælesti, Psa. 36. incidamusque in exterminium regis locustarum, angeli nempe abyssi, cui nomen Hebraicè Habaddon, Græcè autem Apollyon, & Latinè habens nomen Exterminans, Apocalyp. 9. Sapient. 1. Custodite vos à murmuracione, quæ nihil prodest, & à detractione, parcite linguæ: quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit, & tumultus murmuracionum non abscondetur. Est

f autem



*Murmuratio quid est.* autem murmuratio querela irrationabilis de ijs, quæ ferenda sunt patienter: qualis erat illorum contra Dominum, tum propter laborem itineris, tum propter defectum aquæ, carni-um, &c. tum etiam propter protensam difficultatem obtinendi promissam hæreditatem: quæ nimirum murmuratio processit ex perfidia & diffidentia, qua grauissimè offensus fuit Deus. Itaque ne murmuraueritis, inquit, nihil ferre valentes, ac dicentes, Quando aduenient bona, & mala cessabunt? sed patientes estote, ait beatus Iacobus, vsque ad aduenum Domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, &c.

Vult ergo dicere Paulus, Nos Christiani satis arbitramur esse, si ore dixerimus, Credo, credo: pro certo statuo me esse Christianum, Indubitata & certissima fide id mihi persuadeo: sed debemus advertere, quod dæmones credant & contremiscant. Iac. 2. Refert & Marc. 5. quod diaboli dicebant, Iesu fili Dauid, quid mihi & tibi? &c.

Satis arbitramur esse, si auribus aduertimus Euangelium, legem, & alias sacras Ecclesiæ doctrinas: sed debemus advertere, quod Isaias habet: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me.

Cap. 29.

Satis denique arbitramur esse, si corporaliter tantum & externè vsi fuerimus sacramentis. Sed advertere quoq; debemus quod Paulus dicit: Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat, non diiudicans corpus Domini.

I. Cor. 11.

*Vita æternam non habebunt qui docent atque docentur doctrinam solius fidei.*

Vnde statuuntur hæc dogmata nostræ fidei.

1 Non habituros vitam æternam, qui docent atque docentur doctrinam solius fidei, dicente Domino Matth. 7. Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum. Contra expressum Dei verbum docent hæretici, solam fidem sufficere, ne Deus nos puniat. Et cum falsam hanc persuasivonem imbiberint, hominibusque proposuerint, ipsi & sectatores ipsorum sunt concupiscentes malorum, idololatræ, fornicarij, detractores Ecclesiæ Dei, Sciant igitur Deum fore horum scelerum vindicem.

*Deus à suis cultoribus non exigat tantum linguæ officium, sed etiam cordis affectum.*

2 Deum exigere à suis cultoribus, non tantum linguæ officium, verum etiam cordis affectum, dicente Apostolo ad Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, & Christo Matth. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Si illi qui Christum videbant & audiebant, fuissent beati: profecto forent beatissimi Scribæ, Pharisei, Seniores, Leuitæ, Principes, Sacerdotes, qui omnes Christum viderunt & audierunt. Sed non comparatur animarum beatitudo, oculari visione, sed spiritali fide, charitate, spe, humilitate, & iustitia. Fuere quidem felices, qui conspexerunt Christum natum

tum, eundemque audierunt prædicantem, & admiranda operantem: sed non tam felices atque illi, qui in ipsum credentes, secuti sunt illum.

3 Deum punire alia peccata præter infidelitatem. Non est enim concupiscentia, fornicatio, & murmuratio, infidelitas: nihilominus Paulus docet, Deum ista puniuisse, & quidem grauissimè. Falsa igitur & temeraria est eorum doctrina, qui asserunt hominem propter infidelitatem duntaxat æternis cruciatibus dignum reddi.

Sextò, declarat Paulus quorsum antiquas illas historias adduxerit, in quibus peccata, & eorum singularia tractantur supplicia, nempe, ne Corinthij forsitan dicerent, illa ad se non spectare, quamuis verissima essent omnia, quæ Paulus tam longa oratione dixisset, vt qui nec Iudæi essent, nec cum illis ista commisissent peccata. Subdit itaque Paulus:

Hæc omnia in figura contingebant illis, eaque propter peccata sua, vt illorum temporalibus pœnis sempiterni gehennæ cruciatibus figurarentur, vtque iisdem illorum pœnis, iniquitatem nostram Deo iudice districtè vel hic, vel in futuro plectendam agnosceremus. Siquidem eo grauiora nos supplicia manent, quo beneficijs sumus maioribus dotati.

Scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines seculorum deuenerunt. In nostram utilitatem omnia illa commemorat Apostolus, vt si tantis exemplis deterriti, in Dei timore permanerimus, euadamus illa supplicia, & gloriam ineffabilem comparemus. Quod si horum oblitus, talia commiserimus, augetur nobis pœna, iuxta illud Lucæ duodecimi. Seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens, vapulabit multis. Ait Paulus, non tantum scripta esse ad correptionem Corinthiorum, verum etiam fines seculorum in eosdem deuenisse: vt audientes Corinthij se in ea incidisse tempora, quæ seculi termino sunt vicina, magis reddantur anxij atque solliciti, maioriq; concutiantur timore diuini iudicij, & desinant malè agere: iuxta illud, Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

Conuincit hic locus audaciam quorundam hæreticorum nostri temporis, qui legi redarguenti crimina, & supplicia ostendèti respondent, Quid Christiano cum Mose? quid filio cum seruo, atque lege? His respondet Spiritus sanctus per Paulum: Omnia scripta sunt ad correptionem nostram, in quos fines seculorum deuenerunt.

Tandem concludit Paulus, dicens, Qui stat, videat ne cadat. Nemo de vnumquemque nostrum de seipso præsumere vetat, ne se putet aliquid esse cum nihil sit, quasi dicat, Iudæi quondam etsi beneficijs Dei cumulati fuerint, nihilominus tamen perierunt.

f 2

Quam-

*Peccata ad- lia præter infidelitatem etiam à Deo puniuntur. Paulus quorsum antiquas historias adduxerit.*

Lucæ 12.

*Exemplis aliorum à malo deterri, & ad timorem dei incitari nos oportet.*

Eccles. 7.

*Audacia hæreticorum.*

*Nemo de seipso præsumere debet.*

Quamobrem eorum consideratione, qui se existimat stare per fidem rectam, & opera bona, videat ne cadat. Nam dicit Chrysostomus, Nouimus multos ad ipsius cæli verticem ferè conscendisse, omnes virtutes numero habuisse, deserta deuiaque loca, à vita hominum aliena coluisse, ac denique feminam neque in somnis quidem vidisse, & tamen negligentia lapsos ad vitiorum barathrum deuenisse. Adhuc enim in prælio decertamus, vnde nec gloriari debet accinctus vt discinctus, Nam etsi spiritus promptus est, caro tamen infirma, Matt. 26. Videat ergo quisque quomodo caute ambulet.

*Tentatione  
perpeti piū  
est, & ad  
salutem ne  
cessarium.*

*Tentatio vos non apprehendat, nisi humana.* id est, exigua quædam & mediocris, vel etiam talis quæ ad culpas duntaxat, veniales (sine quibus in hac vita non viuatur) adducit. Tentationem quippe perpeti piū & sanctum est, & ad salutem omnino necessarium, sine qua nemo hominum potest transgredere hanc mortalem vitam, teste Iob 7. Militia est vita hominis super terram: sed vult Apostolus ne cuiuslibet maximè mortalis criminis tentationi consensum præbeamus, vt quæ plerisque; ad horribilem inferni casum deducat, 1. Petr. 1. Modicum nunc oportet contritari in varijs tentationibus, vt probatio vestræ fidei multò pretiosior auro (quo t per ignem probatur) inueniatur in laudem & gloriam, & honorem, in reuelatione Iesu Christi. Item Iac. 1. Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.

*Fiducia in  
Deo collo-  
canda si  
quando ni-  
mis impe-  
tuosa ten-  
tatio nos  
obruat.*

*Fidelis Deus qui non patitur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatiōe præuentum, vt possitis sustinere.* Quod si nimis impetuosa tentatio nos obruat, vult Apostolus vt omnē nostram fiduciam in Deo collocemus, atque in omnī necessitate oculos nostros dirigamus ad eum, qui se semper electorum suorum protectorem fore promissit. Ipse namque vtrictique fidei pollicitus est, dicens, Psalm. 90. Quoniam in me sperauit, liberabo eum, protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum; cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Rursum Hieremias primo & decimoquinto capite. Bellabunt aduersum te, & non proualebunt, quia ego tecum sum vt liberem te, dicit Dominus. Nullatenus ergo fieri potest, vt ipse patiatur vos pro se tribulatos tētari supra id, quod potestis ferre. Licet enim multæ sint tribulationes iustorum, tamen de omnibus his liberat eos Dominus, quia vel hos cadere non sinit, vel lapsos erigit, faciens etiam cum tentatione prouentum, id est, virtutis augmentum. Patuit in Abraham, Gen. 22. Iob ibidem 1. Ioseph, Gen. 39. Tobia ibidem 2. Multis oue Christi Martyribus, quos omnes eò gloriosiores tentatio effecit, quo fuit ipsa vehementior. Per hanc electos suos Dominus tanquam aurum in

fornace

fornace probauit, & inuenit eos dignos se.

1 Dominus fidelis est, non sinit suos tentari supra id quod possunt. Psalm. 95. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.  
2 Nullum peccatum relinquit Deus impunitum. Nouit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicij reseruare cruciandos.

*Sapient. 3.*

*1. Pet. 2.*

## EPILOGVS.

1 *Quæ scripta sunt, propter admonitionem nostram scripta sunt, ne putemus impunè peccare nos qui paruulis aut rudibus nō pepercit is nec nobis parceret, qui legis perfectionem accepimus. Vae nobis si tantum negleximus salutem, Hebr. 2.*

2 *Varis & horrendis exemplis hortatur, vt quia per baptismum in familiam Christi aptati sumus, ab omni vitiorum commercio simus immunes. Ne simus conuiscientes rerum malarum, ne simus simulachrorum cultores, ne stupris inquiramur, ne tentemus Christum, ne murmuremus.*

3 *Consolatio à fideitate Dei, qui pollicitus est sui neminis causa tribulationem sustinentibus se adfuturum, nec permissurum tentari supra id quod possunt ferre. Vide Matt. 14. vbi discipulis graui maris periculo perturbatis dicitur à Christo: Habete fiduciam, ego sum, &c.*

## DOMINICA EADEM

## EVANGELIUM.

*In illo tempore, dixit Iesus discipulis suis: Homo quidam erat diues, qui habebat villicam: & hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona illius, & vocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ, iam enim non poteris amplius villicare. Ait autem villicus intra se, Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? fodere non valeo, mendicare erubescō. Scio quid faciam, vt cum amotus à villicatione fuero, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis de iutoribus domini sui, dicebat primo, Quantum debes dominum meum? At ille dixit, Centum cad. s olei. Dixit illi, Accipe cautionem tuam, & sede: cū scribe quinquaginta. Deinde alij dixit, Tu verò quantum debes? Qui ait, Centum coros tritici. Ait illi, Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico, facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula.*

*Luce 16.*

*In hoc Euangelio tria facit Christus.*

1 *Primo vocauit dispensatorem iniquum, cui ait: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ. Sic nos quoque vocat Deus. Primo per internam inspirationem Spiritus sancti, cum in mentem nostram incidunt cogitationes bonæ de Deo, de penitentia meditanda, de vita rectius instituenda.*

*Vocatio Dei  
multiplex.*



Prouerbiorum octauo . O viri ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum.

2 Nos vocat per externam prædicationem verbi Dei, vt cum audimus Deum peccata punire, rationem vitæ humanarumq; actionum habiturum, conuersos suscipere, confitentibus condonare, &c. Sicut illud Saluatoris, Matth. 3. Pœnitentiam agite: appropinquabit regnum cælorum. Et illud Lucæ 13. Si pœnitentiam non habueritis, omnes simul peribitis.

Roman. 2.

3 Vocat per varias calamitates, afflictiones, morbos, bella, pestilentiam: quibus nos ad pœnitentiam vocat. Greg. Mala, quæ nos hic præmunt, ad Deum ire cōpellunt, iuxta illud Psal. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine. Modum vocationis vide, Genes. 2. 3. vbi dispensatorem suum, imò potius bonorum suorū dissipatorem vocauit Adamum, dicens, Adam vbi es?

Hic vocat clementer, vt nosmetipsos diiudicemus, ne iudicemur. Sed conqueritur, Prouerb. 1. Vocauit, & renuistis, extendi manus meas, & non aspexistis: sed despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ideo qui hic vocantem contemnunt, in iudicio velint nolint suo malo audire debent. Ego quoq; in interitu vestro ridebo, inquit, &c. Dicitur igitur, Redde rationem de omnibus, Cogitationibus. Sap. 1. In cogitationibus enim impij interrogatio erit: Verbis. Matth. 12. De omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines, de ipso reddent rationem in die iudicij. Quid ergo de blasphemijs? &c. Operibus. Eccles. 12. Cuncta quæ fiunt adducet Deus in iudicium, &c. imo etiam de ipsis operibus bonis, qua scilicet intentione fuerint peracta. Psalm. Cum accepero tempus (ait) ego iustitias iudicabo. Quod si iudicaturus est iustitias, quanto magis iudicabit iniquitates.

Ratio red-  
den. de  
omnibus.

Bonis spiritalibus & corporalibus, an animam, quam Dei filius morte sua redemit & sanguine lauit, sordidaueris. Non enim estis vestri, inquit Apostolus, empti estis pretio magno. glorificate & portate Deum in corpore vestro, 1. Corint. 6. An corpus Dei templum stupris, adulterijs, molliciebus inquinaueris. Si quis templum Dei violauerit, disperdet eum Deus. Ibidem. Qualiter bona temporalia acquisiisti, an vt raptor, fur, symoniacus, vsurarius, deceptor & fraudulentus. Qualiter retinuisti, an malè retinens nolueris aliena restituere, an nolueris de tua substãtia egenorum inopiam releuare, an multò magis in pecunia totam spem constituens, & eam alijs inuidens malueris in terram moriturus defendere. Qualiter expendisti, an gula, alca, superbia, pompa, delicijs carnis, vel alijs superfluitatibus inutiliter turpiterque dilapidaueris. De sensibus etiam exteris & internis. Oportet enim nos omnes manifestari ante tribu-

tribunal Christi, vt referat vnusquisque prout gessit in corpore, siue bonum, siue malum. 2. Cor. 5.

Homo iste diues, mediator Dei & hominum, homo est Christus Iesus, 1. Timoth. 2. diues in cælo & in terra, Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Psal. 23. Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo. diues in misericordia. Ephes. 2. Diues in omnes qui inuocant illum. Roma. 10. De cuius plenitudine nos omnes accepimus. Ioannis primo. Vt quicquid habemus siue in bonis fortunæ, siue in bonis gratiæ, siue gloriæ, totum ab eo tenemus. Omnia dat Dominus, non habet inde minus. Verus enim Salomon est, de quo legimus 2. Paralipom. 9. quia magnificatus est in diuitijs & gloria super omnes reges totius mundi.

Christus  
homo di-  
ues.

Oeconomus substãtiæ domus Dei est homo, propriè autem omnis Christianus, qui in baptismo sui accepit villicationem, & proximi quem iuuare debet. 1. Petri 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Innuit hoc euidentius parabola illa euangelica. Matth. 25. Vbi nobilis Dominus conuocatis seruis suis, tradidit illis bona sua, & vni dedit quinque talenta, alij duo, alij vero vnum. Beda vult vt ex hoc vocabulo dispensatoris, discamus, eos qui pecunias habent & cetera dona, eorum dominos non esse, sed alieni boni dispensatores. Opinio quædam inter homines, ait Chrysof. est erronea, quæ auget crimina, & minuit bona. Ea vero est opinari, quod ea quæcunq; possidemus in vsu vitæ, possideamus vt domini, & ideo etiam opportunè ea apprehendimus tanquã bona præcipua, cum tamen contrarium docet hoc vocabulum euangelicum, villicus siue œconomus. Neque positi sumus in hoc mundo vt domestici, sed tanquam aduenæ & peregrini. Quid ergo inaniter superbis terra & cinis? Apoc. 3. Dicis, quia diues sum & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia pauper es, & cæcus, & nudus, 1. Cor. 4. Quid habes quod non accepisti? quid igitur gloriaris quasi nō acceperis? Hier. 9. Non gloriatur sapiens in sapientia sua, &c.

Oecono-  
mus sub-  
stantiæ do-  
mus Dei,  
est homo  
propriè au-  
tem omnis  
Christia-  
nus.

Donorum  
Dei dispen-  
satores su-  
mus, non  
domini.

Is delatus est quòd profusior, quàm par esset, dissiparet bona ipsius. Defert nos ante Deum omnia perustrans veritas. Pron. 15. In omni loco oculi Domini cōtemplantur, &c. Hier. 29. Ego sum iudex & testis, Angelica pietas, Matth. 18.

Accusan-  
tia nos a-  
pud Deum  
quæ.

Apoc. 12.

Diabolica peruersitas, quæ nec iustis parcit, Iob. 1.

Conscientiæ puritas, Rom. 2. Isa. 66. Marc. 9.

Peccati enormitas, Genes. 4. & 18.

Oppressio pauperum, Exod. 3.

Merces detenta laborum, Iac. 5.

*Triahorribilia au-  
diat, qui  
hic voca-  
tionem do-  
mini audi-  
re renuit.*

2. Secundò ab officio deposuit dispensatorē iniquū, cui ait: *Iam enim non poteris villicare.* Qui hic vocationē Domini audire renuit, tria horribilia audire debet. Primò verbum increpationis, sicut dictum est: *Qualia audio de te? sic meis ditato, in-  
crassato, ac elato bonis, præuento in benedictionibus rerum  
meorum, constituto dispensatore, & deprehenso dissipatore?* Quare audio clamorem tāta de te scelera resonantem, tam an-  
tiqua, tam longi temporis vitia accusantem? Dissipasti bona  
mea temporalia, corpus inquinasti, animam peccatis sordida-  
sti & corrupisti.

Secundum verbum discussionis, scilicet, *Redde rationē villicationis tuæ.* Sanè verbum anxium, verbū durum, verbum iugiter præmeditādum, & summè pauendū. Totius vitæ & omnium quæ cogitatione, locutione, & operibus & omissionibus gessisti, redde rationem.

Tertium verbum auulsionis amarissimæ ab hac vita, *Iam non poteris villicare.* In morte enim omnis ab homine auferitur villicatio, ita vt exinde nec bene nec malè possit operari. Et quis possit verbis explicare, quantus irruat animæ dolor, quantæ hanc premant angustię, cum instante iam hora mortis intelligit sibi dici quòd ulterius villicare non possit, cum iam spatium poenitendi non datur vllum, quia iam tunc tempus reddendæ rationis est, non villicationis exercendæ. Audiamus igitur nunc consilium salutis, dum precibus, & agendæ poenitentię locus datur. Audiamus dicentem, Ante iudicium & mortem para iustitiam. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

*Post mortē  
nullus erit  
precū aut  
meritorum  
locus.*

Videamus nunc quid dispēsator fecerit: Primò ait intra se, *Quid faciam, quia dominus meus auferit à me villicationem?* De morte est intelligendum, postquam nullus erit precum aut meritorum locus, sed vbi ceciderit lignum, ibi erit, Eccles. 11. Qualis enim per mortem recipitur homo in carcerē, talis & ante iudicem præsentabitur. Dicat igitur intra se qui se præcogitat moriturum, & sanum consilium inquirat, qui inique se gessit in sua villicatione dicēs: *Quid faciam?* Augustinus felices eos vocat, qui dicunt in tempore & seridò, *Quid faciam?* qui quotidie cogitant se morituros. Melior enim est finis orationis, quàm principium.

*Vita præ-  
sens habet  
exercitiū  
mandato-  
rū futuræ  
solatium.*

*Fodere non valeo, mendicare erubescio.* Duobus modis solet egenus consulere necessitati, aut operādo videlicet, aut mēdicando: sed in neutro horum villicus iste salutis suæ præfidiū constituere voluit. Fodere, inquit, non valeo. Post transmigrationem hinc factam non est tēpus operandi. Vita præsens habet exercitiū mandatorum, futura solatium. Si nihil operatus es hic, frustra in futurum speras, Nam in alia vita, nec bona, quibus

quibus adiuuetur ad gloriam, potest anima operari, nec ipsa bona potest ab alijs mendicare. Operari tūc nemo potest, nec arare, quia hyems est: tempus autem præsens, æstas est. Quamobrem hortatur sapiens, Prou. 6. *Vade ad formicam, ô piger, & considera vias eius, quæ quum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æstate cibum cibi, & congregat in messe quod comedat in hyeme.* Et Saluator, Ioan. 9. *Operamini dum dies est, quia nox venit in qua nemo potest operari.*

*Mendicare erubescio.* Aeternæ vitæ subsidia tunc emēdicare fas non erit: quando iam istiusmodi mendicis dabitur nihil. Exēplo est quondam diues epulo, Luc. 16. Ait iterum Salomon, Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo & non dabitur ei. Ergo dum tempus habemus, ait Apostolus Galat. 6. *Operemur bonum ad omnes.* Idem 2. Cor. 6. & Ecclesiast. 9. *Vbi enim deficit meritum proprium, alienum frustra imploratur.* Nec debet quisquam ab alio expectare quod non meretur ipse: quandoquidem vnicique vix sua sufficiant, vbi vix iustus saluabitur. 1. Petr. 4. *Bonum igitur facientes, ait iterum Apostolus: Non deficiamus, tempore enim suo metemur, Galat. 6.*

*Meritū pro-  
priū vbi  
desit, alie-  
num fru-  
stra implo-  
ratur.*

*Scio quid faciam, vt quum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas.* Salubre itaque hic sibi cōsiliū adiuuenit quomodo modicum exoneret, & reciperet multum. Huc igitur spectat tota parabolæ intentio, videlicet vt quisquis sibi malè cōscius, futurum Dei formidat iudicium, hic dū rerum domini sui potitur, beatos pauperes sibi facere curet amicos, quatenus impensæ miserationis commercio, & ipse apud Deum misericordiam consequatur. Luc. 6. *Date, & dabitur vobis.* Quoties enim quis exitum suum percipiens, leuat beneficio sarcinam delictorum, vel relaxando debira debitori, vel tribuens inopi- bus copiā, ea quæ sunt domini largiens, multos amicos & cōsiliarios acquirit, præbituros sibi coram iudice testimonium bonitatis, non vocibus, sed bonorum operū ostensione. Nunc scio, inquit, quid maximè opus sit, vt quum per mortem mihi bona domini mei subtrahata fuerint, per aliorum suffragia in vitam beatam recipiar.

*Misericor-  
diæ operi-  
bus hic no-  
bis prospici-  
endum in  
futuram.*

Diuites enim domos habent in terra, pauperes autem præclaras mansiones in cælo habent, dicēte ad ipsos Domino, Beati pauperes spiritu, quia vestrum est regnum Dei. Libenter itaque diuites recipiāt pauperes in aliquantulam rerum suarum partem, & in domos suas in terra, vt à pauperibus recipiātur in cælo.

*Luca 6.*

Secundò, conuocat e go singulos debitores domini sui, & dicit primo, *Quantum debes domino meo? At ille dixit, Centum cades dei.*



olei. Cui dixit, Accipe cautionem tuam, & scribe quinquaginta: deinde dicit alteri, Quantum debes domino meo? At ille dixit, Centum coros tritici. Cui dixit, Accipe & tu cautionem tuam, & scribe octoginta.

Quod de cadis centum 50. scribi fecit à debitore, & de centum coris tritici 80. sic accipi potest, quòd omnis qui indigentiam cuiuslibet pauperis sanctorum, vel ex dimidia parte, vel certè ex quinta, quantum viginti vel quinquaginta ad centum sunt, alleuiauerit, certa suæ misericordiæ sit mercede donandus, iuxta id, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

Matth. 5.

Eleemosynæ duplex genus.

Per oleum & triticum quæ villicus erogauit, vt sibi pararet amicos, duplex eleemosynæ genus designatur. Nam oleum eleemosynas spirituales, triticum vero corporales designat. Si quis ergo de scientia quam à Deo accepit, doctrinam impartitur ignorantibus, consilium dubitanti, correctionem delinquenti, mœrenti consolationem, remissionem inimico, talis dat de oleo domini sui. Quisquis ergo dicit se non posse fodere, aut mendicare, saltem de oleo domini sui erogare non negligat.

Qui autem dat panem esurienti, sitienti potum, hospitium egeno, nudo vestimentum, infirmos aut incarceratos visitat, iste domini sui triticum donat, nec otiosum quod de oleo dimidiam, de tritico quintam partem erogauit. Nam plus est animabus immortalibus, quàm morituris corporibus subuenire. Maiorem facit eleemosynam, qui impendit doctrinam ignorantibus, quàm is qui dat panem esurienti. Si ergo hi qui de mammona sibi faciunt amicos, à quibus in æterna tabernacula recipiantur, commendantur, multò magis hi qui spirituales largiuntur epulas, certissima debent spe summæ retributionis erigi.

Maior eleemosyna est docere igno- rantem, quàm par- scere esurientem. Daniel. 12. Villicus laudatur, non de fraude, sed de prouidentia. Documentum prouidentie imitandæ.

Matth. 25. Filij huius seculi qui mundum pro patria habent.

3 Tertiò, laudauit dominus villicum iniquitatis, quod prudenter fecisset, de quo ait, Filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Non de fraude, sed de prouidentia, sicut serpens non de veneni profusione, sed capitis conseruatione nobis imitandus & laudandus proponitur. Matth. 10. Estote prudentes sicut serpentes. Datur ergo hic nobis documentum prudentiæ imitandæ. Quidquid enim habemus, Domini est. vnde si de huiusmodi suis bonis nobis collatis largas eleemosynas faciendo nobis in futurum prospexerimus, & ipsi ab eo laudabimur, & dicetur, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium Domini tui.

Filij huius seculi, qui mundum pro patria habent, & in terrenis hæreditatem quærunt, seculo se conformant, qui laudant omnia quæ in terra lucrosa sunt. 1. Ioan. 4. Diligentiores sunt in tem-

in temporalibus acquirendis, conseruandis, expendendis, euadendis rerum temporalium damnis, euadendis hostium insidijs, filiis lucis, hoc est Dei. Quis tanto studio curat Deo placere, quanto se comere, ornare cernuntur vanæ mulieres vt placeant mundo?

Dicuntur autem filij huius seculi non sapientiores, sed prudentiores filijs lucis, non absolutè, sed in generatione sua, in his quæ ad carnalem spectant generationem: sic cattus clarius videt hominem, non ad legendas literas, sed ad capiendos mures: sic bubones & noctuæ melius noctu vident quàm homines, simpliciter tamè melior & acutior est visus hominis quàm illorum, quorum intuitum nox illuminat, dies excæcat. Noctu quidem & in tenebris vident ad hoc solum vt prædam rapiant. Ad quid autem tendit prudentia filiorum huius seculi, nisi vt decipiant pauperem & inopem? Insidiatur, inquit, vt rapiat pauperem, &c. Hæc est planè prudentia vsurariorum, furum, raptorum, sacrilegorum, symoniacorum, ambitiosorum, adulterorum, &c. quorum quisque in nocte & in tenebris peccatorum absente sole iustitiæ, suæ voluptati, quasi cuidam prædæ rapiendæ intentus est, dormitantibus interim filiis lucis in his quæ Dei sunt, & æternæ salutis.

Concludit itaque Dominus, inquiens, Et ego dico vobis, facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Quasi dicat, Exemplo huius œconomi prospicite vobis in futurum, erogatis in pauperes Domini vestri facultatibus, vt cum magno fœnore reportetis mercedem cælestem, cui grata est huiusmodi vsura. Matth. vi. gesimo quinto, Fœneratur vtique Domino, qui miscetur pauperis.

Vt quum defeceritis, scilicet per mortem, tunc enim deficit vita, deficit mundus, deficiunt amici & parentes, deficiunt opes, deficit tempus ac possibilitas benè operandi: recipiant vos in æterna tabernacula. Ipsi pauperes recipere dicuntur diuites, eo quod causa sint suis benefactoribus hæc possidendi. Ecce quàm sit vtile diuinas pauperibus erogare, Marc. 10. consulit Christus, dicens, Da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo.

Mammona sunt diuitiæ collectæ, quæ supra quotidianam necessitatè & vsum iniqua cupiditate in auaritiâ retinètur: quibus citra proprium incommodum proximus egès adiuuari posset.

Mammona iniquitatis diuitiæ, quod homines huiusmodi diuitijs turpiter abuti soleant. Hinc prouerbium, Omnis diues aut iniquus, aut iniqui hæres. Eccl. 31. Beatus diues qui inuentus est sine macula, &c. Has diuitias vocat Christus mammona iniquitatis, Paulus cupiditatem, quæ est radix omnium malorum, 1. Timoth. 6. Poetæ Plutum, & irritamenta malorum,

Prudentia filiorum huius seculi qualis.

Prou. 19.

Pauperes quomodo dicuntur recipere diuites.

Mammona quid.

Mammona iniquitatis cur diuitiæ dicantur.

Qui

Qui fecerint sibi amicos, pauperes scilicet Christianos, de mammona iniquitatis, iusto Dei iudicio recipientur in diuina ac caelestia illa tabernacula angelorum, sanctorum ac cunctarum virtutum caelestium. Sicut Lazarus, Abraham, Lot, Tobias, Dauid, &c. Debemus enim pauperes adiuuare, & in omnibus necessitatibus manum porrigere.

Bona enim opera in extremo iudicio non testabuntur tantum nostram fidem atque charitatem, verum etiam mortuis promerentur nobis vitam aeternam in mercedem & iustitiae stipendium.

*Viuis vt mala despe ratione, ita bona spem vite aeternae consequuntur.* Viuis sicut mala desperationem, ita bona spem & fiduciam vitae aeternae consequendae gignunt, & augmentum gratiae pariunt. Qui mala opera fecerint, etiam diuino ac iusto Dei iudicio in aeterna tabernacula inferni recipientur, Ioan. 5.

*vite aeternae consequuntur.* Haec historia monet ut quisque in sua vocatione viuat, ut in iudicio extremo coram Deo consistere possit, non tantum conscientia salua, verum etiam bonorum operum praesidio munitus, ut ipsorum dignitate per sanguinem Christi, se recipiendi in diuina illa tabernacula fiduciam quandam habere possit, 2. Tim. 4. Bonum certamen certavi, &c. De reliquo reposita est mihi corona iustitiae, &c.

*Bonorum triplicium dispensatores posuit nos Deus.* Posuit enim Deus nos dispensatores super triplicia bona: Mundi, ut sunt opes, domus, ager, praedia, armenta: corporis, ut sunt robur, sanitas, &c. animi, ut ratio, memoria, ingenium, &c.

Sunt etiam episcopi & pastores dispensatores mysteriorum Dei, sacramentorumque ecclesiae, ac doctrinarum sacramentorum, 1. Corinth. 4.

Sunt dispensatores omnes Christiani, fidei, charitatis, spei, & aliarum diuinarum virtutum.

*Bonis Dei bene uti.* Quibus bene utimur, quum eis utimur ad laudem, honorem atque gloriam Dei: deinde ad consolationem, utilitatem ac subsidium proximi: postremo ad necessarios nostrae commoditatis usus. Tunc dicit nobis pater familias illud quod pollicitus est Matth. xi. vigesimo quinto, Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui.

*Bonis Dei male uti.* Male utimur quum existimamus omnia quae à Deo creata sunt, nempe frumenta, vina, pecudes, feras, pisces, aues, ac reliqua vniuersa, ad libidinem nostram, ad comestationes, ad ebrietatem, & ad turpissimos abusus esse producta. Indeque causantur nouatores, non obseruandos dies, nec habendam rationem dierum, idque ex creatione eis esse permissum, ut omnia simul & semper suae libidini explendae apponant. sed hoc docent haeretici, aliter Christus catholicorum caput.

*Diues quomodo male utitur diuitijs.* Male utitur diues, nobilis, mercator, ciuis diuitijs quae Dei sunt dona, si laruis, alea, aut alijs modis turpioribus ipsas profundat.

fundat. Audiet profecto tremendam illam vocem, Redde rationem villicationis tuae.

Abutuntur, quando indignis & immerentibus ipsa administrant: quando malos, famulos, & impoenitentes à sacratissimis illis rebus non arcent: quando non sincerè annuntiant verbum Dei episcopi & pastores.

Malè utuntur Christiani, quando non credunt Christo nec eius ecclesiae, nec veritati catholicae, quando credunt illa quae non sunt credenda, aut amant illa quae non sunt amanda, aut sperant illa quae non sunt speranda. His omnibus dicit Christus, Redde rationem villicationis tuae.

Huius Euangelij doctrina confirmantur quamplurima dogmata.

1. Mundum non futurum aeternum, sed temporalem: contra quosdam philosophos.
2. Post hanc vitam futura tabernacula aeterna, contra Atheos.
3. Iudicium futurum, contra Mauros & Turcas.
4. Opera examinanda, non tantum fidem: contra Brentium haereticum.
5. Sanctos quos viuentes venerati sumus, pauperes quos iuimus, nobis fore atque esse in alia vita propitios, amicos, atque fauorabiles.
6. Quod eleemosynis alijsque operibus bonis eorum fauorem, opem, & intercessionem nobis dum viuimus, impetremus.

## EPILOGVS.

1. Christus opinionem hanc eximit, quam habet plerique mortalium, nos non esse dominos rerum quas possidemus, sed curatores & dispensatores.
2. Sordida nostra taxatur, quod homines mundo seruientes de vita corporis solliciti sunt, nos in prospiciendo aeterna non simus diligentiores.
3. Docet Christianum debere per omnem occasionem studere, ut proximo beneficiat, ut proximum subleuet, consoletur, exhortetur, doceat. Haec benignitas non peribit, sed reseruabitur in vitam futuram.

## DOMINICA DECIMA POST TRINITATEM, EPISTOLA.

**F**ratres, Scitis quoniam cum gentes essetis, ad simulacra muta prout 1. Cor. 12. ducebamini, euntes. Ideo notum vobis facio, quod nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. Diuisiones verò gratiarum sunt, idem autem spiritus. Et diuisiones ministracionum sunt, idem autem Dominus. Et diuisiones operationum sunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiae: alij autem sermo scientiae secundum eundem spiritum. Alteri fides in eodem spiritu: alij gratia sanitarum in



*vno spiritu: alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult.*

*Corinthij  
quales fue-  
re ante cõ-  
uersionem.*

**I**N hac Epistola Paulus facit duo. 1. Primò, ponit breue exordium, indicans qui fuerint olim, & qui nunc sint Corinthij, quum ait, *Scitis quoniam quum Gætes essetis ad simulachra muta prout ducebamini euntes.* Quasi dicat, Non ignoratis quales olim homines fueritis; prorsus expertes diuinæ cognitionis, nihil de Christo, verbo Dei, fide & charitate scientes: sed non aliter ac bestia traheremini ad creaturas, & cultum simulachrorum, ac velut rationis non compotes, idola diabolica vero Deo preterulistis, similes ijs quos coluistis & adorastis: quando verò iam Deum cognouistis, meritò debetis multò aliter sentire atque vos gerere, quàm prius. Ecclesiast. 17. Conuertere ad Dominum, & relinque peccata tua. Idem 21. Fili, peccasti, ne adicias iterum, sed de pristinis deprecare, vt remittantur tibi. Gregor. Necessarium est ei qui vult se omni modo purgare à peccato, primas ipsas culpas succidere.

*Signa tria  
per quæ tẽ-  
poribus A-  
postolorũ  
bonus ac  
malus pro-  
pheta ag-  
noscebatur  
Spiritus  
duplex.*

2. Secundo, aggreditur narrationem, in qua ex ordine enumerat tria. Primò, ponit vera signa, quibus tum temporis bonus ac malus agnoscebatur propheta. *Nam nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto.* Hoc est, Nemo Iesum confitetur, &c. *Sic nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu:* hoc est, Iesum dicit anathema. Quasi dicat: Spirituum est vobis habenda ratio. Nam spiritus est duplex, Bonus, atque hic non potest author esse mali: & Malus, qui non potest esse author veræ virtutis. Ex differentia horum spirituum infert Paulus cognoscendos esse veros & falsos prophetas.

*Nam nemo in Spiritu Dei loquens, dicit Anathema Iesu.* Hoc est, Quicumque propheta ad vos instituendos accesserit, si in sua doctrina detraxerit Christo, aut eum execratus fuerit, hic non loquitur in virtute Dei, sed diaboli, atq; hinc cognoscetis falsum esse prophetam.

*Et nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto.* Hoc est, Quicumque vero commendauerit Christum, & eius diuinitatem atque humanitatem verè confessus fuerit, & iuxta Ioan. priori epist. cap. 4. Christum Iesum in carne venisse, verus est propheta.

*Genera  
tria dono-  
rũ Spiritus  
S. gratiæ.  
Ministra-  
tiones.*

2. Explicat tria genera donorum Spiritus sancti, quum inquit, *Diuisiones gratiarum sunt, sed idem Spiritus.* Sunt autem gratiæ, cum quis eam gratiam habet à Deo & Spiritu sancto, vt possit loqui de sapientia diuina, cognitione Dei, fide, charitate, patientia, catholica doctrina, & sacra scriptura.

*Diuisiones ministrarum sunt, sed idem Dominus.* Sunt autem mi-

nistra-

nistraciones, cum quis eam gratiam habet à Deo & Spiritu sancto, vt possit facere officium suum diligenter in vocatione sua, cantando, legendo, orando, prædicando, & exhortando.

*Diuisiones operationum sunt, sed idem deus.* Sunt autem operationes, quum quis eam gratiam habet à Deo & Spiritu sancto, vt possit edere miracula & prodigia: Vt eijcere demonia, & sanare ægros, &c.

Idque totum ad vtilitatem & ædificationem ecclesiæ Christianæ, non ad propriam vtilitatem.

*Vnicuique enim datur manifestatio Spiritus.* Nam huic datur per spiritum.

*Sermo sapientiæ,* quando quis nouit de scripturis diuinis loqui, & ad vnguem scire quid sit lex, Euangelium, fides, opera, gratia, peccatum. *Spiritus S. manifestaciones quæ & quales.*

*Sermo scientiæ,* quando quis in vocatione sua nouit quid faciendum, quid omittendum.

*Fides,* quando quis verbum Dei secundum sensum ecclesiæ catholice intellectum, mordicus tenet, & confitetur etiam cum vitæ periculo. Act. 6. Stephanus ita fecit.

*Gratia sanitatum,* quando quis sanare potest ægros, vt in primitiua Ecclesia, Marc. 16.

*Operatio virtutum,* quando quis eijcit demonia, suscitatur mortuos, montes transfert, & similia edit miracula.

*Prophetia,* quando quis nouit prædicare veritatem catholicam, quam Romana tenet ecclesia, & eodem modo reliquas scripturas interpretari.

*Discretionem spirituum,* quando quis potest probare spiritus an boni sint, an mali, veraces an mendaces. *I. Ioan. 4.*

*Genera linguarum,* quando quis potest variis linguis loqui, ad Ecclesiæ ædificationem, Act. 2.

3. Docet quemadmodum vti debeamus donis spiritus sancti, adducens à corporis humani membris pulchram similitudinem. Quemadmodum, inquit, corpus vnum est, & membra habet multa, omnium autem membrorum, cum sint multa, quodlibet suum habet officium: oculi vident, aures audiunt, os loquitur, manus laborant, pedes ambulant, sicque inuicem mutuis officijs sunt obstricta, vt nulla prorsus exoriantur dissidia, vt alia alijs inseruientia, perpetuam conferuent concordiam. Quod si vnum membrum benè habet & lætatur, reliqua quoque gaudio perfusa exultant: quod si vnum membrum affligitur, reliqua quoque dolore plena tristantur, & compatiuntur.

Sic omnes Christiani membra sunt corporis Christi: alius propheta, alius apostolus, alius euangelista, alius ecclesiastes, alius magistratus, alius coniugatus: breuiter quicumque sunt in Christi.

*Christiani membra sunt corporis Christi.*

Christo baptizati, siue Iudæi Gentes, serui, liberi, viri & mulieres, ad hanc communionem pertinent, vbi Christus caput est, qui est benedictus in secula, Amen.

Mirabili artificio Paulus conatur omnes Christianos ad unitatem mutuam, pacem, & concordiam attrahere.

EPILOGVS.

1 Adhortatur Corinthios, vt relicta impia religione moribus ac ritibus impijs veram & sanctam religionem & pios mores assumant, vt quicquid gerant, appareat asslatu spiritus geri.

2 Commendatio gratiæ Dei, qua carens homo spiritu vertiginis in idololatriam impellitur, quam contra habens corde credit ad iustitiam, ore confitetur ad salutem.

3 Gratiæ & donationes spiritus sancti, diuise, non ipsæ spiritus, diuisiones donorum, ministeriorum, operationum: omnia hæc in salutem & utilitatem multorum.

DOMINICA EADEM

EVANGELIUM.

Luc. 19.

In illo tempore. Quum appropinquasset Iesus Ierusalem, videns ciuitatem, fleuit super illam dicens: Quia si cognouisses & tu, & quidē in hac die tua que a te pacem tibi nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & coangustabunt te undique, & ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt Et non relinquēt in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ. Et egressus in templum, cepit eijcere vendentes & ementes, dicens: Scriptum est, quia domus mea domus orationis est: vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat quotidie docens in templo.

Christus ter fleuit.

HOC Euangelium complectitur tria. 1 Primò commiserationem Christi super excidio Ierosolymitano. Videns enim Iesus ciuitatem, fleuit super illam: dicens, Si cognouisses & tu, &c. Legitur autem Christus ter fleuisse.

Primò, in resuscitatione Lazari, Ioan. 11. propter Iudæorum cæcitate.

Secundò, in ingressu Ierosolymitano die Palmarum, Luc. 19. propter deuastationem Ierusalem.

Tertiò, in cruce, propter ingratitude hominum.

Isaie. 1.

Hebr. 5.

Propheta

non tantum

verbis, sed

externis

etiã signis

futura ma-

la expres-

serunt.

Propheta olim futuras calamitates prædicturi, solent non tantum verbis, sed etiam externis signis, & gestibus grauitatem futurarum calamitatum exprimere. Isaïas ambulabat nudus & sine calceis, quum Assyriorum captiuitatem prædixit, Isaïæ 20. Ieremias ambulabat iniecta collo cathena, quum prædiceret calamitatem Babylonicam, Ierem. 27. Ionas nudus, sicut piscis ipsum euomuerat, Niniuitis ipsorum excidium prædixit, Ion. 3. Ezechiel sumpsit laterem, & descripsit in

in eo ciuitatem Ierusalem, & ordinauit aduersus eam obsidionem, Ezech. 4. Nuditas Isaïæ, cathena Ieremiæ, later Ezechielis signa erant confirmantia sermones Prophetarum.

Sic Christus flens prædicit ruinam Ierosolymitanam, vt vel illa ratione Ierosolymitanos ad poenitentiam emolliat, & ad suam salutem procurandam excitet. Non enim lætatur in perditione viuorum, Sap. 1. Ezech. 18.

Flet etiam Christus ob nimium nostrum risum: flet vt vel sic nos doceat quàm inuitus nos puniat, Isa. 1. Heu, inquit, con-solabor de hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis: flet- que, quia tunc videbat Ierosolymitanos ridentes ac lætantes quum malefaciebant, & exultantes in rebus pessimis, Prouer- biorum 2. Laudabatur peccator in desiderijs suis, & iniquus benedicebatur, Psalm. 9. Flebat Christus eorum fletum eue- stigio subsequuturum. Ideo dicebat illis Lucæ sexto: Væ vo- bis qui nunc ridetis, quia plorabitis. Ex Prophetis cognoscimus Iudæos tunc voluptatibus & risui immodico fuisse deditos.

Discamus & nos modò magnificare lachrymas Christi, & cum illo flere, vt in æternum rideamus, vt absterget ipse lachrymas ab oculis nostris, Apoc. 21. Væ enim illis, quibus nec consideratio alieni periculi, nec proprii delicti ad lachrymas mouet. Augustin. Scitote, fratres, quod post mundi gaudia, æterna sequuntur lamenta: quia nemo potest hic, & in futuro gaudere. Si hic gaudere cupis, scias te exulem patriæ: si hic ploraueris, cælestis patriæ ciuis constitueris, Lucæ 6. Si quæ ergo est præsentis temporis, ira agenda est lætitiæ, vt nunquam amaro sequeutis iudicij à memoria recedat. Prouerb. 28. Beatus homo qui semper est pauidus: qui verò mentis est duræ, corruet in malum. Hinc admonet Ecclesiast. 11. In die bonorum ne immemor sis malorum. Et Moses in Deuter. 32. Gens absque consilio arque prudentia, vtinam saperent atque intel- ligerent, ac nouissima prouiderent.

Saperent, Dei benignitatem eos ad resipiscenciam inuitan- tem, Rom. 2. 2. Pet. 3. & peccati foeditatem, Hierem. 2.

Intelligerent, mundanorum vanitatem, Ecclef. 2. Breuitatem, Sapient. 5. & humanam calamitatem, Iob. 14. Isa. 40. Ecclef. 40. 1. Ioan. 2.

Prouiderent nouissima, mortis inenitabilitatem, 2. Reg. 14. Hebræor. 9. Iudicij æquitatem, Ecclesiast. 12. Marth. 12. Sap. 1. 2. Corint. 4. Gehennæ ignis intolerabilem cruciatum, Apoc. 6. Isaïæ 2. Osez 10.

2 Secundo, complectitur præsens Euangelium formã & modum excidij Ierosolymitani, quãdo Christus ait, Venient dies in diu- te, & inimici tui circumdabunt te vallo: circumdabunt te, & coangustabunt

Christus nos fleuit nostrum risum, quia tunc videbat Ierosolymitanos ridentes ac lætantes quum malefaciebant, & exultantes in rebus pessimis, Prouer- biorum 2. Laudabatur peccator in desiderijs suis, & iniquus benedicebatur, Psalm. 9. Flebat Christus eorum fletum eue- stigio subsequuturum. Ideo dicebat illis Lucæ sexto: Væ vo- bis qui nunc ridetis, quia plorabitis. Ex Prophetis cognoscimus Iudæos tunc voluptatibus & risui immodico fuisse deditos.

Lachrymæ Christi nobis magnificanda.

Que debemus sapere, intelligere, ac prouidere.

Modus excidij Ierosolymitani, quãdo Christus ait, Venient dies in diu- te, & inimici tui circumdabunt te vallo: circumdabunt te, & coangustabunt



te undique, ad terram prosternent te, & filias tuos qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem. Quia non intellexerunt pacem Dei. Prædixit eis bellum mundi, quod erat eis superuenturum in ultionem, qua nunquam pertulerunt grauiorem, vt vel sic resipiscerent, qui nec signis, nec virtutibus, nec beneficijs, & tandem miserationibus emolliri potuerunt.

Est tolerabile quum hostes irruptionem faciunt, & abducta præda recedunt. Est terribile quum ciuitas premitur obsidione, & vallo cingitur. Est terribilius quum expugnatur, & incolæ omnes trucidantur. Est terribilissimum quum muri, turres, & structuræ omnes diruuntur, & solo æquantur. Extrema omnium fortuna est per vniuersum mundum dispergi, nusquam honorem, nec quietem, nec vllam consolationem inuenire. Magna & omnium maxima fuit Iudæorum calamitas: siquidem vsque in hodiernum diem durat eorum per vniuersum dispersio. Inde inferimus grauissimè ipsos peccasse, vt qui prophetas non cognouerint, Christum atque ipsos occiderint, eorumque conciones neglexerint. quæ omnia grauissimo atque horrendo excidio corporum, & animarum damnatione solet Christus punire. Discamus nos prophetas Christi, id est, prædicatores, episcopos, pastores non insequi, sed eorum doctrinas sequi & amare, & ad eorum normam vitam instituire, ne in æternum puniamur.

Iudæorum calamitas omnium maxima, quia omnium grauiusimè peccarunt.

2. Par. 20.

Iosephus descriptor deuastationis vrbis Ierusalem. Bellum Iudaicū vnde traxerit originem.

Sacerdotes frustra hortati sunt Iudeos ad pacem.

Hi: quæritur primo quis deuastationem illam Ierusalem memoriæ prodiderit, nempe Iosephus lib. 7. belli Iudaici: item Hegeſippus, & Eusebius Cæsariensis.

2 Vnde bellum illud traxerit exordium, nempe à Floro Iudæorum procuratore, insatiabilis auaritiæ atq; tyrannidis homine, qui seditionis occasionem dedit, & arma sumendâ contra Romanos suavit. Quamuis enim populus Iudæorum propter hanc scelestissimam impietatem quod filium Dei non cognouerit, vastatus, captus, dispersus & derelictus sit vsque in præsens, quemadmodum à Daniele 9. cap. apertissimè est prædictum: Non erit, inquit, eius, videlicet Christi populus, qui cum negaturus est, & ciuitatem, & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, & finis eius vastitas, & vsq; in finem perseverabit desolatio. Veruntamen Romani tunc adhuc Gentiles, non zelo Christi, sed alia intentione demoliti sunt Ierusalem ac Iudæam, vt pote, quia rebelles fuerunt Romano imperio. Sic etiam tempore Zedechiæ regis, 4. Reg. 35. vastati sunt à Chaldæis propter idololatrias suas, & innocentium ac prophetarum occisionem. Chaldæi tamen ex ambirione & auaritia, crudelitate, & praua intentione hoc fecerunt, 2. Paral. vigesimosexto.

3 Quæritur, num sacerdotes adhortati sunt Iudæos ad pacem. Etiam:

Etiam: sed nihil profecerunt, & id quidem Deo permittente, 4 Sub quo Cæsare fuerit deuastata Ierusalem, sub Vespasiano, qui misso Tito filio suo, iussit vt omnibus vijs obsessis, Ierusalem potenter oppugnaret, idque ipso Paschæ festo. Hæc olim prædicta sunt per Balaam, Num. 24. Venient, inquit, in triteribus de Italia, superabunt Assyrios, vastabuntque Hebræos, & ad extremum etiam ipsi peribunt.

Ierusalem sub quo Cæsare fuerit deuastata, & quo idem tempore. Que mense expugnata Ierusalem.

5 Quando expugnata fuerit Ierusalem, octauo scilicet Septembris.

6 Quomodo expugnata. Tanta cædes ibi facta est, vt difficile sit dictu. Armati trucidabantur, superstites vendebantur, & per totum orbem dispergebantur. Iosephus lib. 6. cap. 15. belli Iudaici dicit, quod in illa obsidione mortui fuerunt gladio, fame, & peste vndecies centena millia, nonaginta septem millia venditi, triginta denario vno, sicut emerant Dominum triginta denarijs.

His docemur, Deum solitum punire ciuitates, regna, oppida, familias, quando publica peccata impunè in illis committuntur, omniumque suffragiis peccatores defenduntur: sic Sodomæ, & Gomorrhæ igni consumpta, mundus diluuiò deletus, Ierusalem à Romanis truculenter excisa. Idem iudicium timeant omnes, si illo peccati genere Deum sibi inensum reddiderint.

Tertio complectitur causam excidii Ierosolymitani, quum dicit: Eo quod non cognoueris tempus visitationis. Gregoriar, Creator quippe omnium per incarnationis mysterium hanc visitare dignatus est, sed timoris & amoris ipsius recordata non est. vnde conqueritur Hierem. 8. Miluus in cælo cognouit tempus suum; turtur & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui: populus autem meus non cognouit iudicium Domini. Item Isa. 1. Cognouit bos possessorem suum, & asina præsepe Domini sui: Israel autem non cognouit, & populus meus non intellexit.

Causa excidij Ierosolymitani

Cognoscere tempus visitationis quid sit. Nō cognoscere, quid. Anni plusquam quadragesima Iudæis concessi post Christi mortem, vt resipiscerent.

Cognoscere nihil aliud est, quàm audire verbum Dei, ac fideliter corde custodire, & ei ex charitate seruire. Luc. 11. à peccando cessare, veram pœnitentiam agere: sicut Zachæus & Publicanus, Luc. decimo octauo & decimo nono. Ecclesiæ Romanæ obedire. Non cognoscere nihil est aliud, quàm contemnere verbum Dei, nec ipsi credere, nec obedire, 1. Reg. 15. peccando pergere, in peccatis obstinatè per durare, ecclesiam, sacramenta, sacerdotium, Christum ipsum, ac eius Apostolos, Episcopos scilicet reijcere: quod faciunt hæretici, sicut olim Pontifices, Pharisei, atque Scribæ faciebant.

Deus enim ad agenda pœnitentiam annos plus quadraginta Iudæis concessit post Christi mortem, ad eam tamen non resipuerunt.

*Signa hor-  
yēda, qui-  
bus Deus  
Iudeos ad  
pœnitentiã  
cōmouere  
uisus est.*

resipuerunt, vt obstinatius etiam in sua incredulitate & impœnitentia perdurarint. Dedit quoque horribilia spectra, signa, prodigia, & portenta, vt vel illa ratione commouerentur ad pœnitentiam. Nam in cœlo stella gladio similis imminebat ciuitati. Cometes ardere visus est per totum annum. Tantis luminis fulgor aram templumq; nocte circumdedit, vt putarent diem factum. In aere visi sunt currus & quadrigę circumferri, & cohortes misceri. In templo, festo Pentecostes auditę sunt voces, Migremus hinc. In festo Tabernaculorum clamauit quidam ante quartum annum belli, Vx ab Oriente, &c. Vnde illud Iob 24. quadrat in eos, Dedit eis Deus locum pœnitentię, illi abusi sunt eo in superbiam.

*Act 9.  
Ephes. 3.*

Mortē sui filij ita vltus est Deus, vlturus etiã eadem ratione mortem & iniuriam illatas proximis nostris, qui sunt filij Dei. Visitauit eos Deus in salutari suo, visitauit eos Christus per viscera misericordię oriens ex alto, & non cognouerunt diem huius visitationis. Ideo visitat eos in ærumnis & debitis supplicijs, Luc. 1.

*Concionator aliorū  
incommodis  
doceat populum sibi  
& suis ciuitatibus  
consulere.*

Discat concionator prudens mentem Christi hanc fuisse, quando miserabile excidium huius ciuitatis Ierusalem literis à suo Euangelista proditum voluit, vt nos aliorum incommodis doceret, nobis nostrisq; ciuitatibus consultius ac opportunius consulere: vt concionatores admoneant populos, ciuitates, principes, reges ipsos, ne Prophetas, aut eorum disciplinas contempnant, aut irrideant, ne iustos opprimant, ne publica communi consensu peccata committant. Quod si fecerint ciues, aut populi, admoneant tantam esse Dei potentiam & indignationem in illa peccata, vt Ierusalem & cunctos ciues tam seuerè punierit. Puniuit olim vniuersum genus humanum propter peccatum Adami, Gen. 3. Populum Israeliticum propter Dauid, 2. Reg. 24. Sodomã & Gomorrhã propter commune peccatum, Gen. 19. Peccatores, & iustos variis afflictionibus interdum castigat, propter peccata. Castigabit profectò nos, nisi cum Christo fleuerimus, & cognouerimus tempus visitationis nostrę.

*Matth. 21.  
Marc. 11.  
Isa 56.  
Ierem. 7.  
Ruina populi saepe  
ex culpa  
sacerdotum fit.*

Dies Christianorum est in gloria in futura vita; dies carnis, mundi, atq; diaboli in hac vita. Qui diligit dies videre bonos, cognoscat suum diem, prohibeat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum: declinet à malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & sequatur eam, Psalm. 33.

*Et ingressus in templū, cepit eijcere vendentes & ementes, &c. Gregor. Qui mala narrauit futura, & protinus tēplum ingressus, inde vendentes & emētes eiecit, profectò innotuit, quia ruina populi maximè ex culpa sacerdotū fuit. Et erat quotidie docens in templo. Quia verò redēptor noster prædicationis verba nec indignis*

dignis & ingratis subtrahit, postquam disciplinę rigorem, eijciendo peruersos, tenuit, donum gratiæ mox ostendit. Fecit quod docuit Matth. 5.

## EPILOGVS.

1. *Christus fleuit, Iudeos cecitate mira tempus aduentus gratiæ nō intellexisse, imò post aduentum inter eos versantem gratiam nō agnouisse.*
2. *Hierusal. in quæ obstinatè spreuit Dei visitantis misericordiã tempus vindictę omnium grauissimè sensit. Iosephus in libro de bello Iudaico, captiuorum omnium qui ocio comprehensi sunt bello, nonaginta septem millia, mortuorum per omne tempus obsidionis vndecies centena millia. De muliere quæ propter famem filium coxerat lib. 7. cap. 8. hoc propheta- tum erat. Deuteron. 28.*
3. *Ingressus in templum Christus eiecit ementes & vendentes, ostendere volens auaritiã & quæstum fore capitales pestes ecclesię suę, quam templum illud figurabat, docens etiam nunquam veram Ecclesię reformationem futuram, nisi incipiat à capitibus, Ezech. 9.*

## DOMINICA VNDECIMA POST TRINITATEM, EPISTOLA.

**F**ratres, notum facio vobis Euangeliū quod prædicaui vobis, quod et 1. Cor. 15. accepistis, in quo & statis, per quod saluamini, qua ratione prædica- uerim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis quod & accepi: quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas, & visus est Cephæ, & post hoc vndecim deinde visus est plus quam quingentis fratribus simul, ex quibus multi manēt vsq; adhuc: quidam autem dormierunt: deinde visus est Iacobo: deinde Apostolis omnibus: nouissimè autem omnium tanquam abortiuo, visus est & mihi. Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam Dei. Gratia autem Dei sum id quod iam, & gratia eius in me vacua non fuit.

**I**N H A C epistola agit Paulus de resurrectione mortuorū, & Christi fideles hortatur vt in verbo Dei fortes & cōstantes perseuerent, cum ait: Notum vobis facio, fratres, Euangeliū, quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini. Qua ratione prædica- uerim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis. Quasi dicat. Operere- ciū est vobis iugiter iutare, verbum Dei inculcando, ruminādo, repetēdo, cogitādo, vt quod syncerè prædicaui, in corde vestro conseruetis. Summo enim studio Euangeliū audistis, suscepistis in baptismo veram fidem, & Spiritū sanctū consecuti estis: cur igitur à doctrina sana deflectētis, admittitis diabolica dogmata? cur per inania colloquia, impios errores, ac satanę medacia patimini vos à pseudoapostolis seduci? Quod si meā



doctrinam cum illorum concionibus contuleritis, facile vide-  
 biris hanc eandem incorruptam, ipsumque Dei verbum esse.  
 Quod igitur ex me audistis, tenete mordicus, & pseudopro-  
 phetarum execrabiles effugas proijcite.

*Exhortatio  
 Paulina  
 maxime  
 huic seculo  
 necessaria.*

Quadrant mirifice hæc verba Pauli conditioni huius tem-  
 poris. Nunquam enim magis fuit necessaria hæc exhortatio po-  
 pulo Christiano, quam hodie, quando tot ac tam peruersi pseu-  
 doapostoli emergunt, à quorum doctrinis falsis & peruersis ma-  
 xime nos docet cauere. Vereor de quibusdam ex nostris idem  
 posse conueniri, quod olim de Galatis conquerebatur Paulus,  
 dicens, Miror quod sic tam cito transferimini ab eo qui vos  
 vocauit in gratiam Christi, in aliud Euangelium: quod non est  
 aliud, nisi sunt aliqui qui vos conurbant, & volunt conuertere  
 Euangelium Christi, Galat. 1. Item 3. cap. O insensati, qui vos  
 fascinauit non obedire veritati? &c.

*1. Ina. 2.  
 Osee 13.  
 Ioan. 20.  
 Resurre-  
 ctio Christi  
 confirmatur  
 tribus testi-  
 monitorum  
 generibus.  
 Scriptura  
 sacra testis  
 resurrectionis.*

2. Secundo reuocat Apostolus Corinthijs atque omnibus fi-  
 delibus in memoriam resurrectionem Christi, quam confir-  
 mat tribus testimoniorum generibus. Primum depromptum  
 est à sacrario scripturarum contra vertiginosos spiritus, qui  
 scripturam, decreta ecclesie, & externum verbum Dei contem-  
 nentes, intuentur in celum, inhiantque vocem caelestem, quum  
 tamen Spiritus sanctus omnia sua consilia, ministeria, & my-  
 steria ecclesie suae sponsae declarauerit, atque scripturis sacris  
 ab ecclesia approbatis incluserit, vt nemo causari possit, aliud  
 quarendum diuersum aut contrarium huic doctrinae, quam  
 semper ecclesia pro vera & catholica habuit & approbavit, de-  
 ditque Christus ecclesie suae spiritum sanctum, qui ipsam om-  
 nem doceret veritatem in scripturis minus manifestatam, Ioan-  
 nis decimosexto.

*Apostoli &  
 discipuli re-  
 surrectio-  
 nis testes.*

Alterum depromptum est à fide testium, à quibus post re-  
 surrectionem suam Christus est visus: è quorum numero sunt  
 Petrus, Lucae ultimo: Apostoli vndecim, Matthaei vltimo: quin-  
 genti fratres, 1. Corinth. decimoquinto: Iacobus, omnes disci-  
 puli, Actuum primo, & decimo: qui veri certi que resurrectio-  
 nis Christi testes sunt.

*Paulus re-  
 surrectio-  
 nis Christi  
 testis.*

Tertium depromptum est à seipso, quum ait, *Nonisime em-  
 nium tanquam abortiuo visus est & mihi.* Quasi dicat, Quemad-  
 modum per abortionem partus editur intempestiuus, ita me  
 synagoga mater abortiuit: que quum spiritualem me debuerat  
 parere, edidit immaturum foetum, mortis scilicet filium, qui  
 Christum, Euangelium, & ecclesiam persecutus sum.

Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apo-  
 stolus, quoniam persecutus sum ecclesiam Dei. Quasi dicat: Licet v-  
 tius sum Apostolorum, & indignus vocari Apostolus, tamen  
 quia vocatus à Christo, & ad dignitatem Apostolicam promo-

tus,

tus, possum de resurrectione Christi æquè bene atque alij Apo-  
 stoli testari.

*Gratia autem Dei sum id quod sum: & gratia eius in me vacua non fuit.* Gratia Dei  
 quasi dicat, Ego vobis diuinitus à Deo datus, attuli vobis per *attribuit*  
 gratiam Dei euangelium, vt pretiosum thesaurum. Talem igi- *Apostolus*  
 tur me, non alium aestimabitis. *suam vo-*  
*cationem.*

*Sed abundantius omnibus laboravi.* quasi dicat, Non sum è nu-  
 mero pseudoprophetarum, qui passim aberrantes seipso con-  
 stituunt verbi & ecclesiarum ministros: sed possum reuera di-  
 cere me diuinitus vocatum, & multum plus cæteris omnibus  
 præstitisse.

*Non ego, sed gratia Dei mecum:* id est, gratia Dei que mihi adest.  
 quasi dicat, Quod ad personæ meæ imbecillitatem pertinet,  
 patiar me à quolibet reprehendi: sed quod attinet ad officium,  
 non feram aduersariorum calumnias. Has non habent notas  
 nostræ tempestatis hæretici, atque ideo vitandi.

Vult autem Paulus in hac epistola ostendere, nullo medio,  
 nullaque alia re melius intelligi posse articulum fidei nostræ  
 de resurrectione mortuorum, quam verbo Dei ore prolato.  
 Quod si fuerit creptum, impossibile nobis erit vel minimum  
 articulum conseruare, ac in leuissima tribulationum tenta-  
 tione consistere posse, qui similes sumus infantibus lactenti-  
 bus. Horum res sunt salua, dum in materno gremio recum-  
 bentes, vbera sugunt: ita nos quoque in portu & tutissima  
 statione nauigamus, dum in diuino Patris gremio requiesci-  
 mus. Est autem gremium Dei ecclesia catholica Romana, ad  
 quam tanquam ad columnam & firmamentum veritatis re-  
 currere debent cuncti, qui filiorum Dei splendidissimo titulo  
 sunt decorati. Hæc sola conseruat Dei verbum in sua puritate  
 immune ab omni hæreseos & falsitatis fermento.

*Articulus  
 de resurre-  
 ctione mor-  
 tuorum nul-  
 la alia re  
 intelligi po-  
 test, quam  
 verbo Dei  
 ore prolato.  
 Gremium  
 Dei eccle-  
 sia catho-  
 lica Roma-  
 na.*

EPILOGVS.

1. Clara breuitas totius Euangelij, in quo stare oportet, per quod salu-  
 tem consequimur. Christus mortuus est pro peccatis nostris iuxta scriptu-  
 ram, & resurrexit iuxta scripturam.
2. Christus est saluator ille mundi, quem Moses & prophetae annun-  
 tiarunt, ideo in scripturis prædictum esse commemorat.
3. In asseueranda resurrectione diligens est Apostolus, visus est Cepha,  
 post hæc vndecim, deinde plusquam quingentis fratribus Iacobo, Apo-  
 stolis omnibus, nouissime Paulo. Nam qui articulum resurrectionis negat,  
 multa negabit: quod rectè credamus quod verbum auditum rectum sit,  
 quod apostoli rectè doceant, & Dei Apostoli sint, quod deus verax, quod  
 sit deus. Summatim, Sadduceus erit, Matth. 22.

Luc. 18.

**I**n illo tempore dixit Iesus ad quosdam qui in se confidebant, tãquam iusti, & aspernabantur ceteros, parabolã istã. Duo homines ascenderunt in templum vt orarent, vnus Phariseus & alter publicanus. Phariseus autem stans hac apud se orabat, Deus gratias ago tibi, quia nõ sum sicut ceteri homines, raptores iniusti, adulteri, velut etiã hic publicanus. Ieiuno bis in Sabbatho, decimas do omnium quæ possideo. Et Publicanus stans à longè, nolebat nec oculos ad cælum leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens, Deus, propitijs esto mihi peccatori. Amen dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo: quia omnis qui se exultat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.

Confidẽtia  
sui ipsius cõ  
tra legẽ est  
& prophẽ  
tã.

Opera bona  
gignũt spẽ,  
mala autẽ  
desperatio-  
nem.

Iusti non  
sunt qui  
suã iustitiã  
nõ Deo, sed  
sibi referũt  
acceptam.

**H**oc Euangelio continentur tria. 1. Primò narrat Euangelista quorundam hominum vitia, cum ait, dixit Iesus ad quosdam, qui in se confidebant. Hoc faciebant contra doctrinã legis ac Prophetarum. ait enim Propheta Ieremias cap. 17. Maledictus homo qui confidit in homine, & spem suam ponit in brachio carnis suæ. David quoque dicit, Qui cõfidunt in Domino, sicut mons Sion, non cõmouebitur in æternũ, Psal. 124. Lex habet: An speras in baculo arũdineo, atque con fracto Aegypti: 4. Reg. 18. Erant de illorum numero, de quibus Luc. 16. Vos estis qui iustificatis vos corã hominibus: Deus autẽ nouit corda vestra, quia quod hominibus est altum, abominatio est ante Deum. August. in Psal. 31. docet non esse præsumendam de operibus, sed bene sperandum. Opera bona gignunt spem, sicut mala desperationem. docet ibidẽ tacenda opera nostra, & damanda nostra peccata. Periculosa ergo res est confidere de proprijs meritis & propria iustitia, & credere se securũ, cum nemo securus esse debet in via ista, quæ tota tentatio nominatur, Iob 7. Vnde de confidentia securitatis ait Augustin⁹: Multum strenuus est qui illuc ire contẽdit, vbi multos meliores se corruisse conspiciat. Quis Lucifero clarior? Quis Sãfone fortior? Dauide sanctior? Nabuchodonosore potentior? Petro feruentior? qui tamẽ omnes propter præsumptionem corruerunt. Ideo persæpe quem tentationis certamen superare non valuit, securitas prostrauit. Nihil igitur securius, quàm nos totos Deo committere qui nouit præstare congrua profutura suis cultoribus. Vnde Ecclesiast. 7. dicitur. Non te iustifices ante Deum, quia agnitor cordis ipse est Deus. Nam si celi non sunt mundi in conspectu eius, quanto magis abominabilis & inutilis homo? dicit Iob. 15. Quare qui se existimat stare, videat ne cadat, 1. Corinth. 10. Sequitur.

Tanquam iusti, hoc ideo dicit, vt doceat non verè fuisse iustos, nam si verè iusti fuissent, iustitiam suam non sibi, sed Deo retulissent

tulissent acceptam, Tales erant de quibus Sapiens agit Eccl. 8. Vidi, inquit, impios sepultos, qui etiam cum adhuc viuerent, in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate quasi iustorum opera haberent. Addit.

Et aspernabatur ceteros. Hæc est enim propria pestis superbiæ, vt quanto plus de se præsumit, tanto magis alios despiciat. Falsa namq; iustitia, superbiam & contemptum parit fratrum, vera autem, amorem atque humanitatem. Ideo hi ceteros aspernabantur, quia falsa iustitia inflati, alios peccatores arbitrabantur & iudicabant. de talibus dicitur Eccles. 21. Pes fatui facilis in domum proximi. Horum fastum & supercilium Christus adducta parabola deprimit.

2. Secundò, duorum hominum orationes hęc continentur, quorum alter Phariseus, alter verò publicanus. Iudicio hominum, & proprio erat ille iustus & sanctus: hic verò impius ac malus. Duobus generibus hominum permixta est Ecclesia, scilicet electorum & reproborum. Hæc autem vita cum inter cælum & infernum sita sit, & in medio subsistat, ideo vtrarũq; partium ciues recipit. Quamdiu durabit ecclesia militans, in se continebit bonos & malos, tanquam acres cum tritico in area: sed cum venerit Christus iudex tenens ventilabrum in manu sua, purgabit aream suam in fine mundi: hic ergo boni & mali similes sunt in actione apud homines, simul ascendunt in templum, simul orant, simul celebrant diuina, simul accipiunt sacramenta, avarus & largus simul eleemosynas dant: simul ieiunant luxuriosus & castus. Deus verò discernit voluntates & intentiones. Vnusquisque enim ex fructibus suæ intentionis pascit conscientiam suam. Nam reprobi quicquid agunt intentionaliter ordinant ad terrena, ad vanam gloriam: boni verò ad cælestia, & ideo orationes reproborum repelluntur. Hier. 14. Cum ieiunauerint, non exaudiam preces eorum, etsi obtulerint holocausta & victimas, non suscipiã, quoniam gladio, & fame, & peste consumam eos: orationes verò bonorum exaudiuntur, iuxta illud Isa. 65. Et erit antequam clament, ego exaudiam, &c.

Vterque intrat in tẽplum factururus idem opus, vterque orat. Phariseus stans hac apud se orabat: Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum, raptores iniusti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabbatho, decimas do omnium quæ possideo. August. Quid rogauerit, quære in verbis eius, & nõ inuentus. ascendit orare, noluit Deum rogare, sed se laudare, cõtra illud Prou. 27. Laudet te alienus, non os tuum: extraneus, non labia tua. Et ideo oratio Pharisæi erat mala.

1. Quia legibus à Christo constitutis non fiebat. Dicit Christus Matth. 6. Orantes nolite multum loqui. & Cum oratis,

Iustitia falsa  
superbiã  
& fratrum  
cõtemptum  
parit.

Ecclesia duobus hominum generibus permixta est.

Pharisæi oratio ob tres causas mala.



non eritis sicut hypocrytæ, &c. Vide quæ sequuntur.

2 Quia contra præceptum Christi, Lucæ 6. Nolite iudicare, & non iudicabimini: Nolite cõdemnare, &c. iudicabat seruum alienum, qui domino stabat aut cadebat, Roman. 14. & contra dictum Ecclesiast. 7. vbi ait: Ne irridcas hominem in amaritudine animæ. est enim qui humiliat & exaltat circumspèctor Deas.

3 Quia ex solo suo iudicio, præsumptuosa superbia se iustificabat contra doctrinam Apostoli dicentis: Nihil mihi conficius sum, sed in hoc iustificatus non sum, 1. Corinth. 4. Et Iob 9. Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me, &c. Ecccl. 7. Non te iustifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipse est. 1. Ioan. 1. Si dixerimus quoniam non peccauimus, mendacem facimus eum, &c. Chrysoft. Superbia & ex malis, & ex bonis facit damnum suum si iuxta se habet miserum, inde inflatur: si fœlices, inde liuore torquetur. E contra humilitas, quæ si habet iuxta se miserum, compatitur: si fœlicem, inde humiliatur: reputans se illo miseriorem.

Hic orator totus vanus fuit. Nam elemosynam petere venit, & diuitias suas ostendit, scilicet, bona opera, cum dixit: *Ieiuno bis in sabbatho, decimas de omnium quæ possideo.* Ieiuniũ opus vtiq; bonum est in se & pium, in lege, prophetis, & Euangelio approbatum. Sic decimas soluere ex lege & prophetis præcipitur, Exod. 22. Leuit. 27. Numer. 18. Deuter. 14. Malach. 3. Sed fraudem facimus Deo, quotiès de bono opere nostro nosmet ipsos, non Deum laudamus. Nihil enim bonum ante Deum nisi ex re bona. hinc Eccl. 20. Fatuorum gratiæ effundentur. & 34. Dona iniquorum non probat Altissimus. Isaia 58. Gregor. Tunc veraciter hoc quod agit homo bonum est, quando ei placere concupiscit, à quo est.

*Penitentiæ  
være for-  
mam publi-  
canus ostē-  
dit.*

*Publicani  
oratio qui-  
tuer ob cau-  
sas bona.  
Percundia  
in oratione  
multū pla-  
cet Deo.*

*Publicanus à longè stans, nolēbat nec oculos ad celum leuare, sed percutiebat pectus suũ, dicens, Deus propitiuſ esto mihi peccatori.* Hic totus sibi displicens ob peccatorum conscientiam procul absistebat à factis, & non tam loco, quàm gestibus, & sermone, ac cõpunctione cordis distabat à Pharisæo, ostendens in se veræ penitentia formam. Atque ea de causa oratio publicani erat bona. 1 Quia procul stans ob diuinæ maiestatis timorem, quam se nouerat offendisse, non audebat in humilitate oculos ad celum tollere. Oratio namque humiliantis se penetrat cælõs. Ecclesiast. 35. Quanto quisque sibi vilior, tanto Deo pretiosior. Excelsus enim Dominus & humilia respicit, & alta à longè cognoscit, Psal. 137. Oculos quibus illicita & terrena caelestibus præuulerat, & eũ qui in cælis est offenderat, præ pudore in celum leuare non audebat. Ambrosius: In ipsa oratione nostra multum verecundia placet, multum conciliat gratiæ apud Deum,

Deum. 1. Esdr. 9. Deus meus confundor & erubescor leuare faciem meam ad te: quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt vsque ad cælum, &c.

2 Quia ex corde contrito percutiebat pectus, quod mala cogitauerat, vt exciter quod obdormierat, quasi supplicium sibi de seipso exigens, ac si dicere voluisset: Cor contritum & humiliatum, ô Deus, ne despicias, Psal. 50. & illud Dan. 3. In animo contrito & spiritu humilitatis suscipiat à te Domine. August. in Psal. 31. tractat de tusione pectoris, quæ est obtritio cordis. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemia: & hæc sunt quæ coinquinant hominem. Sicut ergo per cordis auersionem à Deo in peccatum cecidimus, ita oportet per conuersionem ad Deum redire. Nam magna est misericordia Domini, & propitiatio illius in conuertentes ad se, Eccles. 17.

3 Quia vera confessione se verè peccatorem, & non alios accusabat, iuxta illud: Iustus in primis accusator est sui, Proverbiorum 18.

4 Dicebat, *Deus propitiuſ esto mihi peccatori.* Ore quo multa nocua locutus fuerat, diuinæ supplicat misericordiæ, dicens: Deus, in cuius nutu cuncta sunt posita, tibi semper humilium & mansuetorum placuit deprecatio, qui dicis Ezech. 18. Nolo mortẽ peccatoris, &c. propitiuſ esto. habes enim semper posse & scire, rogo ergo te velle. Misereris enim omnium, qui omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter penitentiam. Sapient. 11. Mihi quem fecisti. Malach. 2. peccatori iam amplius non peccanti. O breuis, sed fructuosa oratio, quæ impetrat peccatorum remissionem, infusionem gratiæ, & vitæ æternæ collationem! hæc sunt enim quinque verba, de quibus 1. Corinth. 14. Apostolus ait, Volo quinque verba sensu meo loqui, quàm decem milia verborum lingua. Ecce diuinum mysterium, in quo peccatorum conuersio & salus quinque verbis exprimitur, scilicet, Deus propitiuſ esto, &c. Quæ si quis contrito & humiliato corde dixerit, descendet iustificatus in domum suam, & propitiabitur ei Deus, sicut dicitur Hier. 18. 26. & 36. Reuertatur vnusquisq; à via sua pessima, & propitiuſ ero iniquitati & peccato eorum, ait Dominus Deus. Atq; hæc prædicta in vero orante requiruntur.

In templum hi duo homines oraturi ascendebant. Item Petrus & Ioannes Apostoli templum ascendunt vt orent, Act. 3. Quamuis vbique liceat Patrem orare & adorare in spiritu & veritate, dicente Psalm. In omni loco dominationis eius benedic anima mea Domino; conuenientissimè tamen id fieri debet in templo, vbi omnes fideles conueniant. Impossibile enim

*Oratio pu-  
blicani  
fructuosa.*

*Templa alijs  
locis ad orā-  
dam apti-  
ora.*

enim est multorum preces non exaudiri, dicente Christo, Matth. 18. Si duo ex vobis confenserint, &c. Lutherani, Brentius, & Calvinus (qui sibi videntur sanctiores & doctiores his Apostolis) contra Christi statutum docent templa negligenda, & in sordidas officinas conuertenda suadent, faciunt domum Dei, quæ domus est orationis, speluncam latronum. Templum illud Salomonis in tanta religione habuit Christus, ut nec vas aquæ per illud transferri permiserit, Marc. 11. Quanto in maiori honore nostra debemus habere templa, in quibus sacramenta à Christo Iesu instituta fidelibus administrantur? August. In oratorio nemo aliquid aliud agat, nisi ad quod est factum. Psal. 28. In templo eius omnes dicent gloriam.

3 Tertiò continetur hîc sententia lata, & iudicium factum à Christo de illis duobus hominibus, de quibus dicit: Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Christus hac tam constanter sententia docuit diuersitatem meritorum Pharisæi & Publicani. Oratio hominis placentis sibi non ascendit ad cælum, sicut lapis emissus non pergit ad cælum: sed recidit in iacentem. E contra, oratio humiliantis se nubes penetrat, &c. Eccles. 35. Docuit etiam quis sit fructus orationis, quæ cum humilitate vera atq; contrito corde & vera confessione peccatorum fit, nempe iustificatio, & salus. Job 22. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria, & qui inclinauerit oculos tuos, ipse saluabitur. Prouerb. 29. Superbū sequitur ignominia, & humilem spiritu suscipiet gloria. Hypocritæ atque fiduciarij de Christi iustitia, & de sua apprehensione vel persuasione stultè præsumentes, docent solam fidem iustificare. Si sola fide iustificatio contingit, ergo malè fecit publicanus quòd procul stabat, nec oculos ad cælum audebat leuare, & quod pectus percutiebat, & verè se peccatorem confitebatur. At dicit hæreticus, Hæc omnia fuerunt superflua in illa oratione. Si potuit publicano contingere iustificatio sola fide, hæc profecto superflua fuerunt: atque adeo Pharisæus descendit iustificatus in domum suam: quia (etsi nolis) habuit veram fidem, alioquin non dixisset: Deus gratias ago tibi, &c. nec ascendisset in templum.

Sed Christus manifestè tradit, solam fidem non iustificare. Docet publicanum iustificatum fuisse ex humilitate, contritione, confessione, & ex fide quæ per dilectionem pœnitentiæ partes operabatur.

Pharisæus autem non descendit iustificatus in domum suam, quia quamuis habuit veram fidem, tamen habuit annexam superbiam, arrogantiam, malum iudicium, & alia viria: non autem charitatem. Ideo hic fuit humiliatus, ille verò exaltatus. Augustinus: Audiisti sententiam, caue causam. Aliud dico, audisti sententiam

Christus templum Salomonis in summo honore habuit.

Fructus vere orationis quis

Fides sola non iustificat, sed ex quæ per dilectionem & alias virtutes operatur.

gentiam, caue superbiam. Eccl. 10. Initium omnis peccati, superbia. Sed omnes humilitatem inuicem insinuate: quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, 1. Pet. 5.

## EPILOGVS.

1 Parabola est de humilitate contra superbiam. Superbia Dei contemptus est. Contra hanc sæpe loquitur Seruator. Nam hæc passio inprimis vexat homines.

2 Queritur quare Pharisæus suum encomium proferens damnatur. Iob idem faciens coronatur? Responso, Pharisæus dicebat criminando alios, nulla ratione cogente: Iob coactus est per amicos, & calamitates dicere innocentiam suam. Sic Paulum ut seipsum commendaret, coegerunt pseudopostoli, 2. Corinth. 11.

3 Doctrina, Omnis qui se humiliat, exaltabitur. Quare discamus hîc, ut quisque apud se supplex ac submissus obsecret, Deus esto mihi peccatori propitijs.

## DOMINICA DVODECIMA POST TRINITATEM, EPISTOLA.

Patres, Fiduciam talem habemus per Christum ad Deum: non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficienti nostra ex Deo est, qui & idoneos nos facit ministros noui Testamenti, non litera, sed spiritu: litera enim occidit, spiritus autem viuificat. Quòd si ministratio mortis, literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita ut filij Israel non possent intendere in faciem Moysi propter gloriam vultus eius quæ euacuatur, quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis in gloria est, multò abundat ministerium iustitiæ in gloria. 2. Cor. 3.

IN hac Epistola Paulus facit duo. Primo indicat humanæ naturæ fragilitatem, cum ait: Fiduciam talem habemus per Christum ad Deum: non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficienti nostra ex Deo est, qui et idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu. Quasi dicat, Quòd vriles sumus ad inseruendum Ecclesiæ, & ad prædicandum euangelium, nõ profluit ab ingenij nostri virtute, & à viribus & sufficientia nostra, sed opus est Dei omnipotentis auxilio. Afferit illis verbis Paulus, neminem in terris esse, quantumuis pium, doctum, & sapientem, qui per se tantum sit idoneus ad obeundam prouinciam noui testamenti. Nam post peccatum Adami natura hominis adeò est spoliata gratuitis ac in naturalibus læsa, ut per se nihil prorsus quod æternam mereatur vitam, possit præstare. Et in rebus humanis, nisi diuinitus adiuta, frequenter allucinatur. Hinc est quod dicit Paulus, Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia

Fragilitas humane nature indicatur.

Nemo in terris idoneus ad obeundam prouinciã noui Testamenti.



Ioan. I 5.

cientia nostra ex Deo est. Et Christus, Sine me nihil potestis facere.

Quicquid igitur in nobis boni habemus, id operatur gratia diuina, siue id sit in ministerio prædicationis, siue in administratione alterius functionis sacræ. Quare semper orandus est Deus. Si enim esuriens properas ad mensam, sitiens ad cellam vinariam, & defessus ambulando ad lectum: cur non ad Deum refugis, cum laboras penuria fidei, charitatis, spci, iustitiæ, sapientiæ, patientiæ, & similibus virtutum?

Discrimen legis & euangelij.

2. Secundo ostendit Apostolus legis & euangelij discrimen, cum ait: *Litera occidit, Spiritus autem viuificat. Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria, ita ut non possent intendere filij Israel in faciem Mosi propter gloriam vultus eius, quæ euacuat: quomodo non magis ministratio Spiritus erit in gloria?* Discernit autem Paulus Euangelium à lege triplici ratione, scilicet, Primo, Promulgatione vel donatione. Nam in datione legis in monte Sinai nihil aliud videbatur, quam aeris intemperies, nubes tenebrosæ, fumus, atque vapor igneus, ibi nihil audiebatur aliud, quam tonitrua, fulgura, turbines ventorum, clangores buccinarum: sed in manifestatione Euangelij in præsepi non videbantur nisi angeli, qui cantabant, Gloria in altissimis Deo, Luc. 2. Pastores qui dicebant, Transeamus vsque Bethlehem, & videamus hoc verbum quod factum est, Ibidem. Reges, qui Christum adorabant, & offerebant aurum, thus, & myrrham, Matth. 2. In baptismo & monte Tabor non videbatur nisi Spiritus sanctus & vox Patris, qui testabantur voce placidissima Christum esse Dei filium.

Ratione triplici euangelium à lege discernitur. Promulgatio vel donatio legis ei: euangelij. Matth. 3. & 17.

Præterea audiebantur voces tam suauis, ut Lucas dicat, cap. quarto, admiratos fuisse omnes in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore Christi: & Ioannes cap. dicat, ministros missos ut apprehenderent Iesum, respondisse, Nunquam sic locutus est homo, &c.

Erant in monte Thabor, fulgidum lumen, facies resplendens, vestes albæ sicut nix, claritas cælestis. In illo autem loco ubi erant omnes congregati, Act. 2. iucundum colloquium, concio prædicantium varijs linguis magnaia Dei. quæ historiæ significant naturam legis & euangelij. nam lex ante gratiam terreat conscientias peccantium, & ob oculos statuebat admissa delicta, & æternam cõminabatur damnationem. Euangelium vero annuntiat gratiam Christi, quæ consolatur conscientias terrore concussas, & ostendit, ac vocat nos ad Deum, qui peccata & mortis perpetuæ damnationem & maledictionem auferre potest. & donare æternam vitam.

Officium legis & euangelij.

Deinde officio vel ministerio discernit euangelium à lege. Nam officium legis est, ut iubeat, vetet, vigeat, cogat, & in homine

homine odium & iram excitet, & minetur mortem sempiternam: sed munus Euangelij est, consolari, rogare, monere, uti verbis melle fluentibus, dare Spiritum sanctum, reddere hominem facilem, promittere gratiam implendæ Legis, docere quemadmodum sit comparanda vita æterna. Scripta autem est Lex in tabulis lapideis, Euangelium verò in tabulis cordis carnis, & in credentium animis. Significant autem huiusmodi tabulæ lapideæ humanas vires diuini Spiritus expertes: tabulæ verò carneæ, siue cordis, significant veros Christianos, viua Spiritus sancti vasa atque templa, quos Spiritus Dei regit atque ducit, 1. Corinth. 3. & 6. Quemadmodum enim ægrè scribitur in lapide, quod difficulter hæreat atramentum: ita parum efficiunt humanæ vires in rebus diuinis, nisi fuerint Dei gratia perfusæ.

Tertio discernit Euangelium à Lege fructuum ratione. Nam fructus Legis sine gratia sunt, merus, terror, ira Dei, cõminatio, maledictio, damnatio, cauteriata consciëntia, mors æterna. Sed fructus Legis cum gratia, siue Euangelij, sunt gaudium, cõsolatio, iustitia, bona cõscientia, remissio peccatorum, perfectio virtutum, operum merita, vita æterna. Nam Lex quidem ostendit quæ sint necessaria ad salutem, sed non præstat spiritum perficiendi. Euangelium verò non solùm ostendit quæ sint necessaria ad salutem, sed confert quoque spiritum perficiendi. is tamen spiritus nulla liteta comprehendi, ac nullo atramento depingi potest: sed viua est Spiritus sancti scriptura, cordibus credentium insculpta, quam Iudæi & Rabbini, vclamen oculis obnolum habentes, non recipiunt. Ideo obcæcati & indurati perseuerant in mortuâ litera, nunquam peruenientes ad vitam spiritus: Christiani vero in timore cordis affectu, & cum gaudio suscipiunt: à Lege sumentes hoc dictum, Cognosce te ipsum: ab Euangelio, Cognosce Iesum Christum. hic enim est verus processus ad regnum Dei, ad quod nos perducere dignetur diuina maiestas, Amen.

Fructus Legis & Euangelij.

EPILOGVS.

1. In causa salutis animarum nihil nostra sapientia aut virtute possumus: omnis nostra idoneitas, ut sic loquamur, ex Deo est. Hinc ecclesia pro ministris verbi serid ore, Da seruis tuis ut cum omni fiducia loquantur sermonem tuum, loquantur eloquia Dei, ministrent in virtute, ut glorificetur Deus per Christum.

2. Officia Legis & Euangelij. Lex litera est. Ecce Legem: Non concupisces. Ego dico, nisi te adiunget gratia, ardentius concupisces. Hoc est, quod dictum est, Litera occidit, Spiritus autem cor immutat & viuificat.

3. Gloria Legis & Euangelij, ministerium damnationis, madata Legis vocat, iustitiæ ministerium gratiæ Saluatoris, cui superabundantiâ gratiæ attri-

attribuit, rectè de natura rerū, vt homo diuinus iudicans. Cyrill. in Ioan. super illud, Gratiam pro gratia.

## DOMINICA EADEM,

## EVANGELIUM

Marc. 7.  
Matth. 15.

**I**n illo tempore, Exiens Iesus de finibus Tyri, venit per Sidonē ad mare Galilæa inter medios fines Decaplesis. Et adducit ei surdum & mutum, & deprecabatur eum, vt imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius: & respuens tetigit linguā eius, & suspiciens in calum ingemuit et ait illi: Ephpheta, quod est, adaperire. Et statim aperte sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè, & præcepit illis ne cui dicerent. Quanto autem magis eis præcipiebat, tanto plus prædicabant, & ex amplius admirabantur, dicentes, Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.

**P**ROPONUNTUR nobis hoc Euangelio duo exempla. Primò, fidei operatis per charitatem in his viris, qui firmiter credunt, Christum afflicto homini mederi posse. Quæ fides illis persuasit, Christi tantam esse potentiam, vt manus tantum contactu ægrum iuuare posset. Hæc fides deprehenditur ex illorum facto, nam si fides illis non fuisset, ipsaque firmissima, nunquam de Christi potentia tantam virtutem sibi persuasissent; nunquam credidissent, Christum posse sanare ægrum, neque de ipso ad Christum adducendo cogitassent, nec deprecati fuissent, vt Christus eum sanitati restitueret, vt scilicet imponeret illi manum.

Fides Dei  
donum.

Hæc fides primo prouenit ex Dei dono, Nam Ioann. 1. cap. docet, quod Christus solus illuminet omnem hominē venientem in hunc mundum. Paulus Ephes. 2. affirmat fidem donum esse Dei: Gratia, inquit, saluati estis per fidem, & hoc nō ex vobis, Dei enim donum est, &c. Et Roman. 12. Vnicuique dimisit Deus mensuram fidei. Et 1. Corinth. 12. Alteri fides in eodem spiritu. & Ioann. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum, quem locum Augu. linus, Chrysoctomus, ac reliqui omnes interpretantur de fide. Nemo potest credere in Christum, nisi is cui Deus dederit fidem. Et Act. 13. legimus quod prædicantibus Paulo & Barnaba Antiochiæ, crediderunt quorquot erant præordinati à Deo. Et in ciuitate Philippis, quæ est prima partis Macedoniæ ciuitas colonia, loquente Paulo multis mulieribus quæ conuenerant, quædam mulier nomine Lydia purpuraria ciuitatis Thyatyrenorū, colens Deum audiuit: cuius Dominus aperuit cor intendere his quæ dicebantur à Paulo. hæc fidem vocant Theologi infusam. Est enim diuinitus infusa, nullis humanis meritis acquisita, Fides horum hominum inde cognoscitur, quod Christū cre-

Fides infu-  
sa.

dant potentem ad suum ægrum sanandum.

Secundò fuit his hominibus fides acquisita ex optima quam de Christo audierant, fama. Audierant clementissimum ac benignissimum erga omnes esse: adeò vt nunquam aliquem eorum qui ad ipsum confugissent, absq; consolatione dimisisset. Audierant omnibus opem tulisse, miracula maxima mirabili potestate fecisse. His tã præclaris factis credentes, ad Christum concurrunt, pro surdo deprecaturi. Fides, inquit Paulus, Rom. 10. ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Ex scripturis deprehendimus verbum diuinum instrumentū esse, quo Deus nos vocat ad fidem. Idem de miraculis patet in Sergio Paulo, Act. 13. & Ioan. 2. dicitur quod multi Iudæorum crediderunt in nomine eius, videntes signa quæ faciebat. Et cap. 10. dicit Christus: Si mihi non vultis credere, operibus credite.

Beda: Surdus ille & mutus, quem mirabiliter dominus sanauit, genus designat humanum. Obsurdui namque homo ab audiendo diuino verbo, postea quàm mortifera serpentis verba contra Deum tumidus audiuit. Mutus à laude conditoris effectus est, ex quo cum seductore colloquium habere præsumpsit. Et quod de radice vitiorum germinauit, vitiosus multò propagari cœpit in dilatatione ramorum: ita vt veniente in carne Domino (exceptis paucis de Iudæa fidelibus) totus pænè mundus ab agnitione & confessione veritatis, surdus erraret & mutus.

Sed etiam miserabilius surdus est, cui non sunt aures ad audiendum sermonem Dei: quem Psalm. similem aspidis surdæ dicit, obturantis aures suas, ne audiat vocem incantantis. Talis surdus Pharaò olim erat, qui nolebat audire Mosen, cui sic aiebat: Recede à me, & caue ne vltra videas faciem meam. Nam quocunque die apparueris mihi, morieris Exod. decimo. Peius item mutus est, qui non habet linguam ad confessionem suæ turpitudinis, ac diuinæ misericordiæ. Nam sine auditu fidei & diuinæ inspirationis gratia non intrat, & sine confessionis verbo culpa non exit. Prouerb. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigitur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Talis ergo miser, qui linguam non habet, vnde salutem petat à Domino, nec aures quibus percipiat vocem Iesu, etiam mortuorum excitatricem, opus habet auxilio, hoc est, fide & precibus eorum, qui audire & loqui verbum Dei longo didicerūt vsu, quibus offeratur diuinę pietatis aspectui sanandus. Nam sic visum est clementissimo domino, vt aliena etiã fides opituleretur peccatoribus Iob. 42. Seruus meus Iob orabit pro vobis: faciem eius suscipiam vt non vobis imputetur stultitia, dixit dominus ad Eliphaz Themanitem, & ad duos amicos eius. 1. Ioan. 5. Qui scit fratrem suum peccare: pec-

h

catum

Fides ac-  
quisita.

Verbū dei  
et miracula  
instrumenta  
sunt qui-  
bus Deus  
nos vocat  
ad fidem.  
Surdus &  
mutus ge-  
nus desi-  
gnat huma-  
num.

Primus ho-  
mo quando  
surdus &  
mutus esse  
et fit.

Surdi qui  
modo sint:  
Muti hoc  
no'ro te-  
culo qui  
sint.

Aliena fi-  
des opita-  
latur pecca-



Charitatis exemplum in Christo.

catum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita, peccanti non ad mortem, scilicet vitæ temporalis.

2 Secundo, proponitur hîc nobis exemplum charitatis in Christo, qui respiciens fidem illorum, miseretur hominis, atq; medetur. Vtitur autem hic multis cæremonijs. Nam,

1 Apprehendit eum de turba seorsum, vt ostenderet, ei qui ad Christum & eius pietatem atque conuersationem accedere velit, necesse esse, vt ab omni consortio famosorû peccatorum distractus, in tranquilla pace ad Deum sese conuertat. 1. Corinthiorum quinto: Si quis frater nominatur, aut fornicator, &c. (id est, famosus fornicator) cum eiusmodi nec cibum sumere: Sic distinguit August. cap. 2. libro de fide & oper: & alibi. Turba namque vt plurimum impedit spiritalis sanitatis receptionem. Nam qui tangit picem, inquinabitur ab ea, &c. & Corruptum bonos mores colloquia praua. Vnde hoc expertus Seneca, dixit: Quoties inter homines fui, minor homo redij. Ideo consulit Dominus Iere. 51. Fugite de medio Babylonis, & saluet vnusquisque animam suam.

2 Misit digitos suos in auriculas eius, & expuens tetigit linguam eius: vt ostenderet futuris temporibus falsos doctores suboriturus, qui Christi carnem, & sanctorum reliquias contumelijs essent affecturi, affirmantes ac temerè docentes illam non esse adorandam, & has non esse venerandas. Tales sunt Lutherani, Brëtiani, atque Caluinitæ, qui omnes spuro & tactu Christi confutantur ac destruuntur. Nam caro Christi, & quicquid ex ea procedit, instrumentum est diuinitatis eius vim habens curatiuam.

Caro Christi instrumentum diuinitatis est.

Suspectus Christi, in celum quid nos doceat. Lingua modicum membrum, dânum attulit Ecclesiæ.

3 Suscepit in celum, vt ostenderet, vbi salus animæ & corporis sit quærenda, vnde expectanda: nempe à Deo, qui est in cælis. Psalm. 120. Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi: Auxilium meum à Domino qui fecit cælum & terram. Iac. 1. Omne datum optimum & omne donum, &c.

4 Ingemuit, super linguam, modicum quidem membrum, sed inquietum, plenum veneno mortifero, magnamque sylvam incendientem, Iaco. 3. Prospexit enim quantum damni Ecclesiæ esset allatura hæreticorum & murmuratorum maledicentia: quod liquet ex dictis & scriptis Lutheri, aliorumque hæreticorum, quorum sermo serpit vt cancer. 2. Tim. 2. & 3. cap. Mali homines & seductores proficient in peius errantes, & in errorem mittentes.

Quare super auriculas Christus ingemuit.

Ingemuit etiam super auriculas, quia prospexit homines libentius audituros diabolicas & hæreticas doctrinas, quam sanam & Apostolicam: qualis est illa quam Romana tenet Ecclesia. Iaiæ 42. Quis cæcus nisi seruus meus, & surdus, nisi ad quem nuntios misi? 2. Timoth. 4. Erit tempus cum sanam

nam doctrinam non sustinebunt &c.

Suspiria Christi nos deberent quoque facere ingemiscere pro nostris & aliorum erratibus. Gemuerunt & fleuerunt olim Israëlita super miserabili synagogæ statu. Ezech. 9. Quis verò dabit (vt cum Propheta loquar) lachrymas oculis nostris, vt ploremus eos, quibus aures mentis sic occupatæ sunt cupiditatibus terrenis, vt non queant audire verbum Dei? quibus lingua sic impedita est, & infecta vitiosis affectibus, vt non sapiat cælestia, vt muti sint ad suæ malitiæ confessionem, & ad deprecandam Dei misericordiam? Paulus luget eos, qui postquam peccauerunt, non egerunt pœnitentiam super immunditia & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt. Ad Phil. 3. deflet inimicos crucis Christi.

Suspiria Christi nos incitant, vt pro nostris et aliorum erratibus ingemiscamus. 2. Cor. 12.

5 Sicut Hephethah, quod est adaperire. Qui ingemuit vt homo nunc imperat morbo, vt Deus & dominus, cui necessario omnia obediunt. Præcipit virtus, & continuo obtemperat sanitatis effectus. Hephethah Christi, non sensus modo, sed & animam hominis, imò etiam cælum & infernum penetrat. sicut illud: Tabita cumi. Marc. 5. Psal. 148. Ipse dixit & facta sunt. Et Sap. 16. Tuus, domine, sermo qui sanat omnia. Tu es domine, qui vitæ & mortis habes imperium, deducis vsque ad portas mortis & reducis. Sequitur:

Hephethah Christi efficax.

Et statim aperta sunt aures eius: Solutum est vinculum lingue eius, & loquebatur rectè, hoc est, non turbidè, neque blesè, sed planè & articulatè. De recta locutione, & recto auditu, ait D. Hieronymus: Ille solus rectè loquitur, vel Deum confitendo, vel alijs prædicando: ille rectè audit cuius auditum vt cælestibus possit auscultare & obsecundare mandatis, diuina gratia reseat: cuius linguam Dominus tactu sapientiæ, quæ ipse est, ad loquendum instruit. Solutur lingua ad hymnos, cantica & psalmos: soluitur, vt eructet verbum bonum, quod non possunt minæ cohibere. Verbum enim Dei non est alligatum.

Quis rectè loquatur & audiat.

6 Præcepit ne cui dicerent. Noluit huius mundi diuitias aut laudes quærere: sed tantum Dei gloriam, & animarum salutem: docens, inquit Hieronymus, non in virtutibus gloriandum esse, sed in cruce & humiliatione, Galat. 6. Mihi aurem absit gloriari, &c. ne bonæ nostræ actiones, per inanem vulgi fauorem supernæ retributionis munere priuentur, Matth. 6.

2. Tim. 2.

Non in virtutibus gloriandum, sed in cruce.

Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, & eo amplius admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui. Quæadmodum, est hominis vere benefici non exigere laudem pro beneficio, ita grati est hominis, hoc impensius referre gratiam, quòd qui beneficium dedit, nullam expectet gratiam. Tobia 12. Opera Dei reuelare & confiteri honorificum est. Ecclesiastici 43. Benedicentes

Grati hominis est pro beneficio accepto gratias rendere.

Dominum, exaltate illum quantum potestis, maior est enim omni laude.

*Hymnus gratulabundus: Bene omnia fecit, cum in prosperis, tum in aduersis decantandus. Lingua & aures ne gotij Christi & eius Ecclesie instrumenta. Fides aliena alteri prodesse potest ad sanitatem corporis acquirendam, sic quoque ad propriam fidem copandam. Adulus mimè saluari potest fide aliena. Vult & potest Christus nobis opem ferre in quacunque tribulatione. Proximis afflictis in seruiendū. Deus cur homini lin-*

Hymnum eum, ō vtinam nos cum in rebus prosperis, tum in aduersis Domino decantemus, dicentes: Bene omnia fecit, iustus & bonus in omnibus vijs suis. Olim Iob quasi simile dixit, Dominus dedit, Dominus abstulit: sit nomen Domini benedictum.

Hæc duo membra, lingua, & aures exhibuerunt olim Christo, & exhibent hodie Ecclesie Romanæ catholicæ negotium. Verbum enim Dei non potest tractari, nisi per linguam & aures.

Oportet enim vt lingua verbum Dei pronuntiet, & fidem inter Turcas, Gentiles, & Lutheranos, aliosque hæreticos constanter profiteatur. Rom. 10. Ore autem confessio fit ad salutem. 1. Pet. 3. Estote parati reddere rationem de ea, quæ in vobis est, spe, omni poscenti.

Sic oportet vt aures audiant verbum Dei. Quod si ea membra sustuleris è medio, nullū remanebit discrimen inter ethnicos & Christianos, inter hæreticos & catholicos. Christianus habet aures ad audiendum verbum Dei in Ecclesia catholica Rom. Ethnicus autem & hæreticus non habet. Bonus bona audit, malus non nisi mala.

Hoc Euangelio docemur, 1. Fidem alienam posse alteri prodesse ad acquirendam sanitatem corporis. Centurio enim cum fide orans, obtinuit sanitatem corporis famulo suo, Matr. 8. Et Cananæ filia suæ, Matth. 15. Potest etiam fides aliena adiuuare ad comparandam propriam fidem, qua quis saluari possit: vt oratio Stephani ex fide, Paulo adolescentulo profuit Aug. ser. 2. & 4. de S. Stephano: Si S. Stephanus sic non orasset, Ecclesia Paulum non haberet. Vt Monica suo filio Augustino, de qua sic dixit Ambrosius: Impossibile est vt filius tantarum lachrymarum pereat. Item Ambrosius eidem Augustino: Neminem tamen adultum saluari posse fide aliena, scriptura aperte testatur, Hebr. 11.

2. Vt firmiter credamus Christum posse, & velle nobis afflictis, in quacunque tribulatione, opem ferre, modò suæ gloriæ promouendæ, & vtilitati animarum sit profuturum. Ob idque totam nostram spem in ipsum reclinandam. Rom. 5. Spes non confundit. Psal. 24. In te confido, non erubescam.

3. Vt proximis afflictis in seruiamus, cunctisque hominibus, & verbo, & opere, & consilio profimus, & auxilio. In his enim duobus, fide & charitate, consistit tota ratio Christianæ vitæ: quæ virtutes, vt separari possunt, ita altera sine altera ad salutem nihil prodesse potest. Galat. 5. Iaco. 2.

4. Vt custodiamus linguam & aures, quemadmodum Deus nobis sua membra dedit pura & innoxia: ne patiamur ea falsis doctri-

doctrinis atque mendacijs Lutheranorum, aut aliorum hæreticorum contaminari, sequentes consilium Ecclesiast. 28. di-  
centis: Sepi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis. Deinde gratias agamus Christo de collatis in nos beneficijs: & faciamus in vocatione nostra consilium Pauli, 1. Corinth. 14. Omnia honestè & secundum ordinem, &c.

5. Vt deprecemur clementissimum Patrem, vt nobis propter Iesum Christum dignetur largiri gratiam atque robur, quo possimus iuxta sua mandata viuere, quemadmodum de verbo Dei loquimur, & audimus: ne surdi atque in sempiternum muti reperiamur, sed Dei gratiam atque benedictionem in hac vita consequamur, & post, vitam æternam, Amen.

Viri isti qui adducunt surdum & mutum ad Christum, sunt concionatores, confessores, boni consultores sancti ac reliqui iusti, qui bono exēplo ac sana doctrina, peccatores ad Christum adducunt vel poenitentia, vel exhortationibus, vel suis intercessionibus, vel operibus bonis, & orationibus. Nam oratione, ieiunijs, lachrymis, atque carnis maceratione placatur Deus, eius gratia promeretur, & nobis recõciliatur, Heb. 13. verbo audito acquiritur fides, Rom. 10. bona vita charitatis est fructus, qua æternam vitam promeremur. Et hoc Euangelij loco Ecclesia instituit in baptismo paternos vocados, qui vt filij Ecclesie baptizando fidem profiterentur. Reprehendant hæretici Christum qui in huius ægri curatione tot cæremonijs fuit vsus: cū vnico verbo illum curare potuerit. Discant catholici, Ecclesiam catholicam Romanam ex Christi instituto cæremonias habere, vtpote in baptismo & in alijs conferendis sacramentis, Marc. 16. Multum enim iuuant ad cultum Dei deuotius persoluendum. Hinc Ietro olim Mosi consuluit, dicens, Exod. 18. Ostendas populo tuo cæremonias & ritum colendi, viamque per quam ingredi debeant, & opus quod facere debeant.

*quam & aures consecerit.*

*Viri isti quos designent in Ecclesia.*

*Bona vita charitatis fructus est. Mos instituendi paternos in baptismo vnde criū habuit. Ecclesia Catholica ex Christi instituto cæremonias habet.*

EPILOGVS.

1. Miraculum quo Dominus sanat surdum & mutum, testatur adesse Messiam, de quo Isaias prædixit, cap. 35. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt.

*Cæremoniæ ad quid conducant.*

2. Typus Euangelici doctoris apprehensum abducit à turba: sic oportet à via lata, per quam multi ambulant in exitium, abducere & reuocare ad pusilli gregis consortium, cui placet veritas, innocentia, iustitia, qui dicat cum sponso, Cant. 6. Reuertere Sunamitis, reuertere vt intueamur te, & illud Isaiæ 46. Redite præuaricatores ad cor.

*Typus euangelici doctoris.*

3. Laus solius Dei. Omnia bene fecit. Moses dicit Genes. 1. Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Deut. 32. Dei enim perfecta sunt opera. Nemo mortalium omnia bene fecit, Christus Deus est.



DOMINICA DECIMATERTIA POST  
TRINITATEM, EPISTOLA.

Galat. 3.

**F**ratres, *Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit et seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno. Et semini tuo qui est Christus. Hoc autem dico testamentum confirmatū à Deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est Lex, non irritū facit ad euacuandā promissionem. Nam si ex Lege hereditas iam non ex promissione. Abrahæ autem per repromissionem donauit Deus; quid igitur Lex? propter transgressionem posita est, donec veniret semen cui promiserat: ordinata per Angelos in manu mediatoris. Mediator autem, vnus non est: Deus autem vnus est. Lex ergo aduersus promissa Dei? absit: Si enim data esset Lex, quæ posset viuificare, verè ex Lege esset iustitia. Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.*

**I**N H A C Epistola agit Paulus tria. 1. Primò ratiocinatur ab humanis pactionibus ad solenne illud fœdus, quod Deus cum Abrahamo pepigit, cum ait: *Fratres (secundum hominem dico) tamen hominis confirmatum testamētum nemo spernit: au: superordinat.* Vult dicere, Fratres, loquor secundum consuetudinem quam homines in suis contractibus ciuilibus obseruant: Si in testamento ab homine condito nemo quicquam rescindit aut immutat, demit, vel addit: quantò magis id oportet in testamentis aut promissionibus diuinis fieri, vt prorsus habeantur incommutabiles & immobiles? Non sunt enim humana diuinis comparanda. Estque argumentum satis firmum, cum ab humanis ad diuina argumētatur, modò ab ordinatione diuina. Exempli gratia: Christus ait, Si vos cum sitis mali, nostis dare bona filiis vestris: quanto magis Pater vester cælestis dabit bona petentibus se? Lucæ 11. Item Paulus ait, obediendum esse hominibus, quanto magis Deo? Rom. 13. Rechabitæ obedierunt patri suo, vt non biberent vinum diebus vitæ suæ: quanto magis nos obedire debemus Deo? Ierem. 35.

*Argumēta  
fatis firma  
cū ab hu-  
manis or-  
dinatione  
diuinæ ar-  
gumenta-  
mur.*

*Argumēta  
ab affecti-  
bus huma-  
nis parum  
firma.*

*Nature hu-  
manæ ma-  
litiæ.*

Si autem ab affectibus humanis sumuntur argumenta, non valent. Exempli gratia: Homo diligit seipsum super omnia, ergo multo magis diligit Deum. Item, Diligo meipsum, ergo plus Deum: minus bonum diligo, ergo plus maius bonum. Quia affectus malos diligere, non est ordinatio diuina, sed diabolica deprauatio. Qui enim amat vitam suam in hoc mundo, perdet eam, Ioan. 12. Verum quidem est, quod nemo possit carnem suam odio habere. Ephes. 5. nec hoc iubet Deus: sed ne quis amet se plus quàm Deum, nec sua plus quàm animam propriam. Sed ea est nostræ naturæ malitia, vt potius nos amemus, quàm Deum, malimusque nostram facere voluntatem, quàm Dei.

2. Secundo recenset Apostolus quale fuerit fœdus illud, aut pactum

pactum Dei, cum Abrahamo initum, & quando datum, cum *Fœdus & ait: Abrahæ dictæ sunt promissiones, sicut in Genes. legitur per di- pactū Dei uersa capitula, Genes. 12. 15. 22. 26. & 28. Et semini eius: More cum Abra Hebraico loquitur, Abrahæ dictæ sunt promissiones, id est, factæ sunt promissiones: & semini eius, tanquam in quo, & per le sit, & quod implendæ essent, respicit Apostolus scripturam supra quando citatam, quæ est Gen. 22. datum.*

Non dicit *Et seminibus, quasi in multis: sed quasi in vno. Et semini tuo, qui est Christus.* Vult dicere; dicit liber Geneseos semini Abrahæ factas fuisse promissiones, & non seminibus, ne quis exillimaret promissiones illas factas fuisse in multis Iudæis, sed in vno tantum, qui est Christus. Huc spectat illud Psalmographi, Benedicentur in ipso omnes tribus terre, & omnes gentes magnificabunt eum. Et hoc Danielis 7. Omnes populi tribus & lingue seruient ei. hinc promissione completa Seruator ait, Ioan. 14. Nemo venit ad Patrem, nisi per me, id ipsum quoque subsignauit Apostolorum princeps, Act. 4. Non est, inquiens, aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat eos saluos fieri.

*Promissio  
facta est nō  
in multis  
Iudæis, sed  
in vno  
Christo.*

*Hoc autem dico, testamentum confirmatū à Deo: quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandam promissionem,* Vult dicere, Promissiones, quas scriptura continebat, erant literæ testamenti Dei. hæc literæ paulò post cōfirmatæ sunt & munitæ sigillis circūcisionis, & multò post alijs cæremoniis legalibus. Ordo ergo verborum iste est, Lex scripta quæ facta est, id est Mosi data in monte Sinai post quadringentos & triginta annos, incipiēdo hanc computationē annorum à tempore promissionis, quæ primo facta est Abrahæ venienti de terra Chaldæorum, non irritum facit testamentum confirmatum, id est, promissionem Abrahæ factam per Christum tunc adimplendam, modò impletam, atque diuino iuramento firmatam, non cassat neque falsificat, ad euacuandam promissionem, hoc est, ita vt præfatam promissionem priuet suo effectu, seu eius impletionem impediatur: quod tamen faceret, si per legem daretur benedictio illa præfata, quæ est hæreditas seu salus æterna. hæc namque promissio ad Abraham facta est diu antequam Lex Mosi data est, & antequam Moses natus est, Si ergo bonum per eam promissum vtpote benedictio ista daretur per Legē. primo sequeretur quod non esset ex promissione. Secundo, quod frustra fieret mētio de semine Abrahæ, quod est Christus. Tertio quod Abraham, Isaac & Iacob, ceterique electi qui ante legem fuerunt, diuina benedictione seu gratia caruissent, nec æternam hæreditatē iam essent adepti, quoniam ante legislationem defuncti sunt: vnde certissimè constat, quod à principio mundi per fidem Christi futuri dabatur

*Lex non  
facit irritū  
Dei promissio-  
nem.*

*Promissio  
Abrahæ facta diu ante legem.  
Per fidem  
Christi futuri data  
fuit hominibus bene-  
dictio à  
principio,*



hominibus benedictio gratiæ ac salutis, idcirco subiungitur.

Nam si ex Lege hereditas: Hoc est, si virtute legis scripte, datur hominibus gratia felicitasque æterna, iam nõ ex promissione Dei daretur, & sic Abraham esset frustratus spe sua, quod dici non potest, nam Lex quadragesimo & triginta annis post promissionem de Christo, Abraham data, non sustulit eam, neque si citius venisset, aliquid derogasset ei.

Abraham autem per re-promissionem, sibi de Christo factam sapius, seu per fidem Christi promissi: donavit Deus, hereditariam scilicet benedictionem cælestem, de qua in Genesi cap. 15. ait ad eum, Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Summatim vult dicere, Ex promissione data est benedictio, non ex Lege, Lex exigit: fac hoc. Promissio donat: Accipe hoc. Hic notabimus quid sit promissio & Lex, & quantum distent, quod nempe Lex dominium habeat in carnem, promissio autem regnet suauiter in conscientia. Exerce igitur homo Legem in terra, & ambula carne in terris, per charitatem: Exerce quoque promissionem in cælestibus: & ambula spiritu in paradiso, per contemplationem, Coloss. 3.

Proinde notabimus hic, quod benedicere, sit à maledicto legis, à peccatis, satana & inferno, liberare. Tertio, quod benedictum semen, est Christus, qui Abraham veluti testamento promissus atque donatus fuit. Hanc promissionem dedit Deus, 1. Adæ in Paradiso, cum dixit ad serpentem, Inimicitias ponam inter te & mulierem, & inter semine tuum, & semen illius, Genes. 3. 2. Ante Circumcisionem Abraham anno decimoquinto, cum dixit, In semine tuo benedicentur omnes gētes. Gen. 12. 13. 22. Et ante Legis traditionem annis quadragesimo atque triginta, ut omnes homines viderent, à Deo non esse datum huiusmodi testamentum ex debito, sed ex mera gratia.

3. Tertio, recitat Apostolus cur data sit Lex, satisfaciens nostræ dubitationi, quia ex præinductis sequi videretur, Legem fuisse omnino inutilem, cum ait, Quid igitur Lex? id est, Ad quid data est, & quæ eius utilitas? Respondent, Propter transgressionem posita est: id est, propter peccata hominum reprimenda ac punienda data est: ut saltem timore penarum quæ determinantur in Lege, retraherentur à vitis, donec veniret semen cui promiserat id est, Christus per incarnationem suam mundum intraret, de quo Deus promissit, quod per ipsum impletentur promissiones ad Abraham factas, Genes. 22. Summatim vult dicere, sicut res distincte sunt, sic usus rerum. Lex ne sibi usurpet alienum officium, & usum, scilicet iustificationis ante gratiam, quia neminem iustificat, nec ad perfectionem quicquam adducit, Hebr. 7. Nec id mirum, ut quæ non in hoc data fuerit, idcirco illud officium debet relinquere gratiæ, promissioni, fidei & charitati. Est autem duplex Legis

Benedictio ex promissione data est, & non ex Lege. Promissio et Lex quantum distent.

Benedicere quid sit. Benedictum semen Abraham promissum Christus. Promissio data non ex debito sed ex mera gratia. Lex cur data sit.

Lex neminem iustificat. Lexis usus duplex.

usus

usus, Civilis, ordinatus ad transgressiones coercendas; & Theologicus, siue spiritualis, ordinatus ad transgressiones augendas & reuelandas. Post gratiam verò hæc eadem facit in malis, sed in bonis, cum gratiam habeant, superant eas concupiscentias, quas lex iubet coercendas, & implent legem vltro. Lex tantisper dominatur in conscientia, dum fructum seminis benedicti peccator, per fidem & sacramentum, non fuerit consequutus.

Ordinata per angelos, id est, lex ordinatè collata à Deo per angelos Moysi, atque per Moysen populo, sicut in Act. 7. Stephanus dixit Iudæis, Accepistis legem in dispositione angelorum, in manu mediatoris: hoc est, lex ista posita est in potestate Christi, ita quod potuit eam immutare, perficere, eique finem imponere, nec esset necessariò ei subiectus: propter quod apud Matth. 12. protestatur, d. Dominus est filius hominis, etiam sabbati. Mediator autem vnus non est: duntaxat, sed duorum extremorum, inter quæ mediat, eademque conuertit. Deus autem vnus est, in essentia: hoc est, licet Christus sit mediator Dei & hominum. 1. Timoth. 2. est tamen idem Deus cum Patre & Spiritu sancto. vult ergo dicere Apostolus, Lex per angelos tradita est, Euangelium per ipsum dominum. Quare euangelium excellit legem: quia lex est vox serui, Euangelium autem vox est Domini.

Sunt autem mediatores, Moses qui agit mediatorem inter legem & populum, quemadmodum fateretur, Deuter. 5. Ego sequer, & medius fui inter dominum & vos, tamen non tollit terrorem conscientia: sed reuelat iram Dei, atque auget peccata. Rom. 7. 5. & 7. Et Christus, qui agit mediatorem inter Deum & hominem, opponit se ire legis & tollit eam, & satisfacit legi in suo corpore per semetipsum: datque gratiam & spiritum, quo ab eius maledicto liberemur, Gal. 3.

Inter Deum & Deum nõ est mediator. Deus enim neminem offendit: ergo non indiget mediatore. Lex ergo aduersus promissionem id est, nunquid sequitur ex his quod lex sit promissioni diuine contraria, ita quod ex lege datur salus & gratia? Absit, inquit, promissio non nititur lege, sed veritate Dei, non enim promissit Deus, nostra motus dignitate, meritis, operibus: sed ex mera gratia bonitate, & misericordia promissit.

Si enim data esset lex que posset viuificare: vitam gratiæ conferendo, atque ad vitam gloriæ perducendo. verè ex lege id est, legis obseruantia, esset iustitia infusa ac meritoria, sufficiens ad salutem, absque fide Iesu Christi. Sed lex non est data ad iustificandum, viuificandum, & saluandum: sed ad occidendum & damnandum, contra opinionem omnium hominum. Sed conclusit scriptura, id est lex verus, seu Mosaricæ legis scriptura, omnia genera hominum, seu vniuersos Iudæos, sub peccato, nõ solum

Lex per angelos data: Euangelium per Christum. Mediatores Moses & Christus. Moses qualis mediator. Mediator qualis sit Christus.

h 5

origi-



originali, sed etiam actuali. Per legem namq; erat directè peccati cognitio, Rom. 7. ac indirectè peccati augmētatio 1. quia in verita nitimur, id est, ad prohibita magis afflicimur. 2. quoniam post prohibitionē grauius est peccare, quā antè. Hinc ait Psalmista, Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, &c: Et Isaiæ 53. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit.

*Vt promissio*, id est, promissa beatitudo & gratia ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Quia per fidem Christi vērū salutē adepti sunt electi, qui ante aduentū eius fuerūt, nec opera illorum meritoria erant, nisi per fidē hanc, quemadmodum electi qui postea extiterūt per fidem Christi incarnati & missi, salutem sunt consequuti, & consequuntur quotidie. Politia nanque & omnium gentium leges, quātumuis bonę & necessarię, si sunt extra fidem Christi, nullū habent meritum ad vitam conferēdam suis obseruatoribus, nisi accesserit promissio ex fide Iesu Christi, qui est glorificandus in secula. Amen.

*Promissio  
ex fide da-  
tur Iesu  
Christi.*

## EPILOGVS.

1. *Repromissiones ad Abraham ante quadringentos triginta annos datae sunt, quod in semine suo, quod est Christus, vniuersae nationes benedicerentur. Et Iesus Christus minister fuit circumcisionis pro veritate dei, ad confirmandas promissiones Patrum, Rom. 15.*

2. *Lex propter transgressiones posita est, vt acciperet homo præcepta, superbe de viribus suis fidens: in quibus desiciens, & factus etiam præuaricator, liberatorem, saluatoremque requireret.*

3. *Lex data est, vt gratia quæreretur. Gratia data est, vt lex impleretur, nisi lex esset, conscientia non esset, peccatū non cognosceretur, non humiliaremur, atque ita gratiam non desideraremus. Conclufit ergo hæc omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi detur credentibus.*

## DOMINICA EADEM

## EVANGELIUM.

*Lucæ, 10.* **I**n illo tempore dixit Iesus discipulis suis, *Beati oculi qui vident que vos videtis: dico autem vobis, quod multi prophetae & reges voluerunt videre que vos videtis, & non viderunt: & audire que vos auditis, & non audierunt. Et ecce quidam Legisperitus surrexit tentauit eum, dicens, Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum, In lege quid scriptum est? quomodo legis? Et ille respondens, dixit, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum sicut teipsum. Dixitque illi, Recte respondisti: hoc fac & viues. Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum, Et quis est meus proximus? Suspiciens autem Iesus, dixit, Homo quidam descende-  
debat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiã despoliaue-*

788

*rant eum, & plagis impositis, abierunt semiuuo relicto. Accidit autem vt sacerdos quidam descenderet eadem via, & viso illo, præterijt. Similiter & Leuita quum esset secus locum, & videret illum, pertransijt. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum, & videns eum, misericordia motus est, & appropians alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinū: & imponens illum in iumentum suū, duxit in stabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait, Curam illius habe, & quodcumq; supererogaueris, ego quum rediero, reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui inridit in latrones? Et ille dixit, Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus, Vade, & tu fac similiter.*

**I**n hoc Euangelio Christus potissimum tria facit.

1. **Primò prædicat discipulos suos beatos, non ab oculorū exteriori visu: alioqui enim omnes qui vidissent Christū, nempe Pontifices, Pharisei, Pilatus, milites, atque Iudæi omnes, & Gentes, beati prædicarentur & essent: quod est falsum. Nam de istiusmodi dicit Saluator Ioan. 15. Nunc autem viderunt, & oderunt & me & Patrem meum. Sed propter salutiferi temporis præsentē gratiam. Quia is apparuit in carne, quem omnes prophetæ prædixerunt, Baruch 3. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est, nempe benedictum semen Adæ, Abraham, & Dauidi promissum, quod contritum esset caput serpentis, in domo Iacob regnaturum, Genes. 3. Luc. 1. Super solium Dauid sessurum in æternum, in quo benedicerentur omnes gentes, Genes. 22. & quod redempturum esset Israel, Psalm. 129.**

*Beati disci-  
puli prædi-  
cantur, non  
ab oculorū  
visu, sed  
ob tēporis  
præsentem  
gratiam.*

Si regina illa Saba dixit Salomoni, 3. Reg. 10. *Beati viri tui & beati serui tui, qui astant corā te semper, & audiunt sapientiam tuam: quis non beatū eum arbitraretur, qui tantum mundi saluatorem præsentem audiret atq; videret? Abraham gaudebat, quod in spiritu videret Christum nasciturum, Ioan. 8. Prophetæ eius præsentiam lachrymis, suspirijs, gemitibusq; videre optabant. Exod. 4. ait Moses, Domine mitte quem missurus es. Dauid orauit Psalm. 143. Domine inclina cælos tuos & descende. Item septuagesimonono Psal. Excita potentiam tuam & veni, vt saluos facias nos. Ostende faciem tuam, & salui erimus. Et sponsa in Canticis primo capite, Osculetur me osculo oris sui. Item octauo capite, Quis mihi det te fratrem meum? Isaias quoque dixit sexagesimoquarto capite, Vtinam dirumperes cælos & descenderes. Simeon petebat ne è viuīs discederet prius, quā Christum natū videret, Luc. 2. Augustinus desiderabat Romam videre florentē, Paulum in sermone, Christū in carne, nec voti cōpotes facti sunt, eo quod necdum plenitudo illa tēporis aduenerat, in qua decreuerat Deus  
pater*

*Sanctorum  
patrum piū  
desideriū.*

pater mittere filium suum in similitudinem carnis peccati. Apostolorum itaq; felicitas plusquam regia, eorumq; dignitas plusquam prophetica predicatur, qui omnia propter ipsum reliquerant, & multa perpeffuri erant. Viderunt namque eum benignè conuersantem, audierunt gratosè prædicantem, viderunt virtuosè operantem, Ioan. 10. miraculosè se transfigurantem, Matth. 17. 2. Pet. 1. gaudiosè resurgentē, Ioan. 10. gloriosè ascendentem, Act. 1. & quod oculis viderunt, hoc corde crediderunt ad iustitiam, & ore confessi sunt ad salutem.

Prædicabatur olim ante Christi aduentum Euangelium de Christo venturo, sed prophetis figuris, & oraculis inuolutum. Prædicabatur quoq; Christus nasciturus, sed non in vniuerso mundo, sed in Iudæa tantum: non omni creaturæ, sed quibusdã familijs & certis hominibus, veluti Simeoni, Annæ, beatæ Virginis, & eius parentibus Zachariæ & Elizabeth. Sed modò in vniuerso mundo, & omni creaturæ prædicatum est Euangeliũ hoc. O nos beatos, ô beatos oculos, qui vident quæ nos videmus! ô beatas aures, quæ audiunt quæ nos audimus. Auditur à nobis Christus quoties catholico sensu verbũ eius denuntiatur: iuxta illud, Qui vos audit, me audit. Et qui verè fideli mente præditi sunt, videntur sibi videre & audire omnia miracula, omnemq; doctrinam oris Christi, quoties per lectionem euangelicam tremendaq; mysteria, doctrinam Christi & facta Ecclesia fidelibus repræsentat. Hinc dicit Ioan. 10. Beati qui non viderunt, & crediderunt. Par itaque nostra fors Apostolorum beatitudini, qui oculis fidei videmus Christum filium Dei viui, hoc est, verum Deum ex Deo exisse in mundum, & ex virgine verum hominem natum. 1. Ioan. 4. Omnis spiritus qui confiteretur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est, quiq; eundem glorificatum iam, & gloriosum mente contemplamur, propediem eo cum ipsis angelis fruituri, Matth. 15. 1. Corinth. 15. Isa. 33.

Sunt etiam multi principes, sunt aliquot reges, sunt multi populi qui audiunt euangelium, sed non euangelium Christi, sed diaboli, hoc est, hereticorum. De his dicit Ecclesia, O miseros oculos, qui vident quæ vos videris: ô miseras aures, quæ audiunt quæ vos videtis! Quis est mendax, nisi is qui negat quoniam Iesus est Christus? Hic est antichristus qui negat patrem & filium, 1. Ioan. 2. Item 4. cap. Omnis spiritus qui solus Iesum, ex Deo non est. & hic est antichristus, de quo audistis quoniam venit, & nunc iam in mundo est.

Et ecce quidam legisperitus surrexit tentans illum. Occasionē tentandi sumpserat ex verbo Christi quo dixerat, Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cælis. Sed totus arrogans fuit legisperitus iste superbus, ac dolosus. Opinabatur enim, quod ex respon-

Matth. 16.  
Ioan. 15.

Aures & oculos Christianorum etiam prædicantur beati.

Sors nostra par est Apostolorum beatitudi-  
cini.

Euangelium multi audiunt, non Christi, sed diaboli.

Occasio tentandi, unde.

responsis supplantare Dominum posset. Hinc surrexit, vt ab omnibus videretur & audiretur, ac doctus haberetur, ac velut ex intima legis cognitione quæstionem propositurus. Nam Paulus ait, 1. Cor. 8. Scientia inflat. Sed teste Ambrosio. erat verba legis tenens, & vim legis ignorans.

Magistrum nominat, quo facilius decipiat. Prouerb. 11. Simulator ore decipit amicum suum. Vnde Chrysost. Significat hic sanctorum laudatores, non imitatores, vel curiosos doctores, qui ore quidem magna prædicant, & opere nec minima seruant, Matth. 23.

Quid faciendo, inquit, vitam æternam possidebo? Hoc tamen opinabatur, non auditores aut nudè credentes iustos fore, sed factores legis, Roma. 1. Tradux quippe professio est, fideles eos qui benè agunt iustificatos, in æternam beatitudinem recipiendos, eos vero qui malè egerunt, in ignem æternum deturbandos, Ioan. 5. Matth. 25. In possessione autem vitæ æternæ vera consistit beatitudo, quæ omnem perfectionem includit, & imperfectionem excludit, Apoc. 21. Solus autè verè beatus dicens est qui vitam æternam possidet, cum securitate non amittendi, quare angeli ante confirmationem non fuerunt beati.

Dominus tentatorem legis ad legem reducit, in qua mirè gloriabatur, vt suis verbis sibi ipsi satisfaceret. Quod quæris ex me, inquit, hoc alij debebant ex te discere, siquidem tu legis scientiam profiteris. In ea quid scriptum est? Magnates item Ecclesiæ hic admonēs, vt quemadmodum dignitate plebi prænitent, ita & religionis & eruditionis eminentia cæteris præstare studeant, vt iuxta diuini Petri sententiam, 1. Canon. tertio capit. sint parati semper ad respondendum cuilibet petenti rationem, &c.

Respondit quæ legerat, non quæ fecerat. En veritatis potentiam. Velint nolint maligni, veritas Domini manet in æternũ. Quo magis inimici veritatis & tentatores fidei insurgunt, eo magis veritas elucescit. Opposita namque iuxta se posita magis elucescunt. Legisperitus hic Christi potentia, iustar Caiphe prophetantis verbum Domini, secundum veritatem interpretatur. Præcepta legis (quæ secundum Lyranum ex Rabi Cambaio, sunt sexcenta & tredecim) artificiosa methodo complexa recenser, ex Deut. 6. Diliges dominum deum tuum, &c. & proximum tuum sicut teipsum, Leuit. 19.

Secundo igitur complectitur duobus his præceptis totius legis summã, & ait, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum sicut teipsum. Hoc est, nulla creatura tibi sit tam cara in mundo, quam Deo præferas, nullaq; sit in te anima & corporis facultas aut potentia, cuius virtutes in Deo amando non

Matth. 22  
Marc. 12  
Sanctorum laudatores, nō imitatores.

Beatitudo vera consistit in possessione vitæ æternæ.

Prælati ecclesiæ vt dignitate prænitent, ita religione & eruditione cæteris præstare debent. Potentia veritatis. Maxima philosophica.

Summa totius legis duobus præceptis comprehenditur



non adhibeas. Omnes cogitationes tuæ, verba, opera, consilia cedant Deo: Omnia quæ habes & possides corpore, anima, carne, spiritu, membris, nervis, sensibus, submitte Deo: vt omnia à capite vsq; ad calcem, internè & exterrè, Deo & proximo sint subiecta, idque sine rancore & rēdio: nihil impudicum videant oculi, impurum aut obscœnum audiant aures, nihil turpe loquatur os, nil mali faciant manus & pedes, ac reliqua membra: nihil mali cogitet cor, aut velit voluntas, nihil mali meminerit memoria, aut mali intelligat mens. In summa oportebit hominem esse cogitatione sanctum, verbis humanum & modestum, operibus iustum, visu castum, sermone verè candidum, corde iustum, animo simplicem, conscientia mundum.

*Hominem quo modo esse oportet*

*Modus diligēdi Deū est sine modo.*

*Dilectio proximi est cum modo.*

*Duo circa dilectionē proximi obseruāda.*

*Matth. 20.*

*Præcepta dilectionis dei et proximi cur data sunt.*

In dilectione Dei modus non ponitur, quia teste Bern. Modus diligendi Deum est sine modo. Quia creator ad esse, Malach. 2. & conseruator, Sapient. 11. quia recreator ad bene esse, Ioan. 1. Iac. 1. & glorificator in optimo esse. Psal. 83. Gratiā & gloriam dabit Dominus. Item quia summum bonum, summum pulchrum, & summus amor. In dilectione verò proximi ponitur modus, quem eodem affectu diligere quo nos iubemur. August. Beatus qui amat te, & amicos in te, & inimicos propter te: Solus enim nullum charum amittit, cui omnes chari sunt in illo, qui non amittitur. Sic ad eundem finem quo te ipsum diligis, diligendus est & proximus, id est, ad gratiam in præsentī, & gloriam in futuro.

Duo circa dilectionem proximi obseruāda, vt beneficij impensione foueatur, & malitia nulla lædatur, Matth. 7. Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim lex & prophetæ. Et quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias, Tob. 4. hac nimirū de causa, quia omnes fratres sumus, Matth. 23. vnum patrem habentes. Malach. 2. Matth. 6. Eodem fonte regenerati, Ioan. 3. Ephes. 4. Eodem pretio redempti, 1. Corin. 6. & 1. Pet. 1. Eodem pabulo recreati, 1. Cor. 10. Eodem præmio remunerandi.

Hæc præcepta ideo data sunt, vt nostram fragilitatem & imbecillitatem ex eis discamus, & ad Dei misericordiam suspiremus. Nam si hæc præcepta respexerimus, & contemplati velut in speculo fuerimus: animaduertemus nos legē Dei ne à limine quidem salutasse, nedum perfectè compleuisse, vt merito dicere debeamus quod serui inutiles simus, Lucæ 17. Quemadmodum & Christus huic legisperito respondet, Hoc fac, & viues: quasi nondum quicquam fecisset: ac si diceret, Tenes quid sit optimum, nihil superest, nisi vt præstes quod intelligis. Id si feceris, viues. 1. Ioan. 3. Non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate. Neque enim cognitio legis dat vitam, sed obseruatio. Per actiones namque legis, non per

solam

solam fidem, ex definitione Christi, & vltima eius sententia, viuimus in gratia, & æternum viuemus in gloria: nō, inquam, sola fide, quemadmodum falsi prophetæ docent miserum populum.

Ille autē volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus? Huic hominum generi mos erat perpetuus corā mūdo sanctuli velle haberi: etiam si alias pessimi omnium erant, sicuti Matth. 23. Dominus sepulchris dealbatis eos comparat, & discipulos præmonet, ne ad illorum exēplum, iustitiā suā faciant coram hominibus, vt videantur ab illis, Mat. 6. Quid enim proderit nobis, si ipso Helia & Ioanne baptista sanctiores pareamus hominibus, cum interim Deo intrinsecè simus nephandissimi, pleni odio, auaritia? &c. Nemo ergo se iustificare præsumat, quisque hoc malum in se falsæ iustitiæ impugnat conetur, nemo coronet seipsum, iudicet potius & humiliet seipsum homo, & dicat, Inutilis seruus sum, quod facere debui, feci, Hierem. 9. Non gloriatur sapiens in sapientia sua, nec fortis, &c. Nam omnes iustitiæ nostræ sunt sicut pannus menstruæ. Is. 64. Et Paulus dicit, Nihil mihi conscius sum, sed in hoc iustificatus non sum.

*Sanctitas hypocritica.*

Domini ergo responso tactus Phariseus, quoniam tumebat inani gloria, perinde quasi abundè præstitisset præceptū de diligendo Deo, quæstionem mouet de proximo, quasi Deum diligeret, qui in proximum inmitis ac maleficus esset. Iudei verò proximum neminem fermè interpretabantur, nisi de suæ gētis hominibus, existimantes sibi fas esse odisse exteros, fallere, imponere, ipsisq; scœnerari, Deut. 23. nec in hos quicquā conferre beneficij. Vnde responsum Domini, quod erat detectio captiosæ interrogationis suæ, in sui laudem & gloriam (prout moris est superbiorum) conuertens, quod rectè respondisset, volēs doctior & iustior apparere, maioris fauoris factus est auidus.

*Iudeorum dilectio auaritia.*

3. Terriò ergo Saluator, quoniam conditor ipse erat, sciens nos omnes vnā creaturam, non opibus neque dignitatibus, sed natura definit proximum, atque eleganti parabola ostēdit quīnam sit proximus: quasi dicat, Ne igitur putes, quia iustus es, quod nullus tibi similis sit. Omnes enim qui eiusdem naturæ sunt, proximi tui sunt. Sis igitur vicissim tu illis proximus, non loco, sed affectione. Locutus itaque Dominus de primi hominis casu, suspexit in cælum, & ait,

*Proximus quis sit, eleganti parabola ostenditur.*

Homo quidā descendebat ab Ierusalem in Iericho. Ambros. Iericho figura huius mundi est, qui vt luna mutatur, in quem de paradiso, hoc est, beatitudine cælestis Ierusalem eiectus Adam, præuaricationis prolapsione descendit ad miseras & defectum huius vitæ mutabilis & erroneæ, cum intumescere cœpit:

*Iericho figura huius mundi.*

cepit: cui non loci, sed morum mutatio, naturæ suæ fecit exilium, Psalm. quadragesimooctauo, Homo, quum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

Latrones  
diaboli.

*Incidit in latrones*, (scilicet potestatem diaboli transfigurantis se in angelum lucis, 2. Corinth. 11. quum sit angelus noctis) in quos non incidisset, nisi ijs mandati cælestis deuius, se fecisset obnoxium.

Despoliatio  
est gratiæ  
spiritualis  
ablatio.

*Qui etiam despoliauerunt eum*, hoc est, indumenta gratiæ spiritualis, immortalitatis scilicet & innocentie, id est, iustitiã originalem abstulerunt. Vnde protinus ac spoliatus erubuit, faciens sibi perizomata, cui Dominus postea tunicas facit pelliceas, Gen. 3. emittens de paradiso voluptatis, & plagis impositis. Plagæ sunt naturalia vulnerata per culpam, qua humana naturæ integritas violata, & mors quasi fossis visceribus induta est: quod pulchrè de se fatetur Paulus Roman. 7. dicens, Scio quod non est in me, hoc est, in carne mea, bonum &c. lege ibidem. Item Galat. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, &c.

Plagæ quæ

*Abierunt semiuino relicto*. Nam immortalitatem erueri, sed rationis sensum abolere non poterant, quin homo Deum sapere & cognoscere posset, quia (secundum Boëtium) mentibus hominum inserta est cognitio veri, & amor boni. Psalm. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti lætitiã in corde meo. Habebat autem homo & ante lapsum in intellectu lympiditatem, in affectu rectitudinẽ, in memoria firmitatem, in affectu seu operatiua virtute fortitudinem, in sensu obedientiæ promptitudinem: at per peccatum intellectus factus est umbratilis, voluntas vertibilis, memoria labilis, virtus ad standum debilis, sensus rebellis. O deploranda commutatio conditionis humanæ! Ad eò miseris fecit homines peccatum.

Veri cognitio  
inserta  
est menti-  
bus homi-  
num.

Prou. 14.

*Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem via: & viso illo, præterijt. similiter & Leuita quum esset secus locum, & videret eum, pertransijt.* Sacerdos verò legalis & Leuita eadẽ via descenderunt, quia vna, qua & omnes, mortis conditione præuacationis & peccati descenderunt: vnde necesse habebant sicut pro populo, ita & pro se hostias offerre, Heb. 9. sed nec sacerdos, qui ob religionis professionem potissimum præstare debuerit Dei præceptum, nec Leuita, à quo meritò quis expectasset obseruationem præcepti diuini, quicquam opis attulit fratri ac populari suo. Lex enim & prophetæ vulnera ostendere, non autem curare potuerunt. Per legem enim cognitio peccati, Rom. 3. Sed nihil ad perfectam adduxit lex, Hebr. 7. Item 10. Impossibile est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Ideò ingredies mundum, dicit, Hostiam & oblationem noluiti, cot-  
pus

pus autem aprasti mihi: hulo caustomata & pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi, Ecce venio: In capite libri scriptum est de me, vt faciam, Deus, voluntarem tuam, in qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Christi Iesu semel.

*Samaritanus autem quidam iter faciens.* Samaritanus hic Dominus Iesus est, qui aliquando à Iudæis probri gratia talis dictus est, sed non offendit vniuersas orbis nationes ignominia vocabuli, quum rem nominis experiantur salutarem. nam Syris sonat custos. Ipse namque custodiens paruulos Dominus, Psalm. 144. & verus pascor, qui nihil è suis perire patitur, vnde venit querere & saluum facere quod perierat.

Samarita-  
nus Domi-  
nus Iesus,  
quia verus  
custos.  
Luc. 19.

Iter fecit, hoc est, propter nos homo factus iter præsentis vitæ arripuit. Ioan. 1. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. & Ioan. 16. Exiui à Patre, & veni in mundum. non tamen descendit eadem via: quia peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.

1. Pet. 2.

*Venit secus eum, & videns eum, misericordia motus est.* Descendens namque è cælo visere saucium dignatus est, quoque facilius opitulari posset, assumpta hominis natura, accessit proximè ad hominem, videns, ac visus, ac misertus nostræ calamitatis. Hebræor. 2. Vnde debuit per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi. Et Romanorum octauo, Quod impossibile erat Legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato damnauit peccatum in carne, &c.

*Et appropians alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum*, id est, vulnera est, peccata curauit, & vires animæ spiritualiter vulneratas, per virtutem passionis, & gratiarum charismata reformauit, deinde per sacramenta baptismi ac pœnitentiæ realiter suppleuit. vnde bene de eo dictum est Isaia 53. Verè languores nostros ipse tulit, & peccata nostra ipse portauit. Item Paulus Col. 2. Et vos cum mortui essetis in delictis, conuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta, delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis. Et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci.

Vinum est sermo eius terrore ad compunctionem incitans. Psalm. 59. Potasti nos vino compunctionis. Quale est illud Luc. 13. Si pœnitentiam non habueritis, omnes simul peribitis.

Vinum ser-  
mo ad cõ-  
punctionem  
inducens.  
Oleum ser-  
mo conso-  
latorius.

Oleum est sermo consolatorius, spem veniæ pœnitentibus promittens. Matth. 4. Pœnitentiam agite, appropinquabit regnum cœlorum. Item Matt. 11. Venite ad me omnes, &c. Item, Si quis sitit, veniat ad me & bibat, &c.

*Et imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curã eius egit.*

Ioan. 7.



Iumentum Christi caro.

egit. Iumentum caro Christi intelligitur, non ob bestialem utilitatem, sed propter obediētissimam subiectionem, atq; promptissimam seruitutem, qua animæ diuinitatiq; Christi semper paruit, ac seruiuit, vnde vir obediens loquitur Deo Psalm. 72. Ut iumentum factus sum apud te. Iumento faucium imposuit, nam ouem perditam humeris imposuit, & gaudens domum reportauit, Luc. 15. Peccata nostra ipse perulit in corpore suo super lignum.

1. Pet. 2.

Homo quādo super iumentū imponitur. Stabulum quod.

Tunc autem homo super iumentum imponitur Domini, & in stabulum ducitur, cū ad baptismum veniens, fidem sanctę Trinitatis percipit, & in societatem sanctę Ecclesię collocatur, Ioann. 3. Est enim stabulum diuersorium meritorium, vbi viatores suas deponunt sarcinas, & animalia reficiunt: sic in ecclesia peccatorum deponuntur onera, & reficiuntur lassipabulo verbi diuini, quo nullus ingreditur, nisi ductu Christi, Ioannis decimo.

Curam vulnerati egit personaliter, qui nullum peccatorem, quamuis humilem & abiectum, auersatus est, fidem suam, fideiq; dogmata dando: nam quamdiu in hoc seculo fuit, valde extitit pro hominum salute sollicitus, ad prædicandum hac illacq; discurrens, miracula faciens, pro hominibus orās, multos conuertens, discipulos quoque ad prædicandum mittens, Lucæ 10. Et Petrus ait Actorum 10. Iesum vnxit Deus Spiritu sancto & virtute, qui pertransijt benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo.

Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait, Curam illius habe: & quodcunq; supererogaueris, ego cūm rediero, reddam tibi. Non vacabat Samaritano nostro diu in terra manere, redeundum erat vnde venerat. Itaq; altera die, id est, post resurrectionem suam, quando amplior æternæ lucis splendor, quam ante passionem effulsit in mūdo; nam prima dies incarnationis erat, quando sedentibus in regione vmbre mortis lux orta est eis, Isaiæ 9. protulit duos denarios, id est, duo Testamenta. Vnius enim regis imaginem vtraque tenent, nempe quod eloquia Dei sint: hinc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas, Lucæ vigesimoquarto.

Prima dies incarnationis, altera resurrectionis.

Duo denarij, duo testamenti. Stabularij apostoli, eorumque successores.

Hospites aut stabularij, quibus ipse proficiscens in cælum, faucium curandum committit, promisso in cælis præmio, si quid ex abundantia charitatis supra quam præceptum erat, impenderint sanādo misero, sunt Petrus, cui dixit Ioan. 21. Pasce oues meas, cæteri que Apostoli, quibus etiam dixit Matt. 28. & Marc. 16. Euntes docete omnes gentes, eorumque successores in Ecclesia, Episcopi & pastores, quibus etiam 1. Pet. 5. commissum est, Pascite qui in vobis est gregem Domini.

Supererogauit Paulus, Ioannes, Petrus, Iacobus, Iudas reliquique

quique doctores Ecclesię, cū suis scripturis duo testamenta clariora reddiderunt. Vnde ait Apostolus 1. Thessal. 4. Qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui dedit etiam Spiritum sanctum in nobis. Supererogatio est consilium continentię, 1. Corin. 7. Item labor, quo Apostolus se sustentauit, gratis Euangelium annuntians, 2. Thess. 3. Quorum singulis dicturus est: Duos denarios tradidisti mihi, ecce alios duos præterea superimpendi. Cui & Dominus dicet, Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium Domini tui.

Supererogatio quid

Matth. 25

Rediturus namq; est Christus in morte, vel in futuro iudicio, Ioan. 14. redditurus vnicuiq; propriam mercedem, secundum suum laborem. 1. Corin. 3. Apocal. 22. Ecce venio cito, & merces mea mecum est, dare vnicuique iuxta opera sua. De hac mercede habetur Dan. 12. Qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellę fulgebunt in perpetuas æternitates.

Christus quando rediturus.

Adaprat autem Dominus parabolam, dicens: Quis horū trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui fecit misericordiam in illam. Et ait illi Iesus, Vade, & tu fac similiter. alludens quæstioni factæ: Quid faciendo? Docere itaque vult, vt parati simus ad misericordiam, & conemur esse proximi ijs, qui indigent nostro subsidio.

Proximi qui indigēt nostro subsidio.

Parabola planè hæc tota est parænetica. Primò ex ea possumus sumere prouerbiū, & dicere, periculo sum esse ab Ierusalem in Iericho descendere, hoc est, ab ecclesia in hæreticorum latibula deficere, vel è vita monastica ad secularia negotia redire, &c.

Prouerbiū periculo sum ab Ierusalem in Iericho descendere.

Præterea, legis sacerdotes hinc pessimè audiunt & traducuntur immisericordię inhumanitatisq; sacerdotum noui Testamenti infamiam eam veteris Testamenti sacrificulorum abolerent, sed pro pudor, perpetuant, imò etiam augent. Mulierum & equi aurum inter dentes mandunt, & pauperes fame pereunt, vt non ineptè de eis verificetur illud Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti, nihil patiebantur super contritione Ioseph, Amos 5.

Huiusmodi quoq; verbis conuincit Christus legisperitum cum omnibus Iudæorum proceribus, vtpote pōtificibus, pharisęis, sacerdotibus, scribis, nondum impleuisse legem: docetq; non sufficere ad salutem fidem solam, nisi charitatis opera accedant. Credebar sacerdos, credebat lenita, sed proximo charitatis opera non impendebant: ideo hinc à Christo reprehenduntur, & tacitè damnantur. Quid tergiuersantur hinc hæretici, qui manifestè errantes, & volentes Christi doctrinam reijciunt? Det illis Deus meliorem mentem. Amen.

Sola fides non sufficit ad saluand.

Docemur etiam dignitatē nullius esse momenti apud Christum,

*Dignitas nullius momenti in causa iustificationis.*

stum in causa iustificationis. Nam dignitas nos facit maiores, sed charitas meliores. Maioris dignitatis erat sacerdos ac leuita, sed melior Samaritanus: quia charitatem habuit, exercuitque in proximum. Sacerdos & leuita ratione officij, vel sanguinis coniunctione, merito debuissent curam vulnerati Iudæi suscipere, sed nihil minus fecerunt, nam viso eo prætereunt. Samarita, quem Iudæi odio prosequuntur, misericordia motus, accessit, curam eius egit. Quod exemplum iussit Christus legisperitum imitari, dicens, Vade, & tu fac similiter. hoc est, Non solum amicis tuis, sed etiam inimicis tuis, atque his qui tibi malefaciunt, benefac, Prouerb. 25. Matth. 5.

*Aliud mysterium.*

*Nota.*

Omnes per sacramentum baptisimi ciues facti sumus Ierosolymæ celestis, in librum Dei inscripti, & in castra Christi ingressi, vt sub illius signis, tanquam fideles stipendiarij fortiter contra satanam, & mundum, & carnem pugnemus. Sunt enim nobis proposita optima stipendia, remissio scilicet peccatorum in hac vita, gratia ad actiones iustitiæ perficiendas: in futura verò vita est nobis proposita vita æterna, quam quotidianis pugnis, atque alijs operum meritis coronâ iustitiæ nobis comparabimus. Sed descendentibus nobis ad Ierusalem, hoc est, si animus & voluntas in mala opera inclinauerint, ita vt ad impiam ciuitatē Iericho, & ad voluptates huius seculi descendamus, incidimus in latrones, in diaboli potestatem, qui nos spoliat, gratiâ eripit, animâ sauciat, corpus scædat, atque in omnibus naturalibus & spiritualibus viribus vulnerat: ita vt quâuis fidē non auferat, debilitet tamen, charitatē adimat, in spe fluctuantes faciat, omnibusque corporis & animi bonis gratuitis sublati, & naturalibus læsis, semiuiui relinquamur. Sacerdos, & leuita, hoc est, Lex, Iudaismus, Lutherani nos deserunt: Samarita, Iesus Christus filius Dei, accedit, vulnera nostra obligat, infundens oleum & vinū, facit nobis prædicari Legē & Euāgelium, sine quibus impossibile est consequi vitam æternam. Deinde ponit nos in suum iumentum: hoc est, humeris suis impositos transfert ex itinere diaboli in xenodochium Dei, quod est ecclesia catholica Romana. Commendat nos verbi diuini ministris, donec ab omnibus peccatis erepti & sanati, transportentur cum electis in cæleste diuersorium, in vitam æternam. Amen.

EPILOGVS.

*Beatitudo discipulorum.*

*Duo præcepta dilectionis.*

1 *Beatitudo discipulorum Christi, quibus se & Patrem filius Dei reuelauit, & mysteria regni celorum sapientibus & prudentibus abscondita aperuit, Matth. 11.*

2 *Duo præcepta de diligendo Deo & proximo, complectentia quid sit optimum, Atqui non cognitio, sed observatio vitam dat.*

3 *Quis*

3 *Quis sit proximus, ex parabola ostenditur. Iudæi proximi nomen de sua gentis hominibus interpretabantur, putantes sibi fas esse odisse non proximos. Declarat Christus quenquam, siue Gentilis, siue Iudæus, qui opera nostra indiget, cui exhibendum est opus misericordiæ, nobis proximum esse.*

DOMINICA DECIMA QVARTA

POST TRINITATEM,

EPISTOLA.

**F**RATRES. spiritu ambulate & desideria carnis nō perficietis: caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcunque vultis, illa faciatis: quod si spiritu ducemini, non estis sub lege. Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, emulatiōnes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, hæreses, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico vobis sicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum dei non consequentur. Fructus autē spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Aduersus huiusmodi non est lex: qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs.

**I**N HÆC Epistola Paulus facit tria. 1. Primò hortatur Christianos vt in spiritu ambulent, hoc est, vt prauis affectibus & concupiscentiis carnalibus resistant, & acceptā fidem ac charitatem bonis operibus exerceant, vt scilicet carni nō per omnia morem gerant, occasione vlciscendi nacta, non se vindicent, in turpitudinem aliquam non consentiāt, & bonis operibus insistant. Hoc est quod dicit, *Spiritu ambulate, & desideria carnis nō perficietis.* Quasi dicat, Nō eritis à malis cogitationibus immunes & vacui. Nā satan, mundus, & homines mali, ansam vobis præbebunt ad iram, vindictam, intidiam, ac odium: quæ vitia non nisi per diuinum auxiliū deuitare potestis, & efficere, ne in eadem crimina consentiatis: vt restatur exemplum in vitis Patrū. de fratre à malis cogitationibus liberare cupiente. Omnis nostra sufficientia ex Deo est, inquit Apostolus.

2. Secundo, describit hinc Christiani hominis vitā, nempe luctam perpetuam contra Diabolum, mundum carnemque propriam, quū ait, *Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem.* Docetque qualibus cōsolationibus & armis eiusmodi athletæ ac pugilēs sint confirmandi, ne desperabundē in grauibus tentationibus animum despondeant, carni acquiescant, desiscant, & in lucta deficiāt. Nam eiusmodi hostes, & eorū lucta durabunt per totam hominis vitam, & nulla certa pax in terris speranda est, sicut Christus ait Ioan. 16. In mundo presuram habebitis, in me autem pacem.

i 3

In

*Galat. 5.*

*Spiritu ambulare quid.*

*2. Cor. 3.*

*Vita hominis Christiani, perpetua lucta*



In pugna corporali aliquando interquiescere licet in spirituali nunquam. Luc. 11. Pauli.

In pugna corporali licet aliquando interquiescere, vt hyberno tempore, & diebus induciarum: in spirituali autem non licet vel ad momentum arma deponere, sed semper paratos in acie stare & pugnare. Nam aduersarius noster diabolus non dormit, sed tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, 1. Petri 5.

Hanc lucram sentiebat Paulus in membris suis, & eius importunitate, atque continuâ rebellionẽ fatigatus dicebat, Video aliam legem in membris meis, captiuantem me in lege peccati. Nõ quod volo bonum, hoc ago, sed quod odi malum, illud facio: id est, vt inquit Augustinus, Nolens concupisco contra legem Dei. Scio quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Nam velle adiacet mihi: perficere autem bonum non inuenio, Romanorum 7. Tantam vim inferebant hi luctatores Paulo, vt voce lamentabili exclamaret, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et cognoscens vnde speranda sibi esset virtus ad vincendum, ait: Gratia Dei per Iesum Christum.

Nemo propria virtute victor in hac pugna.

Discamus hinc, neminem propria sua virtute ac vitibus posse in hac lucta victorem euadere, nisi gratia Dei per Iesum Christum. In Deo faciemus virtutem, ait Psal. 59. Item Psalm. 43. Brachium eorum non saluabit eos: sed dextera tua & brachium tuum, &c. In te, ait ibidem, inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.

Obiectio tanta diluitur.

Mox quædam subijcit Apostolus, dignissima profectò que considerentur ab omnibus Christianis, nempe, Si spiritu ducimini non estis sub lege. Diluit autem hic Apostolus tacitam obiectionem, quam viri iusti obijcere poterant, scilicet: Est gratia admodum, & perturbat maximè nostras cõscientias, non posse non concupiscere, & habere legem, quæ tanta seueritate & imperio iubeat, Non concupisces. Quibus respondet Paulus. Si spiritu ducimini, non estis sub lege. q. d. Qui semel consecutus in sacramentis spiritum gratiæ, & eius instinctus obseruat ac sequitur, totumque se præbet gratiæ spiritus, talis lex non est molesta, nec cogitur lege, sed est supra legem: quia etiam si lex non esset, præstaret tamen ea quæ legis sunt: nam nõ modò propter legem displicent concupiscentiæ, sed etiam propter gratiam spiritus sancti, cui obtemperare magis libet, quàm desiderijs carnis. Ideo ait, Non estis sub lege illa quæ prohibet concupiscere, quæ est decalogus. Alij dicunt, Non estis sub lege ac cusante & damnante 1. Tim. 1. Lex iusto non est posita, sed iniustis & non subditis, impijs & peccatoribus, &c.

Caro qui.

3. Tertio, numerat Apostolus ex ordine opera carnis, & fructus Spiritus. Vocat autem carnem totum hominem cum corpore,

porè, anima, ratione, sensibus, qui licet de rebus spiritualibus differat, scribat, cogitet, aut medietur, quemadmodum Pharisæi, Sadducæi, Scribæ, Lutherani, Calvinistæ, Anabaptistæ, & sacramentarij: tamè nihil aliud querit, quàm quod ad carnis utilitatem aut vitam temporalem pertinet. Sunt autem opera carnis. Opera carnis fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, cõtentiones, amulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidia, homicidia, ebrietates, comestiones, & his similia: de quibus dico, Qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Idem ostendit Ephes. 5. & Apocal. 21. & 22.

Vocat autem spiritum, totum hominẽ cum corpore, anima, ratione, & sensibus: qui licet circa res externas versetur, quemadmodum Christus cum lauit discipulis pedes, Ioan. 12. & Petrus, cum piscaturam exercuit cum alijs discipulis, Luc. 5. tamen nihil aliud querit, quàm quod ad spiritum atque vitam æternam pertinet. Sunt autem fructus Spiritus, charitas, gaudiũ, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Aduersus huiusmodi non est lex, crucifixerunt enim carnem suam cum vitijs & concupiscentijs.

Et sicut cognoscimus arborem ex fructibus, an sit bona vel mala, dulcis vel amara: sic ex operibus cognoscimus hominẽ, an sit carnalis aut spiritualis. Non enim potest caro sibi temperare, quin semper se prodat per opera iam dicta. Non potest arbor mala bonos fructus facere, Matth. 7. nec etiã potest spiritus infrugiferus esse. Omnis arbor bona fructus bonos facit. Matth. 7.

EPILOGVS.

- 1. Precipuum fidei opus, pugna spiritus cum carne, ne quis putet Christianã vitam esse mollem & otiosam. Peccata semper oppugnant. Hi sunt Maabite, Ammonite, hostes nostri, cū quibus nullas inducias habere, sed semper in cõslictu esse oportet. Militia est vita hominis super terrã, Job. 7.
- 2. Opera carnis, adulterium, scortatio, &c. Qui talia agunt, regni Dei heredes non erunt.
- 3. Fructus spiritus, charitas, gaudium, pax, &c. Aduersus huiusmodi non est lex. Qui Christi sunt, carnem crucifixerunt cum affectibus, & concupiscentijs.

DOMINICA EADEM, EVANGELIUM.

In illo tempore, Dũ iret Iesus in Ierusalẽ, transibat per mediã Samariã & Galilaam. Et quũ ingrederetur in quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi qui steterunt à longè, & leuauerunt vocẽ suam, dicentes, Iesu præceptor, miserere nostri. Quos vt vidit, dixit, Ite, ostēdite vos sacerdotibus, Et factũ est dũ irent, mūd.ati sunt. Vnus autẽ ex illis, vt

vidit quia mundatus est, regressus est cū magna voce magnificās Deum, & cecidit in faciem ante pedes eius, grātiās agens: & hīcerat Samaritanus. Respondens autem Iesus, dixit. Nonne decem mundati sunt & novem vbi sunt? Non est inuentus qui rediret & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi, Surge & vade, quia fides tua te saluum fecit.

Fidei exemplum in leprosis.

**E**VANGELIUM hoc complectitur tria exempla. 1. Primum, exemplum fidei in decem leprosis. Cū enim Dominus ad purgandam animæ nostrę leprā per sui sanguinis effusionem ad locum passionis iret, non reformidans gentem quālibet atrocem, quamlibet effusionē sui sanguinis auidē sitientem, pertransiit prius Galilæam: qua peragrata intrauit Samariam, quæ interiacet Iudæam & Galilæā, vt patet Ioan. 4. quia non illibenter conuersabatur apud Samaritanos & Galilæos, vt qui faciliores erant ad amplectendam Christianam religionem, quā Iudæi ceteri, vtcunque illi ab his contemnerentur. Et cū ingrederetur castellum, occurrerunt ei decem leprosi.

Horum ergo fides deprehenditur ex eorum factis. Nam occurrerunt Christo, puta ante castelli ingressum. quia Leuit. 13. præceptum erat, Omni tempore quo leprosus est, solus habitabit extra castra.

Steterunt à longè, loco quidem, sed oratione appropinquabāt. Psal. 144. Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate.

Fides docet Christū, & excitat orationem.

Leuauerunt vocem, interne deuotionis testē, dicēte, Iesu præceptor, miserere nostri. Nam fides vera docet & ostendit Christum, excitat orationem, ostendit quomodo sit inuocandus, & quid de illo nobis debeamus polliceri, nēpe eū posse & velle nostris malis mederi. Et quia proculdubio hæc omnia hi leprosi sibi pollicebātur de Christo, & credebant, ideo currunt ad Christū, vtpote cui soli reseruata sit huius morbi medicatio: sicut patuit

2. Par. 26. in Naamā Syro, 4. Reg. 5. & Azaria, & Ozia regibus, 4. Re. 15.

Pro nimia reuerentia stant à longè, sicut & Publicanus stetit legitur, Luc. 18. Clamant, Iesu præceptor, miserere nostri.

Breuis quidem hæc est oratio, sed efficax, nullum verbum frustraneum vel temerarium. Tria dicūt, scilicet, Iesu, vt declarent se credere illum verum & vnicum saluatorem esse, qui absolutam potestatem in vitam & in mortem habeat, cui salus & omnes ægri tudines pareant, Sap. 16.

Officiū infirmi quid. Verus præceptor Christi.

Præceptor dicunt, vt declarent se paratos esse, qui Christo tanquam omnium magistrorum præstantissimo obtemperare velint. Et hoc officū infirmi est, qui, modo sanati cupiat, vt præcepta medici non respuat, sed præscriptis pharmacis diligenter & libenter vtatur. Tituli quoque Iesu adiectio est, quod præceptorem vocant. Verè præceptor est Christus, qui dedit nobis præcepta

præcepta salutis & vitæ, cuius verba solus habet, teste Petro. Ioan. 6. Præceptor est, quia ipse dixit, & facta sunt. Hinc etiam præceptorem cum vocauerunt Apostoli. Luc. 5. 8. 9. & 21. Dicunt ergo Præceptor, quasi dicāt cum Salomone Sap. 12. Subest enim tibi, cū volueris posse. Tu præcepisti ventis & mari, & obedierunt. Tu præcepisti adolescentulo vt surgeret, & statim resedit, Luc. 7. Præcepisti filiæ archisynagogi, dicens: Tabithacumi, & confestim reuixit. Sic præcipe lepræ nostræ, & mundabitur per te fontem viuum.

Dicunt tertio, *Miserere nostri*, vt testentur se vltro agnoscere suam miseriam, ideoque misericordiam à Domino exposcūt, vt qui nulla habebant quæ allegare possent merita, ad misericordiā prouocant, qui iustitiam ferre non possunt: quomodo inquebat Dauid, Non intres in iudicio cum seruo Domine, quia non iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuens. Et rursum: Si iniquitates obseruaueris, Domine, quis sustinebit? Hoc perpendebant leprosi, & ideo misericordiam petunt, nimirum scientes se ob enormia peccata lepra percussos. Nam sicut ex Euangelijs patet, eiusmodi plagæ vt plurimum pœnæ sunt peccatorum, Matth. 9. Ioan. 5.

Et nos quoque hæc in exemplum capiamus, quoties in varias inciderimus infirmitates, ne murmuremus contra Dominum, neque putemus nobis iniuriā fieri, sed potius cogitemus Deum pro misericordia sua sic nos visitare propter peccata nostra, vt nobis ad se rursus per pœnitentiam conuersis, & peccata nostra condonare, & in perpetuum benefacere possit. Deinde non dubitemus, quin omnes tribulationes, angustias, calamitates, afflictiones nostras nobis auferre possit, si modò velit. Postremo firmiter credamus, Deum haud dubiè ex mera & liberali sua gratia nobis velle auxiliari & subuenire, quando nouerit hoc in rem nostram fore.

Præstat autem aliquando infirmos esse, quā incolomes. Bonum mihi, inquit Dauid, quòd humiliasti me. Et Paulus 2. Corint. 12. libenter gloriatur in infirmitatibus suis, sciens virtutem in infirmitatibus perfici.

Sed vnde ipsis leprosis hæc fides? Ex auditu, ex rumoribus quos illi adferebāt, qui per portas ciuitatis egrediebātur, prædicantes magnificè Christi potētiam, benignitatem excellentiam, atque amplissimam dignitatem in omnes miseros atque calamitosos, quibus vltro omnem opem ferebat. Inde credūt, eundem sibi fore beneuolum atque potentem ad sanitatem conferendam. Hinc damnantur sacerdotes, Pharisei, scribæ, seniores, qui cū quotidie viam eius vocē audirent, mirificaque facta viderent, nihilominus in eum credere volebant. Damnatur & nos, qui non minus reprehendendi sumus,

Matth. 8.

Marc. 4.

Marc. 5.

Psal. 142.

Psal. 129.

Non mur-

murandū

in infirmi-

tatibus, sed

cogitandū,

Deum pro

misericor-

dia nos vi-

sitare.

Præstat ali-

quando in-

firmos esse

quā in-

colomes.

Fides ex

auditū.



quàm Iudei, atque vtinam non etiam leproforum testimonio condemnandi, qui etsi quotidie audimus Euangelia & miracula Christi, non tamen ei obtemperamus, neq; eius mandata exequimur.

*Charitatē  
erga tri-  
plex genus  
hominum  
ostendit  
Christus.*

2. Secundò complectitur exemplum charitatis in Christo. Ostendit enim Christus charitatem suam erga triplex genus hominum, scilicet:

1. Erga Sacerdotes, ad quos remisit leprosos, vt offerrent munera quæ fuerūt in lege præcepta Leu. 14. vt hoc miraculo cōuicti, diuinam virtutem in Christo cognoscerēt, neq; vllā excusationem in die iudicij haberent. Hinc dixit Ioan. 15. Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Rationem addit, dicens, Nunc autem viderunt, & oderunt me, & patrem meum.

*Publicæ or-  
dinationes  
politiarum  
obseruandæ.*

Misit quoq; leprosos ad sacerdotes, vt doceret cōseruandas esse publicas politiarū ordinationes. In politia enim Mosis cōstitutū erat, vt leprosi iudicarentur à sacerdotibus: & si quidem sacerdotes pronuntiarent eos lepra immūdos, separarentur: si autem mundos, reciperentur iterum in publicam ciuū familiaritatē. Et hæc ordinatio nec impia fuit, nec superstitiosa, sed Reip. necessaria, videlicet, ne sani à contagiosis inficerentur.

*Ecclesia  
quare le-  
pre conta-  
giū vitari  
prohibet.*

Mittit ergo Christus eos ad sacerdotes, vt significet se venisse non ad turbandas, sed potius cōseruandas publicas & necessarias rerumpublicarum ordinationes. Sic Ecclesia quoque eius morbi contagium vitare prohibet, non vt charitatis illis mutux officia denegentur contra Isai. 58. Carnem tuam ne despexeris: neque vt iudaizemus, aut Mosis serui & legis simus: sed à lege liberi, Galat 5. velut politici ea quæ reipublicæ profutura credimus, prouideamus. Sic etiam in puerperis tempus illarum curæ præstitutum Leuit. 12. in Ecclesia obseruatur, nō legis Mosaicæ timore, Deuteron. 27. sed honestatis amore. Non ergo iudaizamus morbida vitantes, sed neque Christianismo iatis respondemus, viscera miserationum exuentes, 1. Ioan. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum, &c. Iac. 2.

*Sacerdotiū  
Iudaicū ec-  
clesiæ sacer-  
dotij figu-  
ra.*

*Lepra spiri-  
tualis, id  
est peccata  
cōseruanda.*

Misit insuper leprosos ad sacerdotes, vt sacerdotiū Ecclesiæ, cuius illud figura fuit, commēdaret. Nullum vnquam Dominus quibus hæc corporalia beneficia exhibuit. inuenitur misisse ad sacerdotes, nisi leprosos; quoniam sacerdotium Iudæorum figura tantum erat futuri sacerdotii regalis Ecclesiæ. Sicut enim sacerdoti typico oportebat illos ex præcepto ostēdere lepram, ita sacerdoti Euangelico detegere conuenit, aperire, & confiteri lepram spiritualem, id est, peccata. sicq; in regulis fidei ac religionis instructi, pristina munditiæ & pulchritudini restitua-

restituuntur. Quamuis etiam Dominus, qui verus magister est, interna sua eruditione quid tenendum sit, valeat inspirare, magna tamen dispensatione vult doctoribus obsequi: vt per hoc qui docendi sunt, magna humilitate solidentur, & ad capessenda fidei sacramenta capaciores efficiantur. Sic Paulus, qui per reuelationem Euangelium, non per hominem accepit, Galat. 1. ad Ananiam missus est, Act. 9. Et per reuelationem ascendit Hierosolyma ad conferendum cum Apostolis, ne in vacuum curreret, aut cucurrisset, Gal. 2. Quilibet ergo qui vel hæretica prauitate, vel Iudaica infidelitate, vel superstitione gentili, tanquam varijs coloribus lepram representantibus infectus est, nisi ad ecclesiam festinarit, & colorem veræ fidei exhibuerit, non mundabitur. Prouerb. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigitur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Legimus Matth. 3. confessos esse homines. & Act. 19. Multi credentium veniebant, confitentes & annuntiantes actus suos. Narra ergo si quid habes, vt iustificeris, Isa. 43. Fidelis est enim Deus, si confiteamur peccata nostra, remittet nobis.

1. Ioan. 1.

2. Ostendit charitatem suam Christus erga leprosos, quos misericordia motus primum vidit, deinde mundauit: nec indignabatur ob eorum ingratitude, quam sciebat ipsos post sanitatem recuperatam habituros: neque illis beneficium negauit. Præclarum hoc charitatis exemplum imitentur mammonistæ, vt quoties ab obeunda sua negotia, terras & regna perambulent, in leprosos, claudos, cæcos, vlcerosos, aliosque pauperes secus vias mendicantes, oculos misericordiæ figant, largasque eleemosynas contribuant. Ad quod adhortatus est suum filium Tobias senior, 4. cap. dicens: Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab vilo paupere: ita enim fiet, vt nec auertatur à te facies Domini. Petrus & Ioannes Apostoli miserentur pauperis claudi, ad portam templi sedentis, Act. 3.

*Charitas  
Christi er-  
ga leprosos*

*Præclarū  
charitatis  
Christi ex-  
emplum  
mammon-  
istis imi-  
tandum.*

3. Charitatem suam ostendit erga Samaritanum, cuius miseretur, eumque lethaliter vulneratum curat, nihil morans quod Samaritanus esset atque alienigena, cum quo lex ipsos Iudæos familiariter agere prohibebat, Ioan. 4. docens nimirum charitatem nostram non tantum ad nostræ nationis pauperes, sed etiam ad externos debere extendi.

Iob 31.

Luc. 10.

Ite, inquit, ostendite vos sacerdotibus: et factum est dum irent, mundati sunt: ne legis virtute & non Christi crederentur mundati, & vt meritum fidei & obedientiæ ostenderetur. Similem historiam habemus 4. Reg. 5. de Naaman Syro, ab Elizeo à lepra curato. Cū enim venisset ad eum cum equis, & curribus, vt curaret illum, dixit illi Propheta: Vade, & lauare septies in Iorda-

Iordane, & mundaberis. Quod cum seruorum suorum suasu fecisset, mundatus est.

*Sola fides  
nō sufficit  
ad salutē.*

Ex hoc facto Christi deprehendimus, solam fidem non sufficere, vt Christo placeamus, & eius gratiam consequamur. Hi leprosi fidem habebant, qua credebant Christum posse ipsos sanare, firmiterque statuebant, quod hoc essent consecuturi. Nihil minus tamen sunt consecuti: non fuerunt enim sanati, nec fuissent vnquam nisi fidei obedientia accessisset. Non fuerunt liberati à lepra quando crediderunt tantum, sed quando credentes obtemperarunt, vt intelligeremus quod animam non mundet sola fides, sed fides que obedientiam coniunctam habet, Iacob. 2.

*Benignitas  
dei immē-  
sa peccato-  
ribus pœni-  
tētibz oc-  
currit.*

*Psal. 31.*

Elicitur quoque ex hoc facto immensa Dei benignitas, quæ peccatoribus vorum emendandi habētibus, ac præceptum Domini implendi, occurrit, & ipsos mundat, id est, culpam atque reatum remittit, antequam ad suos etiam perueniant vicarios, quibus dixit Ioannis vigesimo: Quorum remisistis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retēta sunt. Hinc Dauid ait: Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Sapient. sexto: Præoccupat qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat. Isa. 64. Occurristi lætanti & facienti iustitiam. Sic pater occurrit filio reuertenti, ruens in oscula & amplexus, Luc. 15. Vult tamen quod perueniant, & iussa capeant iuxta suam ordinationem. & hac nimirum de causa postquam illum alium leprosum mundasset, misit eum vt ostenderet se sacerdoti, vt eius iudicio iudicaretur.

*Matth. 8.*

3 Tertiò, complectitur hoc Euangelium exemplum ingratitude in nouem Iudæis & gratitudinis in vno Samaritano. Erat par omnibus fiducia, sed dispar erat gratitudo. Nam nouem Iudæi, qui se populum Dei gloriabantur, sanati non redeunt, nec gratias agunt Christo: quibus melius fuisset lepram perpetuam in corpore pertulisse, quàm animæ lepram, qua nunquam liberari poterunt, incurrisse. Ob oculos duo hinc ponuntur, videlicet Christi Iesu philanthropia, ac hominum erga Deum ingratitude. Videmus enim quàm facilis sit Deus ad opitulandum miseris leprosis: & videmus quod vix tandem decimus inter eos, qui conualuerunt, Christo gratias agit. Nos verò horum ingratitude exemplum fugiamus, ne verificetur in nobis vulgo iactatum prouerbum: Infirmum postquam conualuerit, peiorem factum, Ierem. 5.

*Duo hinc ob-  
oculos po-  
nuntur,  
Christi phi-  
lanthropia,  
ac hominū  
ingratitu-  
da.*

Impletum est illud Isa. 1. Bos cognouit possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Vnde Dominus, sciens beneficium ad omnes peruenisse, & taxare volens illorum ingratitude,

dinem, qui tantum Dei suffurari beneficium studuerunt, ait de his nouem: *Nōne decem mundati sunt, & nouem vbi sunt?* Ingratos quasi ignotos requirit vbi sint, sicut Adam, Genes. 3. Adam vbi es? Sicut enim ingratus diuinum non recognoscit beneficiū, ita nec Deus ipsum notitia approbationis. O custos Israel bone Iesu, si tu eos nescis, quis sciat? O durum verbum, Nescio vos. Hæc vox habet expressiōē reiectionis totius populi Israel, Ingratitudinis vltio, exprobratio beneficij, vnde sequitur, *Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.* Seneca, Maxima pars ingratitude est, beneficiū non recognoscere. Ideoque quanto maiora fuerint alicui beneficia præstita, tanto grauiora ei peccanti, & ingrato restant iudicia, & (vt ait quidam) nil ad eò indignationem prouocat Dei, sicut ingratitude. Ipsa est beneficiorum Dei exinanitio & meritorum exterminatio. Ingratitude est ventus vrens, exsiccans fontem misericordiæ, Bernardo teste.

*Ingrati  
apud Deū  
ignosi.*

*Matth. 25*

*Verbum  
notatu di-  
gnum.*

*Ingratitu-  
do ventus  
vrens, et ex-  
siccans.*

Vnus autem ex decem sanatus redijt, & gratias egit Deo, nempe Samaritanus, non ex populo Dei, non ex ouili Christi: sed de eorum numero, quos omnes Iudæi pro hæreticis habebant. Penè etiam in omnibus Euangelij locis Iudæos ad fidem, misericordiam, & gratitudinem tardos, & gentiles promptos & paratissimos fuisse inuenimus, Ioannis quarto, Lucæ decimo, & hinc decimo septimo.

Licet enim debeamus benefacere tacita laude hominum, hi tamen quibus beneficit, prædicare debent beneficium, vt ex hoc Deus laudetur, & cæteri ad idem tali exemplo moueantur. Venite ait Psal. 65. audite, & narrabo omnes qui timētis Deum, quanta fecit animæ meæ, &c. Idem, Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomē eius in idipsum, &c. Felix qui cum hoc Samaritano ad singula dona gratiæ redit ad eum, in quo omnis est plenitudo gratiarum: & dum pro acceptis non ingratum se exhibet, locum in se facit gratiæ amplioris. Ephes. quinto, Gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini nostri Iesu Christi, Deo & Patri. 1. Thessal. 5. In omnibus gratias agite. Ideoque Christus dixit huic Samaritano, *Surge, vade, quia fides tua saluum te fecit,* quæ te ad gratias agendas inclinavit. Qui ergo humiliter sic infirmitatem suā agnoscens ante Deum iacuit, diuina consolatione surgere ad fortiora opera, & ire crescendo vsque ad perfectum iubetur. Psal. 83. Ibunt de virtute in virtutem, &c.

*Beneficium  
prædicand-  
um ab eo  
cui beneficit.*

*Psal. 32.*

Hinc discamus genus aut personarum dignitatem nihil prorsus facere ad iustificationem, aut ad Christi amicitiam conciliandam.

*Quæ hinc  
nobis di-  
scenda.*

Deinde verum illud esse quod Christus dicit, Multi sunt vocati, pauci verò electi, Matth. 22.

Præte-



Matth. 21

Præterea, regnum Dei Iudæis propter ingratitude[m] erip-  
tum esse, & Gentibus ex gratia datum & concessum, Auferretur à vobis regnum, & dabitur genti, &c.

Postremò quòd ob eandem causam Germani, Angli, Scoti, alijq; complures amiserint Ecclesiæ catholicæ regnum, quòd-  
que ipsis dominetur diabolus.

Discant ergo hîc etiam catholici animum gratum Deo ex-  
hibere, ne & ab ipsis auferatur regnum Christi, quod ad Indos iam videretur migrare.

Tria hæc  
exempla no-  
bis ob ocu-  
los semper  
habenda.

Hæc tria exempla semper ob oculos habere debemus: vt sci-  
licet fidē discamus ab his leprosis, charitatis opera (quæ neces-  
saria sunt ad salutē) à Christo, & gratitudinē à Samaritano. Si  
ergo nunc ingrati sunt homines quibus benefecimus, imitemur  
in hoc casu exemplū Dei patris, qui solem suum oriri facit  
super bonos & malos: atq; hoc exemplū Christi, qui non denegat  
sua beneficia his, quos sciebat fore ingratos. Mercedem &  
gratiā, quarū hi nullā habent rationem, Christus nobis in libro  
vitæ repēdendā scribit. Deinde cū & nos lepra animæ, hoc est,  
peccatis infecti simus, debemus leprosum exemplo, Christo  
occurrere, firma fide procul cum istis leprosis, & cū publicano  
stare, atq; agnoscētes ac dolentes nostrā lepram, hoc est, nostra  
peccata, clamare, Iesu præceptor, miserere nostri. Consecuti au-  
xilium, debemus rursus de beneficijs acceptis Deo gratias agere.  
Si id fecerimus, ne dubitemus, quin cum Samaritano audituri  
simus: Surge, vade, fides tua te salutū fecit, id est, Vade, exulta:  
nam per fidem es consecutus corporis salutem, & per eandem  
impetrabis charitatē, & alias virtutes, quibus non tantū anima  
tua iustificata, à lepra peccatorum liberabitur, verum etiam in  
æternum in cælis corona iustitiæ decorata lætabitur. Amen.

## EPILOGVS.

1. *Emanuelē, Esa. 7 & 8. in terris suam virtutem ostendisse, terræq;  
sue lati u linem gloria sua impleuisse, hæc præsens lectio nobis clarè de-  
clarat: Baruch 3. ait Deum in terris visum, & cum hominibus esse con-  
uersatum. Certum oraculum, Iesus Nazarenus sanat tam exteros quàm  
contribules, quia Dominus vniverse terræ; quia Dominus & saluator  
omnium. Rom. 3. Non est Iudæorum Deus tantum, sed & Gentium. Item  
Rom. 10. Non est distinctio Iudæi & Græci. Nam idem Dominus om-  
nium, diues in omnes inuocans se. Omnis qui fidit illi, non pudebit,  
Psal 10. & quisquis inuocauerit nomen Domini, saluus erit.*

Deus non  
est persona  
rum acce-  
ptor.  
Ioel. 2.  
Legalia  
quare ob-  
seruauerit  
Christus.

2. *Christus legalia obseruauit, quod patet ex titulo vitæ Christi ex cir-  
cuncisione, oblatione in templo, immolatione agni Paschalis. Ideo ex præ-  
cepto legis, Leuit. 14. vt emundati à lepra sacerdotibus se offerrent: præ-  
cepit ostendere se sacerdotibus, vt doceret diuinæ legi semper pro tempore  
parendum. Matth. 5. Non veni soluere legem, sed adimplere.*

3. *Quam*

3. *Quam abominabile vitium sit ingratitude, & quòd propter hæc me-  
ritò Iudæi sint reiecti, & Gentes in obedientiam fidei admissæ. Alienige-  
na dicitur. Fidei tua te seruauit, & Iudæis, Auferetur à vobis regnum,  
&c. Matthæi vigesimoprimo.* *Vitium abo-  
minabile  
ingratitu-  
do.*

## DOMINICA DECIMA QUINTA

POST TRINITATEM,

EPISTOLA.

**F**ratres, si spiritu viuimus spiritu & ambulemus: Nō efficiamur in-  
anis gloriæ cupidi, inuicem prouocātes, inuicem inuidentes. Fratres: etsi  
preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis hu-  
i(m)di instruite in spiritu lenitatis: Considerans temetipsum, ne & tu  
tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis Legem Christi.  
Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Opus  
autem, num probet vnusquisque, & sic in seipso tantum gloriam ha-  
bebit, & non in altero: vnusquisque enim onus suum portabit. Commu-  
nicet autē is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat, in omnibus bo-  
nu. Nolite ergo errare, Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo,  
hæc & metet: quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet cor-  
ruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternā.  
Bonum autem facientes non deficiamus, Tempore enim suo metemus non  
deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, ma-  
ximè autem ad domesticos fidei.

**I**N HÆC Epistola Paulus facit tria.

**LI** Primò adhortatur ministros verbi Dei, vt caueant ambi-  
tionē, ac propriæ laudis cupiditatē. Ideo ait, *Si viuimus spiritu, ministri  
spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicē prouo-  
cantes, inuicē inuidentes.* Gregorius: Sancti non solum gloriā su-  
pra modum suum omnino nō appetunt, sed etiam hoc ipsum  
refugiūt quod se habere sciūt. Magnus ergo vnusquisque esse  
studeat, sed tamē aliquo modo esse se nesciat, nedū si sibi ma-  
gnitudinem arroganter tribuit, amittat. In omne quoq; quod  
scit, sese mens deprimat, ne quod virtus scientiæ cōgregat, vē-  
tus elationis tollat. Abominatio quippe est Domino omnis  
arrogās, Prouerb. 16. Et qui se iactat & dilatat, iurgia concitat,  
Prouerb. 28. Imò effusio sanguinis in rixa superbiorum, dolor  
autem contumit illos antequam moriātur, Eccles. 17. Qui au-  
tem laudari non appetit, nec cōtumeliam sentit, ait Hierony-  
mus. Non perdas itaque labores propter humanam gloriam,  
neque futuram æternam gloriam tradas pro paruis & tempo-  
rali gloria. Gloria enim humana in puluerem redigitur, & ho-  
nor eius extinguatur super terram: gloria autē virtutum glori-  
ficat in secula.

Deinde monet Apostolus, ne contempnant & proculcent  
eos, qui fuerint in aliquod delictum aut crimen à satana præ-  
cipitati,

Ambitio  
ministri  
verbi Dei  
cauenda.

Non contē-  
nendi qui à  
satana in a-  
liquod cri-  
men sunt  
precipitati



cipitati, cum ait, *Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spiritualis estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis.* Hæc dicit, ne forsan inflatione irreprehensibilis vitæ, eum qui peccato circumuentus est, spernendum putent & abijciendum. quasi dicat, Nequaquã hoc faciatis, quin potius instruite eiusmodi, calamum quassatum non conterentes, & linum fumigans non extinguentes, quod contractum aut infirmum est in Christi grege non abijcientes: sed illud potius alligatione curate in spiritu lenitatis, quia fratres estis, tametsi primatu superiores.

*Ad misericordiam quid omnium maxime inclinatur.* Considerans teipsum, ne & tu tenteris. Nihil enim sic inclinatur ad misericordiam ac proprii periculi cogitatio. Et ita Apostolus non voluit eos deesse correptioni, nec tamen studere contentioni. Nam, teste Sapiëte, Prouerbiorum decimoquinto: Sermo durus suscitatur rixas, &c. maximè in paruorum seueriori correptione delictorum. Stultum enim est vt muscam interempturus securim arripias.

*Isaie 53.* Postremò hortatur, vt alter alterius onera portet, si volumus adimplere legem Christi, qui omnium nostrum peccata portauit: qui & præcepit, vt inuicem diligentes alterutrorum improbitates & onera portemus, minimè autem aliorum vitia palpemus.

*Superborum est magna de se presumere, de alijs exigua.* Nam qui se existimat aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit. Superborum enim est, magna de se præsumere, de alijs verò exigua. quare in alios seueri, sibi indulgent omnia. Vult ergo Apostolus, vt vnusquisque humiliter & submisse de se sentiat, arguitque eum nullius esse momeri, qui alicuius se dilixerit.

Hortatur etiã, vt vnusquisque suum opus probet, & sic in semetipso tantum, & non in altero habebit gloriam. quali dicat, Opus suum probet, hoc est, discutiat, & probatum reddat vnusquisque, vt sic habeat oleum in lampade sua, id est, de rebus à se bene gestis in sua conscientia gaudium, nec opus illi sit vt oleum peccatoris impinguat caput suum. Minuit enim se probantis conscientie secretum, quoties ostendendo quis factum recipit famæ pretium, inquit Boëtius.

*Vnusquisque enim onus suum portabit.* Nam culpis alienis nemo inquinatur, nisi vel consentiendo, vel imitando, vel laudando, vel alio quouis modo alienas culpas fecerit suas. vnusquisque ergo propriam mercedem accipiet secundum suum laborem, Item Psal. 61.

*1. Corin. 3.* Est autem spiritu viuere & ambulare nihil aliud, quam in Christum credere, ipsumque amare, nec non prauis affectibus & concupiscentiis resistere, & charitatis opera præstare. Ergo qui credit in Christum, is, si baptizatus est, accepit Spiritum sanctum,

sanctum, & per eundem viuere, & facit omnia opera bona. Qui autem non credit in Christum, is caret Spiritu sancto: neque id tantum, verum maligno spiritu cæcus, capitur ad mala opera perpetranda. Sicut patuit in Saule, 1. Reg. 17. & in Sedech filio Chanaana, percussente Michæam prophetam Domini, 3. Reg. 22. 2. Paral. 18.

2. Secundo admonet Paulus auditores verbi, vt animarum Pastores & curatores, pastores, & prædicatores verbi, dignentur honore, verbi prædicatores honorandi. iuxta illud, 1. Tim. 5. Qui bene præsumunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo, & doctrina. & vitæ necessarijs, cum ait, *Communicet autem is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis. Nolite errare: Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet.*

His verbis instituit auditores verbi, quomodo sese erga concionatores & suos pastores gerere debeant, nempe, vt in omni necessitate illis subueniant, atque suarum rerum copia illorum inopiam subleuent. Quemadmodum ait Christus, Lucae decimo: Dignus est operarius mercede & cibo suo. Et Paulus primo Corint. nono. Dominus ordinauit ijs, qui Euangelium annuntiant, de Euangelio viuere, &c. Non alligabis os boui trituranti, Deut. 25. Nec id mirum cuiquam videatur, cum sic diuinæ legis instituto vixerint olim sacerdotes & Leuitæ, sicut in Deuter. 18. cap. dictum est à Domino. Non habebunt sacerdotes & Leuitæ, & omnes qui de eadem tribu sunt, partem & hæreditatem cum reliquo Israël, quia sacrificia Domini, & oblationes eius comedent, & nihil aliud accipient de possessione fratrum suorum. Dominus enim ipse est hæreditas eorum, sicut locutus est illis: imo & ipsos Gentilium sacerdotes à republica fuisse nutritos, testimonio sunt sacerdotes Aegypti, qui tempore famis sub Ioseph non fuerunt compulsi vendere possessiones suas vt ceteri, eo quod statuta cibaria ex horreis publicis eis præstabantur, prout in libro Geneseos videre licet. Cap. 47.

Prouidens autem Apostolus quosdam præensuros paupertatem, vt vel sic præceptum eludant Apostolicum, aut certe errata sua excusaruros comparatione delinquentis, doctoris subdit, dicens, *Nolite errare, Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet.* Quali dicat, Nemo se vanè excuset, quia Deus non potest falli. Qui enim scit corda vestra, non ignorat facultates vestras, dicente Salomone, Prouerb. 24. Si dixeris, Vires non suppetunt, qui inspector est cordis, ipse intelligit, & feruatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetque homini iuxta opera sua. Plerosque non piget bonam suarum facultatum partem in carnis commodum dependere, qui tamen de huiusmodi sumptibus non quæruntur: multo magis æquum est vos in-



commodum & fomentum animæ facultates terrenas collocare. Nam quæ seminauerit homo, hæc & metet, id est, horum mercedem recipiet.

*vt quisque  
sementem  
fecerit, sic  
& metet.*

*Simile.*

*Quid seminare in spiritu.*

*Benefaciendum omnibus.*

*2. Thess. 3.*

*2. Cor. 9.*

*Perseuerandum in bono quod probatur à simili.*

*Condolentia Christianis necessaria.*

Sed qualis est hæc permutatio? Dantur enim aurea pro æreis, spiritualia pro corporalibus, æterna pro terrenis & fluxis, cælestia pro obolo & denariolo. Quare Paulus addit comminationem, & ait, *Qui seminat in carne, de carne metet corruptionem.* Vult dicere, Ita natura comparatum est, vt talem fructum accipiat homo, quale est solum in quo seminatur. caro nostra obnoxia est corruptioni: qui obsequitur naturæ corruptæ, corruptionem perpetuam habebit. Rom. 8. Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Pecora nimirum impinguntur ad cædem.

*Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.* Vult dicere: Qui autem seminat in spiritu, &c. August. inquit, quod seminare in spiritu, est fide & charitate seruire iustitiæ. Qui igitur in hac vita obsequitur nouo homini, qui secundum Deum creatus est, seminat in spiritu. Colligit autem qui seminat in spiritu, fructum spiritualem & æternum. Roman. 6. 8. Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viueris. Item, Ioann. 12. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

3. Tertio monet omnes Christianos, vt proximos iuuent, & omnibus hominibus beneficiant: ita vt in præstandis beneficijs, & exercenda liberalitate non defatigantur, nec vincantur ingratitude aut malitia eorum quibus beneficiunt. hinc ait Paulus, *Bonum autem facientes, non deficiamus, tempore enim metemus non deficientes,* id est, non defatigati, Quasi dicat, Tempore messis feretis amplissimum fructum sationis vestræ. Nam qui parca seminat, parca & metet; ita & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet, & hoc tempore suo. Si quidem omnia tempus habent, Eccl. 3.

*Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.* Quasi dicat, Donec dies est, operemur. Nam vbi nox venerit, operari non poterimus, Ioan. 9. & in tenebris ambulantes, nesciunt quo vadant.

Perseuerandum est igitur in operibus bonis. Qui enim non perseuerant, similes sunt ignavis agricolis & olitoribus, qui postquam ararunt & seminarunt, & plantarunt, opus relinquunt imperfectum, cum multa adhuc necessaria sint. Seminant igitur Christiani in presenti vita, ne in futura vita, spirituali messe priuentur. Spe & patientia desiderium suum fideles sustineant atque refrænent: tum certo Christi promissione, metent vitam æternam.

*Dogmata.*

1. Christianis necessaria est condolentia erga proximos peccantes

cantes, quos in spiritu mansuetudinis & lenitatis debent instruere, & ad penitentiam exhortari.

2. Debemus nos ipsos considerare: hoc est, nostram fragilitatem, & figmentum nostrum, quod tot casibus atque miserijs obnoxium est, atque proximi, quod cecidisse videmus. Hinc in Prouerbio dicitur, *Tecum habita, vt noris, quàm sit tibi curta supellex.*

3. Ex diuino iure debent auditores verbi Dei concionatoribus honorem exhibere, eisdemque victum & amictum subministrare.

#### EPILOGVS.

1. Christianorum est fructus spiritus edere, et procul abesse à carnis operibus.
2. Pro lapsi in culpam, blandè & leniter sunt restituendi & corrigendi.
3. Lex charitatis peculiariter lex Christi est. Charitatem vocat Paulus edificare proximum, omnes eiusdem corporis mēbra ducere, omnes vnum in Christo putare, de fraternis comodis, vt de tuis, gaudere, incōmodis mederi velut proprijs māsuetè corripere errantē, docere nescientē, erigere lapsum, consolari deiectum, adiuuare laborantem, subuenire egētī; In summa omnes opes & studia huc referre, vt quàm multis prosis in Christo, primùm quidem domesticis fidei, deinde omnibus, vt charitatem comitetur dilectio.

#### DOMINICA EADEM

##### EVANGELIUM.

**I**n illo tēpore, Dixit Iesus discipulis suis: *Nemo potest duobus dominis seruire, aut enim vnū edio habebit, & alterum diliget, aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire & Mammonæ. Ideo dico vobis, ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis, neque corpori vestro, quid induamini, Nonne anima plus est quàm esca, & corpus plus quàm vestimentum? Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt neque metunt, neque congregant in horreo, & pater vester cælestis pascit illa. Nonne vos magis plus estis illis? Quis autem vestrum cogitans, potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum? Et de vestimentis quid solliciti estis? Considerate lilia agri, quomodo crescunt, non laborant neque tent. dico autem vobis, quod nec Salomon in omni gloria sua cooperatus est sicut vnum ex istis. Si autem fennum agri, quod hodie est & cras in clibanam mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos modica fidei? Nolite ergo solliciti esse, dicentes, Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt: Scit enim pater vester cælestis, quia his omnibus indigetis: Querite ergo primùm regnum dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.*

**H**oc Euangelio indicantur tria. Primò, neminem posse duobus dominis seruire, s. Deo & Mammonæ. Habent enim contraria præcepta. Deus vult vt opem feramus egenis, vt paremus nobis thesauros in cælis, sibi soli fidamus, non nobis,

nobis, nō alijs hominibus, non diuitijs: Deus cōfert conscientijs pacem, & serenitatem, ducit hominem ad portum salutis.

*Quomodo  
ex contra-  
rijs prece-  
ptis Deus  
differat à  
mammonæ.*

Mammon vero negat suffragium egenis, vult vt opes colligamus in terra, vult diuitijs fidamus, confert conscientijs curam & dolorem, inhiat iniusto lucro, retinet & inuadit aliena, est radix omnium malorum, irretit homines laqueis diaboli, & immisericordes facit. Ideo his duobus dominis nemo potest simul salua conscientia seruire. Aut hunc odio habebit, scilicet diabolum, quia nemo diabolum diligit, teste Augustino, etsi sua cupiditate implicatus subdatur ipsi. horribilis enim & terribilis est, &c. Abac. 1. aut huic adhærebit, scilicet Deo, quia nec Deum potest quis verè secundum quod consideratur, vt creator, conseruator, & glorificator, odisse: licet quantū ad id quod est punitor & vindicator culpæ, à peccatoribus habeatur odio, Ioan. 15. & Psal. 73.

*Quisquis  
seruit mā-  
monæ du-  
rā patitur  
Dominum.*

*Peccatum  
cōtemptus  
Dei.*

*Eccles. 5.*

*Deo serui-  
re quid.*

*Diuersa  
sunt possi-  
dere & ser-  
uire.*

Aut alterum sustinebit, scilicet diabolum. durum quippe & perniciosum patitur dominum, quisquis seruit mammonæ. Hier. 9. Vt iniquè agerent laborauerunt. Idem 16. Seruietis dijs, qui non dabunt vobis requiem: & alterum cōtemnet, scilicet Deum. Hinc elicitur omne peccatum contemptum esse Dei, quem à se auferri optabat Dauid, dicens Psal. 118. Aufer à me opprobrium & contemptum. Contemnitur autem ab illis, qui peccantes, de impunitate scelerum sibi blandiuntur, putantes aut nescire Deum scelera sua, aut visa statim indulgere, qui nesciunt quod dissimulando eos diuina bonitas ad pœnitentiam prouocet, Rom. 2. Cuius enim tanta misericordia credi potest, sicut eius qui donat omnia peccata conuersis, Ezechiel. 18. & oleastrum facit participè pinguedinis oliuæ, Rom. 11. Et cuius tanta seueritas, quàm eius, qui naturalibus ramis non pepercit, sed propter infidelitatem fregit. Roman. 11. Ne addas ergo peccatum super peccatum, & ne dixeris, Misericordia Dei magna est, & ipse miserebitur multitudinis peccatorum meorum, quoniam misericordia & ira cito declinant ab eo, & ira illius respicit super peccatores.

Non potest ergo diues & iniustus Deo & mammonæ seruire. Nam seruire Deo, nihil aliud est, quàm in ipsum credere, ei fidere, eius mandata seruire, totum vitæ cursum ad eius regulam dirigere. Seruire autem mammonæ, nihil aliud est, quàm diuitias quærere, cor ad opes apponere, opes & opulentos velut numen admirari & colere, diuitijs corradendis dies ac noctes operam dare: siue id fiat iure, siue iniuria proximi. Contra hanc seruitutem loquitur, Eccles. 5. cap.

Sic videmus diuersa esse possidere & seruire. Nam possidere diuitias non est peccatum. Multi enim sancti, Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, Iob, Dauid, &c. habuerunt diuitias, sed non appo-

posuerunt cor, neque illis seruiuerunt: sed largiter distribuerunt, docueruntque nos, quo pacto ipsis nobis esset vtendum. Ait enim Dauid, Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere, Psal. 61. Iob sublati omnibus, dicebat, Dominus dedit, Dominus abstulit, cap. 1.

Seruire autem diuitijs, & illarum amore sic obcæcari, vt nos proximi capiat obliuio, graue peccatum est. Hinc Christus Lucæ 16. vocat diuitias, mammona iniquitatis. Lucæ 12. & 16. fures cordis humani. Matt. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum. Paulus vocat laqueos diaboli, ac radicem omnium malorum, 1. Timoth. 6. Poeta vocat eas, irritamenta malorum, Ouid. 1. Meta. Virg. 3. Aeneid. Quid non mortalia pectora cogis, Auri sacra fames?

Secundo indicatur non debere nos sollicitos esse de victu & amictu. *Ne solliciti, inquit, sitis animæ vestre quid manducetis, neque corpori vestro quod induamini.* Est autem duplex cura & sollicitudo, Ventris, & officij. Cura ventris est, cogitare & enixè laborare, vt ditescamus, augeatur pecunia, & thesaurus crescat, quasi perpetuo in hoc mundo simus mansuri. Hanc curam & sollicitudinem Christus prohibet, quia prouenit ex immoderato amore rerum terrenarum, & dissidentia æternorum, quam non ineptè Chrysofost. dicit desperationis esse filiam, hanc quoque Apostolus vult exemptam mentibus nostris, Philipp. 4. Nihil, inquit, solliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione petitiones vestræ innotescant apud Deum. Nam Prouer. 11. Expectatio sollicitorum peribit, hæc est, quæ verbum Dei suffocat. Matth. 13. & Lucæ 8. nec folis necessarijs contenta est, sed semper amplius quærît & maius. & ideo dicitur elatio in sublime. Lucæ 12. Nolite quærere quid manducetis, & quid bibatis, & nolite in sublime tolli.

Cura aut sollicitudo officij est, cogitare, & enixè laborare, vt si magistratus, subditorum: si paterfamilias, populi sui: si parentes, liberorum: si dominus, seruatorum: si hera, ancillarum: & quicumque alij, qui alicuius communitatis curam gerunt, id cum omni sollicitudine faciant. Et hanc curam sollicitudinemque Christus non prohibet: hanc nobis commendat Apostolus, Rom. 12. dicens, Qui præest, in sollicitudine. Item 1. Timot. 5. Qui de suis curam non habet maximè domesticis, fidem negat, & infideli est detereor.

Et ad confirmandam suam exhortationem, vtirur Christus his sententijs: *Nonne inquit, anima plus est quàm esca? & corpus plus quàm vestimentum? Quasi dicat, Si creditis Deo vitam & animam, nec est in potestate vestra, vel ad vninc horæ momentum easdem conseruare: cur non committitis illi reliqua corporis necessaria? Si nemo etiã est sollicitus de corporis statura*

k 3

sed,

*Lucæ 12.  
1 Petr. 5.  
Psal. 54.  
Duplex cu-  
ra & soli-  
citus.  
Cura ven-  
tris quæ.  
Lucæ 12.*

*Cura aut  
sollicitudo  
officij quæ.*

*Confirma-  
tio exhor-  
tationis à  
sentent. 5.*



sed huius incrementi curam Deo permittit: quare non permittit Deo & eorum curam, quæ ad victum & amictum pertinent? Quasi Deus corporis & animæ curam suscipiat, aliarum rerum non item. Qui autem maiora præstitit, utique & minora præstabit, sine quibus vivere non possumus, cibum & vestem. Chrysostomus, Nisi Deus vellet conseruare quod est, ipsum non creasset: quia verò ipse constituit ut anima cibo, & corpus indumento conseruentur, ideo ipse utrunque tribuit. Non est autem vita ista propter escam, nec corpus propter vestimentum, sed e contra. Ideo non sit sollicitus animus ne percipiat, quod propter se creatum est: Tobia quarto, Noli timere fili mi pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus si timuerimus Deum, & recesserimus à peccato, & fecerimus bene.

Deus conseruat quod creauit.

Ab exemplis confirmatio exhortationis.

Ineptia quorundam curiosa.

Aues & flores nobis veluti præceptores proponunt.

Dominus exclusi non prouidentia & labore, sed auaritiâ & sollicitudinem.

Deinde ad confirmandam hanc suam exhortationem utitur exemplis, altero ducto ab auibus, cum inquit, *Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & pater vester cælestis pascit illa.*

Altero ducto à lilijs, cum inquit, *Considerate lilia agri, quomodo crescunt: non laborant, neque nent: dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua cooperatus est sicut vnum ex istis.* Non possum hic absque stomacho dissimulare concionatorum quorundam ineptiam & imperitiam, qui cum exempla quæ Christus in medium adfert, ad suam doctrinam confirmandam legerint, quasi fordidâ & indigna suis ingenijs reijciunt & negligunt: quaruntque alia argutiora, plausibilia, quibus temerè præsumunt amplius præstare, quàm Christi exemplis: hi sunt præsumptuosi, atque indigni, qui ad maiestatem Euangelicam tractandam admittantur.

Hæc namque exempla satis admiranda sunt, quibus nobis Christus aues, lilia, & flores, veluti præceptores proponit. Nam cum omnia nobis subiecerit, oues, boues, pecora campi, & volucres cæli: nunc in nostram confusionem ab auibus & floribus cogimur discere, ut videamus nos illis brutiores esse.

Non enim vult Dominus excludere prouidentiam & laborem: nam ad victum habendum circumuolant auiculæ. Oporteret enim serere, fruges metere & in horrea congregare, & sic laborare in æstate, ut habeat vnusquisque vnde transigat hyemem, quemadmodum Salomon pigrum relegat ad formicam, Prouer. 6. ut discat ab ea prudentiam, dicens, Lilia cum non habeat ducem neque præceptorem, nec principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe, quod comedat in hyeme. Usquequo piger dormies? quando confurges de somno tuo? &c. Et Iob dixit 5. cap. Homo nascitur ad laborem, sicut auis

ad

ad volatum. Stat enim sententia, Genes. 3. In sudore vultus tui vestieris pane tuo. Hinc Paulus quoque ait, 2. Thessal. 3. Qui non laborat, non manducabit. Sed auaritiâ & sollicitudinem istarum rerum caducarum interdiceret voluit: ac si dicat, Quod si pater cælestis ex sua prouidentia volucres pascit, citra omnem earum curam, quarum anima corruptioni obnoxia est, quanto magis homines, qui animas habent immortales? Dicente Iob 38. cap. Quis præparat coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad eum vagientes, eo quòd non habeant cibum? Psalm. 146. Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Hinc dicit Luc. 12. Considerate coruos, quia non seminant neque metunt, quibus non est cellarium, neque horreum, & Deus pascit illos. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis rex militibus deuotis debitam non procurat alimoniam? Quis dominus famulis suis non ministrat cibaria? Quis pater filijs suis non dat alimenta? Et vos ergo destituet, quos tanto pluris facit quàm auiculas? Si vos illi curæ estis, sicut utique estis, nonne superuacua est vestra sollicitudo? Si destituat ille, quid vobis proderit vestra sollicitudo? Omnem itaque sollicitudinem projicite in eum, quoniam ipsi cura est de vobis.

1. Pet. 5.

Coruus (auctoribus Physicis) pullos suos dum prodierunt, non vult agnoscere pro suis, adeo zelotypus est: nam dum eos videt albos, putat fœmellam aliunde concepisse, sicque nec quicquam alimenti ipsis ingeri sinit vsque in nonum diem, & runc erumpentibus paulatim plumis nigris, videns sibi similes fieri, patitur eos pasci. Si ergo interim istis nouem diebus continuis pulli coruorum cælitus pascantur, quanto magis vos pluris estis illis? Luc. 12.

Coruus zelotypus est.

Deinde ut corpus dedit suo arbitratu, ita & victum dabit suo arbitratu. Quis autem vestrum, cogitando tota sagacitate qua potest, adijcere potest ad staturam, & ætatem suam? Cuiusque corpus, ipso ne cogitante quidem, suis auctibus crescit vsque ad præscriptam à Deo magnitudinem. Siue curam abijcias, nihil breuius habebis corpus: siue cura distorquaris, nihilo habebis procerius. Si ergo neque quod minimum est potestis, quid de cæteris solliciti estis? Luc. 12.

Et sicut propter alimentum, sic etiam documētum dat propter vestimentum, dicens: *Cognoscite lilia agri, &c.* Quibus verbis non opus prohibuit, ut puta nere, lanam comere, texere, &c. sed sollicitudinem, & superfluum nimis que curiosum ornatum, qui caducorum florum est. hinc non otiosè (agri) additur, quod hortensia lilia non nihil habere videri poterant curæ humanæ, quemadmodum antè dixerat volucres cæli, ut distingueret ab altilibus. Lilijs autem sic prospicit, ut nec Salomon

k 4

rcx

*Ars tantū  
imitatur  
naturā, nō  
superat.*

*Fides mo-  
dica & si  
des magna  
quæ.*

*Gentes cre-  
dunt fortu-  
nam esse in  
rebus hu-  
mana, non  
providentiā.*

*Exod. 16.  
Deut. 8.*

rex opulentissimus ac splēdidissimus, vnquam sic amictus fue-  
rit, etiam cum maximè strepitum diuitiarum suarum ostenta-  
ret, quemadmodum quodlibet ex his cōtemptis neglectisque  
lilijs. Nihil enim tam elegans præstare potest hominum cura  
quàm præstat ipsa naturæ prouidentia. Reuera nec sericum  
regumque purpura, pictura, textura potest floribus cōparari.  
Quid ita rubet vt rosa? quid ita candet vt lilium? Violæ verò  
nullo superari possunt colore, nihil gramine viridius, delecta-  
bilis que. Si ergo gramen agri, quod hodie est, & cras in cliba-  
num mittitur, tam vile, inquam, sic exornat Deus, & tam pul-  
chiè sua prouidētia vestit, *quanto magis vos modicæ fidei?* Exiguæ  
fidei vocat, quia si nec de his fidentes sumus, quomodo inui-  
sibilia sperabimus? Permodica fides est, quæ nec de minimis  
certa est, sicut firma est, quæ contra spem in spem credit, scitque  
quia quæcunque promisit Deus, potens sit ipse etiam facere  
& exhibere, quemadmodum de Abrahamo testatur Paulus,  
Roman. quarto.

*Nolite ergo solliciti esse, dicentes, Quid manducabimus? aut quid bibe-  
mus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt.* Qui in  
rebus humanis fortunam credunt esse, non prouidentiā; neque  
iudicio Dei vitam suam gubernari æstimant, vel incerto duci  
euertu, de quibus Iob 22. habetur, Circa cardines cæli, inquit,  
perambulat, nec nostra considerat. ideo timent & desperant,  
quasi qui neminem habeant gubernatorem. Qui autem se cre-  
dit Dei iudicio gubernari, escam suam in manu Dei cōstituit,  
Et hnicorum ergo voces sunt, nō Christianorum: siquidem illi  
aut Deum esse non credunt, aut non agere curam mortalium.  
neque didicerunt aliam esse potiore vitam, ad quam omnis  
cura sit dirigenda. Itaque Dei præsidij diffisi, & in his quæ  
corporis sunt felicitatem hominis constituentes, magna soli-  
citudine parant, quæ ad victum vestitumque, aut reliqua cor-  
poris commoda faciunt. Gestunt gaudio, cum hæc obrige-  
rint: exanimantur metu, cum ijs imminet periculum, discru-  
tiantur mœrore, ac nonnunquam ad laqueum currunt, cum  
hæc eripiuntur: ac per has curas affixi rebus perituris, nec hæc  
viuunt suauiter, nec ad cælestium bonorum studium possunt  
animum erigere. Ijs nos ne fiamus similes quin cogitemus po-  
tius quàm miraculosè fouerit & sustentauerit Dominus Iu-  
deos in deserto māna & volatilibus cæli, ita vt nec vestimen-  
ta eorum, nec calceamenta fuerint detrita quadraginta annis.  
Deuteronom. vicesimonono. Cumque norit ille quomodo  
nos creauit, non sinet vtique vt in hac parte deficiamus, modo  
secundum ipsius voluntatem vixerimus. Scit enim pater no-  
ster quibus indigeamus antequam petamus. Quomodo enim  
pater filiorum suorum obliuiscetur? Nam patres etsi filijs  
non

non dent superflua, tribuunt tamen necessaria. Ecclesiastici 2.  
Respicite, filij, nationes hominum, & scitote quia nullus spe-  
rauit in Domino, & confusus est: permanit in mandatis eius,  
& derelictus est.

3 Tertiò, indicatur ante omnia quærendum esse regnū Dei  
& iustitiam eius. Regnum Dei quærerere nihil aliud est, quàm *Regnū Dei  
Deum orare, vt qui ad veram & catholicam Ecclesiam Roma-  
nam suam sponsam, & eius fidem nos per Spiritus sancti gra-  
tiam adduxit, in eadem ad extremum vitæ terminum conser-  
uet. Iustitiam autem Dei quærerere nihil aliud est, quàm charita-  
tis opera exercere. Nam, vt Augustinus ex sacris scripturis do-  
cet varijs locis, iustitia regni Dei, quod est Ecclesia, est ipsa  
charitas. Qui habet hæc charitatem, habet & Dei regnum intra  
se, dicente Christo Luc. 17. Regnum Dei intra vos est. Et Pau-  
lo Rom. 14. Regnum Dei non est esca & potus, sed iustitia &  
pax, &c.*

Officia ciuium huius regni Dei sunt, Dei gloriam laudibus *Officia reg-  
sanctaque cōuersatione promouere: iuxta illud Christi præce-  
ptum, Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant ope-  
ra vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cælis est,  
Matth. 5. Proximo charitatis opera exhibere, sanctis actioni-  
bus vitam æternam promereri, vinculum pacis cum fratibus  
retinere, carnem mortificare, ieiunijs & lachrymis Deum pla-  
care, atque eius gratiam promereri, & super omnia charitatē  
diligere, quæ est vinculum perfectionis. Coloss. 3.*

Hæc officia sunt necessaria omnibus illis qui sunt ciues &  
domestici Dei: quibus iustitia regni Dei cognita est. Quæ si  
desinit, quāuis sola fide firmiter statuamus nobis remissa esse  
peccata, nos esse ciues regni Dei: falsa tamen & diabolica est  
illa periuasio, & quæ filios diaboli, non Dei, procreat.

Regnum Dei est cæleste & æternum: hoc nobis quærendum *Regnū Dei  
est ex Christi mandato, qui dicit Primū querite regnū Dei & iu-  
sticiam eius, & hæc omnia adijciētur vobis. Quasi dicat, Vnusquis-  
que in sua vocatione faciat quod sui officij requirit honestas:  
seruet mandata Regis cælestis & leges regni eius, æmuletur  
charismata meliora, pacem diligat, alterius onera portet, &  
speret se non fame, neque siti, neque nuditate periturum, pro-  
mittente Christo in hoc Euāgelio, quod hæc omnia adijcien-  
tur nobis.*

Regnum autem mūdi est terrenum, corporale & caducum: *Regnū mū-  
hoc nobis contemnendum est & calcandum, exemplo Christi,  
qui oblatum cōtempfit, Ioan. 6. Siquidem eius imperium cu-  
piditas, vt liquet 1. Ioan. 2. Omne, inquit, quod est in mun-  
do, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, &  
superbia vitæ. Si hæc detestemur, & amauerimus nō corpora-  
lia,*



lia, sed spiritualia: consequemur vitam æternam, Amen.

Ambrosius: Hic manifestissime Dominus ostendit non esse appetenda hæc, tanquam talia nostra bona, vt propter ipsa debeamus benefacere, si quid faciamus, sed tamē esse necessaria. Regnum ergo Dei & iustitia Dei non nostra, bonum nostrum est, & hoc appetendum, & ibi finis constituendus, propter quod omnia faciamus quęcunque facimus. Sed quia in hac vita militamus, vt ad illud peruenire possimus, quę vita sine his necessariis agi non potest: apponentur, inquit, hæc vobis, sed vos regnum Dei & iustitiam eius primū quærite. Quum enim dixit illud primū, quia hoc posterius quærendum est, nō tempore, sed dignitate: ostendit illud tanquam bonum nostrum, hoc tanquam necessarium nostrum, necessarium autem propter illud bonum. Neq; enim verbi gratia, ideō debemus euāgelizare, vt manducemus: sed ideo manducate, vt euangelizemus. Si ergo quærimus cibum, vt habeamus regnum Dei, facimus quod debemus. Illud ergo quod primū debet intendi, id est, æternitas datur: & illud quod non debet intendi nisi per accidens, id est, temporalitas, superadditur vel adijcitur, inquit August. Quam ergo stulti sunt qui nimiam curā circa temporalia acquirenda, vel acquirita conseruanda apponunt.

*Stulti qui nimiam curā circa temporalia acquirenda apponunt.*

*1. Cor. 4.  
2. Cor. 11.*

1. Timoth. 6. Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubiū quia nec quicquam auferre possumus: habentes ergo victum & quibus tegamur, his contenti simus. Contingit sæpe vt quō maiori amore stringuntur, eō velocius admodum anguille elabantur, sicut paruit in illo diuite, Lucæ 12. cui dictum est, Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te: & quæ parasti cuius erunt?

EPILOGVS.

*Philosophia Christi.*

1 Philosophia Christi, quæ æternam beatitudinē pollicetur, totū requirit ordinē. Claudicantes in vtramque partem respicit. Nā consortium nō est iustitiæ cū iniustitia, nec communiō luci cum tenebris, aut Christo cum Belial concordia, nec pars fidei cum infideli, 2. Cor. 6.

*Sollicitudo abijcienda.*

2 Sollicitudinem rerum temporalium Christus exēplo auium, liliorum & graminis agri, nobis eximit, imō dulcissimā & promissionē, quum inquit, Non

Novit Pater vester celestis quod opus habeatis his omnibus, ne corda vestra grauentur curis huius vite, Luc. 21. & vt mores ab auaritia alienos habeamus, contenti his quæ adsunt, Hebr. 13. Scientes Dominum dicere Ios. 1 non te desero, nec derelinquo.

3 Docet primū regnum Dei quærendum esse, hoc est, fidem in Iesu Christo: & iustitiam eius, hoc est, fidem per dilectionem operantem. Regnum enim Dei non est in sermone, sed in virtute. Sic non dabuntur, 1. Cor. 4. dixit, sed adijciantur: vt discamus horum quæ in presenti dantur, nihili esse omnino magnum, si futurorum magnitudini comparentur.

DOMINICA DECIMASEXTA POST TRINITATEM, EPISTOLA.

Ratres, Obsecro vos, ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, Ephes. 3. quæ est gloria vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrē Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in celo & in terra nominatur, vt det nobis secundū diuitias gloriæ suæ virtute corroborari per spiritū eius, in interiori homine: Christū habitare per fidē in cordibus vestris, in charitate radicati & fundati, vt possitis cōprehendere cum omnibus sanctis quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas & profundū: scire etiam supereminētē scientiā charitatem Christi, vt impleamini in omnē plenitudinē Dei. Et autē qui potens est omnia facere superabundanter quàm petimus aut intelligimus, secundū virtutē quæ operatur in nobis: ipsi gloria in Ecclesiā, et in Christo Iesu in omnes generationes seculi seculorum.

In hac Epistola facit Paulus tria. Primo indicat quid Ephesij suo nomine facere debeant, nempe vt non offendantur propter tribulationes atque captiuitatem suam, veluti rem ignominiosam, iuxta pseudoapostolorū calumnias. Hinc ait: Propter quod peto, ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra. vult dicere, Quando liberum habemus accessum ad Patrem per Filium, peto ne deiciamini animo ob meas afflictiones, quas vestro omnium nomine tolero: ne turbent vos vincula mea, nec perturbemini, aut à veritate deterreamini calumniolis aduersariorum dictis. Quamuis enim affligamur, tamen vos nolite deficere: credētes verbum esse Dei, eiusq; Euāgelium, quod prædicaui vobis, quod vinculis meis & supplicijs confirmo. Iustorum namque tribulationes, quæ apud infideles pœnæ videntur, apud fideles pro victorijs haberi debent.

*Consolatio atq; hortatio maxi-*

Ea consolatio atque hortatio maximē necessaria est & nobis: quia apud Deum Christianorum passiones atque tribulationes sunt gloriose, apud mundum verò ignominiosæ, & parum firmas conscientias facile offendunt: similes, inquam, vasculis fictilibus, quæ si quis à sordibus emundare voluerit, radētis manum non sustineant, confringuntur & dissipantur, vnde & Ie-

*mē necessarii.*

*Infirmæ cōscientiæ vasculis fictilibus similes.*

& Ieremias dicit capite quinto & sexto, Percussisti eos, & re-  
nuerunt accipere disciplinam. Nam & frustra conflavit con-  
flator, &c.

*Pij gaudēt  
in afflictio-  
nibus, pro-  
phani verò  
in munda-  
nis.*

Pij igitur gaudent ac exultant, cum varijs tentationum, per-  
secutionum, afflictionum atque morborum generibus obruti  
fuerint: non ignorantes quòd afflictio patiētiam operetur, &c.  
Rom. 5. & Iacob. 1. Prophani verò lætantur in rebus munda-  
nis, & maledictum eum iudicant, qui semper pro Christo pa-  
titur. Aliter verò vult Paulus, vt sui discipuli iudicent: Quem  
enim diligit Dominus, castigat, &c. Hebr. 12. Apoc. 3.

*Modus o-  
randi.*

2. Secundo ostēdit hic Apostolus quid ipse illorum causa fa-  
ciat, nempe quod pro eis Dominum oret. Hinc ait, *Huius rei  
gratia flecto genua mea ad patrē Domini nostri Iesu Christi, ex quo om-  
nis paternitas in cælis & in terra nominatur, &c.* His verbis indicat  
Paulus tria: Primò, quomodo sese gerat in orando, nēpe flectit  
genua, extollit manus suas ad Deum, & orat non solum ore,  
sed & corde. Sic orauit Christus in horto, Matth. 26. Rex Sa-  
lomon in templo, 3. Reg. 8. Paulus quoq; in carcere, Act. 16. Et  
Paulus admonet, 1. Tim. 2. Volo orare viros, in orationibus  
sustollentes puras manus, absq; ira & discepratione. Item Da-  
uid Psal. 133. In noctibus extollite manus vestras in sancta, &  
benedicite Dominum.

*Genuum  
flexio ma-  
nuumque  
elevatione,  
quid pro-  
testentur.*

Genuum flexio, manuumque eleuatio, interiorē mentis  
humiliationem deuotionemque protestantur. Vnde Manaf-  
ses orans ad Dominum, Et nunc, inquit, flecto genua cordis  
mei, precans à te bonitatem, Domine. Huiusmodi preces vi-  
detur Dominus requirere, Isa. 45. vbi ait, Mihi curuabitur om-  
ne genu, &c.

*2. Par. 36.  
Oratio ad  
quem diri-  
genda.*

Secundò indicat ad quem dirigat orationem, nempe ad pa-  
trem Domini nostri Iesu Christi. In mūdo nullum est gratius  
ac dulcius nomen, quàm nomen Patris. Hoc nomen enim eri-  
git corda nostra ad Deum, & adducit nos in certam spem, vt de  
Deo nobis omnia bona polliceamur, firmiterque credamus il-  
lum nobis, vt dilectis filijs suis, opem laturum. Et licet nos sola  
virtute aut dignitate nostra tam splendidum titulum nō vsur-  
pemus: præceptis tamen (vt canit Ecclesia) salutaribus moni-  
ti, & diuina institutione formati, audemus dicere, Pater noster  
qui es in cælis, &c.

*Matth. 6.*

*Deus pater  
Christi per  
naturam,  
nobis per  
adoptionē.*

Hic pater est Iesu Christi per naturam, nobis autem pater  
est per adoptionem, Roma. 8. & Gal. 4. Et ab ipso qui est pater  
omnium, & qui in cælo sunt sancti & angeli, & qui in terra  
sunt mortales homines acceperunt vt patres ab alijs vocaren-  
tur: ipse tamen eminenti & incommunicabili modo creaturæ  
sue pater est. Vnde per Malachiam ait cap. 2. Nunquid non  
vnus est pater omnium vestrum? Et Isa. 63. ait, Tu enim pater  
noster,

noster, & Abraham nesciuit nos. Hinc & ipse Dominus dixit,  
Patrem nolite vobis vocare super terram. i. patris nomen nulli  
prorsus quomodo cælesti Patri tribuite: vnus est enim pater  
vester qui in cælis est, hic est primus & summus omnium pa-  
ter, ex cuius dispositione sunt nobis patres, & in terra prælati.

*Matth. 23.*

Tertiò, indicat Apostolus quid precetur, nempe vt miseri-  
cors Deus dignetur Ephesijs benigniter largiri hæc tria: Pri-  
mo, fortitudinem & robur per spiritum sanctum, qui eos con-  
forter in omni cruce & tribulatione. Deinde vt dignetur ipsis  
largiri fidele cor, in quo habitet Christus. nam qui Christum  
in se habet, ei nihil deest. Tertio, vt largiatur charitatem non  
fictam, non simulatam: sed veram atque sinceram, iuxta man-  
datum Christi, Ioan. 13. In hoc cognoscent omnes, quia disci-  
puli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.

*Petit D.  
Paulus vt  
Deus lar-  
giatur E-  
phesijs hæc  
tria.*

Hæc tria quoque omnes concionatores debent precari: sci-  
licet, vt Deus dignetur auditoribus concedere Spiritus sancti  
fortitudinem, qui Isaïæ testimonio cap. 11. Spiritus fortitudi-  
nis appellatur, vt robur & vires suppeditet ad sustinendum ad-  
uersa, & resistendum hostibus fidei, ne verificetur de illis illud  
Thren. 1. Abierunt absque fortitudine ante faciem subsequen-  
tis. Quinimo (vt monet Sapiens Eccle. 2. Omne quod illis ap-  
plicitum fuerit, accipiant, & in dolore sustineant, & in humi-  
litate sua patientiam habeant, vt cum Propheta liberè dicant,  
Propter te sustinimus opprobrium tora die.

*Conciona-  
tores om-  
nes debent  
quoq; hæc  
tria preca-  
ri audito-  
ribus.*

Deinde precari debent, vt Deus auditoribus concedat cor  
fidele, & Christum inhabitantem, qui non habet mansionem  
vbi fides infirma vacillat, vt per firmam fidem fiat intra eos re-  
gnum Dei, cui Christus perpetuam suam promisit presentiam,  
Matth. 28. d. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummatio-  
nem seculi.

*Psal. 68.*

Debent quoque precari, vt concedat illis Deus charitatem  
mutuam, non fictam nec simulatam, sed veram, fraternam, at-  
que Christiano dignam, vt tanquam arbores firmiter radicate  
per veræ charitatis stabilem virtutem, in interiori homine con-  
tra omnia aduersa firmentur, vt cum Apostolo possint non im-  
meritò dicere, Rom. 8. Quis nos separabit à charitate Christi?  
tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an  
gladius? &c. Et vt firmæ domus, charitati tanquam stabili fun-  
damento sint innixæ vsque adeo, vt cæsi descendat pluuia, ve-  
niant flumina, & strideant spirantes venti, non cadant: hoc est,  
ne vincant illos aut pluuia hæreticæ persuasionis, nec flumina  
carnalis delectationis, nec ventus seu tempestas violentæ per-  
secutionis.

*Matth. 7.*

Vt certò sic credant nihil esse in cælo aut in terris, tam lon-  
gum, latum, profundū & sublime, quo se non protēdat Christi  
poten-



potentia, charitas & sapientia: nec vllum esse locum vbi non possit consolari aut auxiliari, Psal. 138. Quo ibo à spiritu tuo, aut quò à facie tua fugiam? &c.

Cognoscere charitatem qua dilexit nos Christus, excelsit omem scientiam humanam

Precatur tandem Apostolus, vt Ephesij possint eam nosse & intelligere charitatem, qua nos dilexit Christus, tantam esse, quòd omnem superemineat & excedat scientiam humanam. plenè enim sciri non potest, quanta nos charitate dilexit. Et quia quò plus Deus intelligitur, plus & amatur: & quantò plus amatur, tantò amplius in spiritualium charismatum participationem venit. Ideoque orat & optat nos (saltem pro nostro modo) cum Ephesijs hanc eandem Christi nouisse charitatem, quatenus hic virtutum & gratiarum, illic verò beatitudinis plenitudinem assequamur. In quam plenitudinem, inquit, venire non potestis, nisi prius agnoscatis Christi erga vos maiorem esse charitatem, quàm humana scientia comprehendat. Nam charitatis illius magnitudinem nemo potest comprehendere, qua videlicet, Deus homo factus est, qua iustus pro impijs, dominus pro seruis, pro creatura sua creator Deus, mortem subire dignatus est. De hac charitate loquitur Dominus. Vnde non dixit: Hanc quanta sit cognoscetis, sed cognoscetis, inquit, quòd sit scientiæ supereminens: & hoc oro, vt à spiritu perdiscatis.

Isa. 49.

Gratia Deo Patri pro suis in nos beneficijs agēda. Rom. 19.

3 Tertiò, Apostolus adhortatur hic Ephesios, & omnes Christi fideles ad gratiarum actionem: nempe, vt Deo patri pro suis beneficijs & ineffabili bonitate, gratias agamus, benedicamus, laudemus & glorificemus. Hinc ait, Et autem qui potent est omnia facere superabundanter quàm petimus aut intelligimus, secundum virtutem quæ operatur in nobis: ipsi gloria in Ecclesia, & in Christo Iesu in omnes generationes seculi seculorum.

Benedicendum Deo in Ecclesia catholica.

Docemur hic neminem posse Deum verè laudare, nisi in Christi fide & virtute. Hinc dixit Ioā. 10. se ostium: & 14 Nemo potest venire ad Patrem, nisi per me.

1. Reg. 15.

Docemur præterea Deo confitendum ac benedicendum in Ecclesia catholica: Confitebor tibi, inquit Psal. in ecclesia magna, Palm. 34. Et iterum Psal. 21. In medio ecclesie laudabo te. Nemo ergo præsumat sacrificare seorsum in excelsis: Nam diuina lege reus est quisquis extra locum, què ad suum cultum selegerit Deus, præsumperit sacrificare. Deut. 12. & 16. Si quidem victimæ impiorum abominabiles Domino, Prouerb. 15. Sed quæ maior esse posset impietas, quàm sacrosanctæ catholice ecclesie ritu contempto, impias & prophanas nouitates sectari, quandoquidem obedientia victimis præferatur, & quasi ariolandi crimen & idololatriæ scelus sit non velle acquiescere?

Et quoniam in perpetuum est ecclesia permansura, quia nec potest

portæ inferi aduersus hanc præualebunt: ideo dicit, In omnes generationes seculi seculorum. Dei enim tā laus quàm gloria non accipiet finem, Apoc. 4. & 5. cap.

Semper igitur ore ac corde oremus, vt nobis adesse, vt nos in omnibus necessariis rebus, nempe in fide & charitate confirmare, vt que in cruce & tribulatione patientiam donare velit supremus Pater: dando in hoc seculo gratiam, & post hanc vitam æternæ gloriæ sempiternum gaudium.

Liquet quoque ex hac Epistola traditionem Apostolicā esse expresso Dei verbo confirmatam, in templis, domi, in carcere, flectenda esse genua quando oramus.

EPILOGVS.

- 1 Christi crux, & Apostolorum, & Apostolicorum virorum cõpedes quas ob Euāgelij sincerā professionē gestāt, decori sunt Christianis, nō probro. *Cruz Christi & sanctorum decori sunt Christianis nō probro.*
- 2 Arma militiæ nostræ potentia Dei, ad demolitionē inimicorum, sunt orationes, quibus flexis genibus ex intimo mēis affectu deprecamur Deū Patrem nostrum, & Patrem Domini nostri Iesu Christi, Matth. 17. Hec genus demoniorum non eijcitur, nisi in ieiunio & oratione. *Arma militiæ nostræ sunt Christianis nō probro. Arma militiæ nostræ que.*
- 3 Scopus orationum nostrarum, vt impleamur in emuē plenitudinem Dei, & vt cognoscamus præminētem cognitionis dilectionem Christi, vt assequamur cū omnibus sanctis que sit latitudo & lōgitudō, &c. Charitas manifestat fidem veram esse. Hæc fides comprehendit, quod nil tam altum, in finem longum, & latum, vbi Christus non habet potestatem & iuuare potest, nec timet à morte vel inferno. *Scopus orationum nostrarum, qui.*

DOMINICA EADEM, EVANGELIUM.

In illo tēpore Ibat Iesus in ciuitatē quæ vocatur Naim, & ibant cum illo discipuli eius & turba copiosa. Quum autē appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ. Et hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cū illa. Quā quū vidisset Dominus, misericordiam motus super eā, dixit illi, Noli flere: & accessit, & tetigit loculam. Hi autē qui portabant steterunt. Et ait illi, Adolescēs, tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus, & cepit loqui, & dedit illū matri suæ. Accepit autem omnes timorē, & magnificabant Deum, dicentes: Quia Propheeta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam.

Luc. 7.

Hoc Euāgelium complectitur tria. 1. Primò honorificum sepeliendorū funerū vsus. Receptus enim fuit mos iste & à Iudæis & Gentibus. cum honore sepelire mortuos scriptura nos docuit. Nam Abraham magno honore Saram sepeliuit, Gen. 23. Et mortua est in ciuitate Arbec, quæ est Hebron, in terra Chanaan: Vnitq; Abraham vt plangeret & fleret.

Mos & vsus sepeliendorum funerum fueram approbatur ex sacris litteris.

eam. Cumque surrexisset ab officio funeris, &c. Isaac, Genes. trigesimoquinto, Iacob maximis sumptibus ex Aegypto ductus, sepultus est apud patres suos, Genes. 49. Ioseph ordinavit ossa sua per filios ibi etiam tumulata, Genes. 50. Tobias filio suo ait quarto capite, Quum acceperit Deus animam meam, corpus meum sepeli: quum autem & ipsa compleverit tempus vite sue, sepelies eam circa me, loquitur de vxore. Lazarus cum honore sepultus est, Ioan. 11. Christus, quem ut hominem sepultum legimus, honorificentissime sepultus fuit, nepe pretiosissimis unguentis, & hoc a principibus viris, Iosepho scilicet iusto & nobili, ac Nicodemo Rabbi, & Pharisæo, Ioan. 19. Iuxta prophetiam Isaiæ undecimo. Et erit sepulchrum eius gloriosum. Curauerunt Stephanum viri timorati, Act. 8. Sic filius huius viduæ efferebatur sepeliendus, comitatus matre, & turba copiosa.

*Gentes varium morem habebant sepeliendi suos mortuos.*

*Sepultura Christianorum tres ob causas honorifica esse debet.*

*Tobie 2.*

*Isaiæ 40.*

Gentes autem varium morem habebant: nam Lotophagi suos mortuos in mare abiciebant. Bactri canibus, quos eratio publico ad hoc alebant, deuorandos projiciebant. Massageræ ipsos comedebant. Tibareni patibulis appendebant. Quae de re Cicero lib. 1. quæst. Tusc. & diuus Hieronymus lib. 2. contra Iouin.

Et quamuis non magni referat quo modo quis, & vbi sepeliatur: ob tres tamen causas sepultura Christianorum honorifica esse debet. In primis ut videamus inter Christianos, parentes & fratres, & inter orthodoxos piam fuisse charitatem. Sic enim Abraham luxit suam Saram, Genes. 23. & Israëlitæ, Ioseph, Mosen, & Aaronem, Deut. 34. discipuli Stephanum, Act. 8. Cur non Christianus Christianum? Laudabile & pius est, imò angelicum aliquid, mortuorum nostrorum funera ad sepulturam deferre eaque comitari. Vnde in sacris literis eximie commendatur Tobias senior, qui magis timens Deum quam regem, rapiebat corpora occisorum, & occultabat in domo sua, & medijs noctibus sepeliebat ea.

Deinde debet esse honorifica, ut homines admoneantur suae fragilitatis, atque breuitatis vite reuocent in memoriam aliquando moriendum esse, & ita peccare desinant. Nam iuxta scripturam, memoria mortis peccare vetat, Ecclesiast. 7. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Iesus Sirach, Eccles. 38. Memor esto (inquit sub persona mortis) iudicij mei: sic enim erit & tuum: mihi heri, & tibi hodie, 1. Pet. 1. Omnis caro fœnū, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Exaruit fœnū, & flos eius decidit. Hinc Eccles. decimo, Quid superbis terra & cinis? In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris.

Poste-

Postremo, ut ostendamus externis sepulturæ ceremonijs fidem nostram, atque spem futuræ resurrectionis & æternæ vitæ: quam corpus cum anima possidebit. Quare ne impiè dicas, Quid mortuo cadaveri deferamus? Non videri debet tibi in hac re exanguè cadaver, sed memento esse corpus hominis qui nuper tibi similis, corpus, inquam, in baptismi sacramento spiritus sancti templum effectum & consecratum, 1. Cor. 3. cuius lingua Deum viuum adorauit: nec insulsæ mentis ineptias (ut quidam faciunt) effutias: Sit anima in partem Deo, caput verò diabolo. Insuper tu, inquit Apostolus, quod seminas non viuificabitur, nisi prius moriatur, &c. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem, 1. Corinth. 15. Dic ergo potius cum Propheta, *Iob. 19.* Scio quod redemptor meus viuus, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum, &c.

Fuerunt autem apud funus adolescentis huius quatuor genera hominum. Fuit adolescens qui mortuus efferebatur. Quo docemur quod omnia quæ nobis eueniunt, siue bona, siue mala, à Deo proficiantur: mala corporis, famæ, aut fortunæ, ac mors ipsa, propter peccata nostra. Stipendium enim peccati mors, Roman. 6. bona ex mera gratia Dei. Gratia autem Dei vita æterna.

*Omnia quæ nobis eueniunt, à Deo proficiuntur.*

Docemur hic quoque nulli ætati aut sexui mortem parcere. Mors sceptrum ligonibus æquat, ait quidam. Vigilate itaque, ait Saluator, & estote parati, quia nescitis qua hora Filius hominis veniet, Matth. 24. Marc. 13. Luc. 12. Poëta dicit:

O formosè puer, nimium ne crede colori,  
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Beatus est qui cum Propheta, omni momento dicere potest, Paratus sum, & non sum turbatus, Psalm. 118.

*Mors nulli ætati aut statui parcat.*

Aduit mater adolescentis, vidua. Quo docemur quod ita simus affecti, & adeo in prosperis efferamur, ut quum Deus in nos contulerit summa beneficia, tamen tanta in nobis sit barbaries, tantaque obliuio, ut nullas gratias agamus dum valemus, nullus merus Dei, nulla cultura Dei, nec eius mandatorum, nec proximi commiseratio. Ideò manum suam adiutricem retrahit. Huic viduæ præripuit filium, mercatoribus aufert facultates, nobilibus dignitates, ciuibus pacem: percutit interdum, affligit, ut ad ipsum confugiamus, ut eius recordemur. Dauid Psalm. 106. ait de Iudeis, quod clamauerint ad Dominum quum tribularentur.

*Deus quando manum suam adiutricem subinde retrahat à nobis.*

Fuit quoque turba quæ sequebatur elatum funus, & qui portabant loculum. Quo docemur quod populus ciuitatis Naim non vsque adeo fuerit crudelis & immisericors, quin proximorum

*Proximis condolendum.*

morum



morum calamitate tangeretur. Vnde exemplum nobis imitandum proponitur, ut proximis nostris in necessitatibus condoleamus, quia nisi abundauerit iustitia nostra plus quam Scribarum & Phariseorum, non intrabimus in regnum caelorum, Matth. 5.

*Pater viduarum & pupillarum Christus.* Aduit tandem Christus, qui cum discipulis suis appropinquauit portae: & viduae misertus excitauit filium. Quo docemur, quod Christus ostendat se viduarum & pupillarum patrem, defensorem, atque protectorem. Condidit enim eorum causa in veteri testamento peculiarem legem, Exod. 22. & addidit singularem promissionem, & facto in multis comprobauit.

*Vidua miserè lugebat, propter tres causas* 2. Secundò complectitur moestitiam atque calamitatem huius viduae, quae miserè lugebat, & flebat propter tres causas: Prima, quia filium adolescentem in ipso vitae suae flore amiserat. Secunda, quia unicum filium, in quem totam vitae suae spem collocauerat, baculum, inquam, senectutis, lumen oculorum suorum amiserat Tob. 5. Tertia, quia maritum amiserat, & vidua erat. Mulier autem per se vas est fragile: & natura pusillanimis atque infirma. Iam si viduitatis malum accesserit, fit duplex eius calamitas. Quod si filium quoque aut filiam, à quibus consolationem accipere posset, amiserit, iam penitus misera destituitur omni ope, atque relinquitur.

Primò amisit filium, qui diuino & naturali iure ipsi debebat reuerentiam, honorem, subuentionem in suis necessitatibus, & consolationem in afflictionibus. Secundò amisit iam aduultum, qui ad illam peruenerat aetatem, in qua matrem merito orbaram iuuare, & consolari, & reuereri poterat. Tertiò amisit unicum, qui solus erat, à quo illa omnia expectare poterat, ut qui ex praecepto Dei hoc debebat. Unicus erat, non aliam habebat, quod eius dolorem augebat. Miserandus sanè casus, & ad fletum potens prouocare.

*Quare mors huius adolescentis diuina prouidentia acciderat.* Hinc discimus mortem huius adolescentis, non casu nec fortuito, accidisse, sed diuina prouidentia ita disponente. Primò, ut inde gloria Dei magis ac magis illustraretur, Ioã. 11. Secundò, ut discamus usum aduersitatis & afflictionum. Vidua haec quum maritus illi aderat, quum filius vivebat, Dei non recordabatur: in illis duobus amandis seruiendisque perseuerabat, in illis suam spem collocabat. Deus sustulit eos è medio, atque ita ipsa conuersa est ad Deum amandum, & ei seruiendum, & in illo sperandum. Idem & nunc quibusdam accidit. Felices eos, qui hoc exemplo discunt usum suarum afflictionum. Felix necessitas, quae nos ad meliora compellit.

*Bonitas & clementia Christi.*

3. Tertiò praesens Euangelium complectitur bonitatem atque clementiam Christi. Qui quum vidisset viduam afflictam, miser-

sericordia motus, consolabatur eam, dicens, *Noli flere*: Iubens cessare à lachrymis qui consolatur moestos: moderatum fletum, qui naturae & amoris est, non prohibet. Nam Ecclesiasticus monet 22. cap. Modicum plora super mortuum, quoniam requieuit. item 38. cap. Fili, inquit, in mortuum produclachrymas, & secundum iudicium contege corpus illius. Fac luctum secundum meritum eius, vno die, vel duobus propter detractionem: sed vult ut de praesentibus amicis defunctis consolationem recipiamus, resurrectionem sperantes, dicente Apostolo, Nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini, sicut ceteri qui spem non habent. Pagani & infideles causam habent lugendi, resurrectionem ignorantes, non autem Christiani. Ideo cum fidei Iob 1. dicere debemus, Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Hinc David pro vita filij crans cum lachrymis, mortuum flere noluit, dicens: Propter infantem dum adhuc viueret, ieiunavi & fleui. Dicebam enim, Quis scit si fortè mihi donet eum Dominus & viuat? Nunc autem quia mortuus est, quare ieiuno? Nunquid potero eum reuocare amplius? Ego vadam magis ad eum, ille verò non reuerterur ad me, 2. Reg. 12. A modo iam dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis.

*Accessit et tetigit loculum.* Non solo verbo peragit miraculum, sed & loculum tangit, ut cognoscamus efficax esse sacrum Christi corpus ad humanam salutem. Est enim corpus vitae, & caro verbi omnipotentis, Ioan. 5. Roma. 4. cuius habet virtutem. Praeterea tetigit loculum, ut discamus quàm inops sit humana cupiditas. Nam cui magna in vita non sufficiunt palatia, in morte non locus, sed loculus datur, Isa. 5. Vae qui coniungitis domum ad domum & agrum agro copulatis, donec non sit locus. Nam diues quum interierit, non sumet secum omnia, neque descendet cum illo gloria eius.

*Hi autem qui portabant, steterunt.* Vtraque turba intenta in euentum huius tenebris pompae fuit, tum ea quae comitabatur viduam, tum ea quae Dominum. Diuina enim dispensatione factum est, ut plures testes essent miraculo.

Iesus ergo versus ad adolescentem, imperiosè, sicut habens vitae & mortis imperium, Sapiẽ. 16. ait: *Adolescens tibi dico surge.* Helias fletibus & suspirijs filium mulieris Sareptanae suscitauit. 3. Reg. 17. Helisæus proprium corpus applicando corpori defuncti, 4. Reg. 4. Et Petrus Tabitam oratione sua, Act. 9. mortuos ad vitam reuocauit. Christus verò mortuos ut viuos alloquitur. Ipse enim resurrectio est & vita, Ioã. 11. Ipse etiam clauis habet mortis & inferni.

*Et resedit qui erat mortuus, velut à somno excitatus.* August.

*Moderatus fletus non prohibetur*

*Theß. 4.*

*Apoç. 14.*

*Corpus Christi ad humanam salutem efficac.*

*Cupiditas humana valde turps.*

*Psal. 48.*

*Dominus vita & mortis Christus.*

*Apoç. 1.*

Eos qui dormiunt nobis, excitare possumus ut surgant, si quis nobis sit mortuus, quantumcunque impellimus, non surgit: quia verò Christo omnes dormiunt, ideo facilius facit à morte resurgere, quàm nos dormientes à somno. Inter dicere Domini & facere, nulla distantia est: Ipse enim dixit, & facta sunt, Psalm. 148.

Inter dicere Domini & facere, nulla distantia.

Et cepit loqui, quo certius esset vitæ redditæ argumentum. Verisimile est prima quæ loquebatur verba, gratiarum actionis fuisse.

Dedit illum matri suæ, ut viuum eum domum reduceret, suis inambulantiem pedibus, quem mortuum quatuor baiulis extulerat, utque de reddito sibi filio consolaretur, de quo prius fuerat tristis.

Summatim ostendit Christus per hanc diuinam suam potentiam erga mortem & infernum, sicut superius dictum est.

Ostendit præterea quomodo sit affectus erga pauperes, derelictos, pupillos & viduas. Indicat enim se esse pauperum & viduarum patronum, Psalm. 145. Dominus custodit aduenas, pupillum & viduam suscipiet: defensorem. Exo. 22. Viduæ & pupillo non nocebitis: si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum: & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filij vestri pupilli: iudicem. Psal. 67. Turbabitur à facie eius patris orphanorum & iudicis viduarum: & protector est. Eccles. 35. Non despiciet preces pupilli, nec viduam, si effundat loquelam gemitus. Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducet eas? A maxilla enim ascendunt vsque ad cælum, & Dominus exauditor delectabitur in illis. In omnibus necessitatibus eorum curam pauperum Deus suscipit, in veteri ac nouo testamento, pauperum, viduarum ac pupillorum singularem curam Deus semper gessit. Zacha. 7. Iudicium verum iudicate, & misericordiam & miserationes facite vnusquisque cum fratre suo, & viduam, & pupillum, & aduenam, & pauperem nolite opprimere. & malum viri fratri suo non cogitet in corde suo, Jerem. 22. Pupillum & viduam nolite contristare, neque opprimatis iniquè. Isa. 1. Querite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Sed heu ibidem conqueritur Dominus, Pupillo non iudicant, causa viduæ non ingreditur ad eos. Commouit fontem pietatis, cor matris & viduæ exacerbatum & desolatum ad commiserationem, iudicem autem iniquum ægrè emollit vidua illa, Luc. 18. improbæ suis precibus ad iustitiam impetrandam de aduersario suo: & fratri roganti cō fratrem, veniam debitorem suorum, non vult remittere, sed inclementer detrusit in carcerem, donec redderet debitum, Matth. 18. Talibus grauiter commi-

Patronus pauperum & viduarum Christus

Deus semper viduarum et pupillorum curam gessit.

comminatur. Dominus Isa. 10. Væ qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt, ut opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei, ut essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. Quid facietis in die visitationis & calamitatis de longe venientis? ad cuius confugietis auxilium? & vbi derelinquetis gloriam vestram, ne incuruemini sub vinculo, & cum interfectis cadatis? Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico vobis quia citò faciet vindictam illorum. Qui Christianus factus tenus est, is exemplum Christi, atque sanctorum suorum sequutus, memor erit pauperum fratrum & sororum, & ita se erga illos exhibebit, quales illos erga se cupiat, si eadem sorte vteretur, Iacob. 1. Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem, hæc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum. Vnde quia nemo erat qui pro vidua ista rogaret, aut intercederet, nec ipsamet auxilium petebat: Christus ipse vtro accessit, & non tantum eam consolatur verbis, verum admiranda virtute & facilitate filium viuificat, & viuificatum matri restituit.

Vnde discimus Christum nos docuisse, non cōsiderasse merita in illa scemina, ut tantum beneficium illi concederet, sed gratis solitum misereri. Rom. 3.

Præterea non esse nobis merita exploranda ex his qui nostro subsidio indigent, sed non vocati nec rogari debemus succurrere, etiam si mali sint. Iob 30.

Insuper nõ debere nos facere aliquid boni, ut inde gloriam humanam venemur. Matth. 7.

Cæterum non esse benefaciendum, ut commodis nostris prospiciamus, sed ut proximis afflictis opem feramus.

Vbi Christus miraculum fecisset à seculis inauditum, timor omnes inuasit, adeo ut Deum glorificarent, & prius tacentia ora laudes Dei resonarent. Hi sunt veri fructus miraculorum Christi, fidem nostram confirmare, Christi potèntiam nobis declarare, & veram eius diuinitatis cognitionem nobis adferre. Quæ omnia vbi nobis fuerint cognita & manifesta, mox in gratiarum actionem erumpemus: idque tam constanter, ut hæc fama de miraculis Christi exeat non tantum in vniuersam Iudæam, & omnem finitimam regionem, verum per vniuersum mundum dispergatur: adeo ut homines eius maiestate commoti, cogantur dicere, Surrexit nobis non propheta tantum, sed quem omnes prophæ prænuntiabant, Iesus Christus saluator mundi: qui in se credentes à diabolo, morte, & inferno liberabit, & dabit vitam æternam, Amen.

Luc. 18.

Rom. 3.

Iob 30.

Fructus miraculorum Christi.



## EPILOGVS.

- Historia.** 1 *Historia de vnico filio mulieris viduæ mortuo, quem Dominus Iesus suscitauit in vitam, ostendit Christum esse Dominum vitæ & mortis. Quare in media morte, sanctis non est ponenda spes: Etiam si occiderit me, in ipso sperabo, inquit Iob. 13. cap.*
- Pater orphanorum Christi.** 2 *Consolatur Christus verbis, & re opitulatur, qui pater est orphanorum & iudex viduarum. Verbis, quum ait, Noli flere: Re, quia dixit, Adolescens tibi dico surge, & viuum tradit matri suæ. Ad eum modum docet Iac. cap. 2. nempe vt fratribus egenis non solum dicamus, Abite cum pace, calefcite, & saturamini. nam hoc est lingua consolari. Non sunt enim pauperibus gratiæ huiusmodi voces, & vti nunc per fenestras rebant. Deus prouideat vobis, non calefcunt, non saturantur istiusmodi vocibus, verum etiam vult Apostolus iuxta exemplum Christi, vt succurramus illorum necessitati, operiamus & cibemus, atque tum ita consolatos, ita letos, ita deo gratias agentes, à nobis cum pace dimittamus.*
- Significatio doctrinæ spiritualis.** 3 *Hæc iuxta historiam gesta, significationem doctrinæ spiritualis habent. Vidua enim mater, Ecclesiæ gerit imaginem cuius filius mortuus residet, cum interna compunctione renouiscit peccator. Vide Bedam, et Paraphrasim Erasmi.*

## DOMINICA DECIMASEPTIMA POST TRINITATEM, EPISTOLA.

- Ephes. 4.** **F**ratres, Obsecro vos ego vinculus in Domino, vt dignè ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate, solliciti seruire vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vnam spem vocationis vestre. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus deus, & pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis, qui est benedictus in secula seculorum.
- I**n hac Epistola D. Paulus meminit vocationis Ephesiorum, & omnium fidelium, qua indicat quinque: 1. Quis nos vocauerit, nempe omnipotens & misericors Deus, qui nomen habet à potentia, & à benignitate. A potentia habet, nam omnium rerum potens est, & nemo quicquam contra eum efficere potest. quem tuetur, is saluus est: & quem deserit, is perijt. Et tamen quamuis cuncta in sua manu & potestate habeat, teste Dauide Psalm. 94. vbi ait, In manu eius sunt omnes fines terræ: & Omnia quæcunque voluit, fecit in cælo & in terra, Psalm. 134. ita nos amat, vt neminem deserat nisi desertus: neminem saluet, nisi volentem saluari, Eccles. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Adiecit madata & præcepta sua. si volueris madata seruire, conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam seruire. Apposuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrigere manum tuam. Ante hominem

*Patens omnium rerum Deus.*

nem vita & mors, bonum & malum, & quod placuerit ei, dabitur illi, &c. Ierem. 21.

A bonitate habet: Nam in eo sunt mera bonitas, gratia & misericordia, & tam exuberantes omnium diuitiæ, vt vbertim se transfundant in omnes creaturas quæ sunt in cælo & in terra. Bonum sui ipsius est diffusiuum: & tanto diuinius, quanto communius. Sic Sol bona Dei creatura, diffundit radios suos per totum orbem: ignis calorem suum in omnes qui adstant vel assident diffundit: vnguentum odorem diffundit per totam domum in qua habetur. Deus autem qui bonitatis magnitudine bonitatem creaturarum incomparabiliter superat, suæ bonitatis gratiam etiam in malos confert & indignos. Solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluuiam mittit super iustos & iniustos, Matth. 5. Solus habet nomen à bonitate Deus, Matth. 19. Marc 10.

*Bonū sui ipsius diffusiuum.*

*Lucæ 12.*

2. Indicat ad quid nos vocauerit, nempe ad regnum suum, ad vitam æternam: vt filij Dei, fratres & cohæredes Christi, & possessores cælorum fiamus, Ioan. 10. Quare in hoc seculo sic nostram vitam instruere, atque ætatem exigere debemus, vt nomen Dei & verbū eius sanctificetur ac glorificetur, vt Christus ait Matth. 5. Sic luceat lux vestra, &c. Est enim homo in hoc cōdirus, vt Dei imaginem gerat, Deum agnoscat: & summo studio curet, ne prophanetur & dedecore afficiatur nomen Dei, Rom. 2.

*Homo ad quid conditus.*

Per quid nos vocauerit indicat, nempe per varia media. Primò externa, puta per corporales creaturas. Nā quicquid Deus creauit, id ideo condidit, vt per visibiles creaturas perueniremus ad cognitionem creatoris. Sol, luna, stellæ, elementa, & in his contenta, ducunt nos in cognitionem creatoris, Rom. 1. Inuisibilia enim ipsius, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Deinde per varias tentationes, tribulationes, persecutiones, calamitates, quibus impellit nos Deus vt auxilium eius quæramus, Psalm. 49. Inuoca me in die tribulationis, eruam te & glorificabis me. Item Psalm. 77. Quum occideret eos, quærebant eum, & reuertebatur, & diluculo veniebant ad eum.

*Per varia media vocat nos Deus.*

Secundò per interna, vtpote, salutares admonitiones, cogitationes & inspirationes sanctas, quas Deus infundit vel per spiritum bonum, vel per conscientiam nostram, vel per auditionem verbi Dei. Et profectò si admonitiones internæ huius vocationis amplecteremur, non externis illis tentationibus impereret nos Deus, iuxta illud Lucæ decimoquarto, Compelle intrare, &c.

Et vt dignè cum Ephesii ambulemus vocatione nostra, non imperat Apostolus, sed obsecrat in vinculis hæc scribens,

*Homo generose mē-  
tis animal.  
Superiorā  
in subditos  
præcepta la-  
quei sunt  
et vincula.  
Humilitas  
mater vir-  
tutum &  
custos.  
Psal. 130.*

in quæ non facinoris alicuius, sed Euangelij gratia coniectus fuerat, quanquam interim autoritate summa fungeretur, sciens quod remissius imperanti facilius obtèperatur, eò quod homo generose mētis sit, qui sponte sua sequi malit, quā trahi. Noluit ergo Paulus discipulis suis præceptorū laqueos iniicere, sed modestè, pariter & humiliter precari. Superiorum enim in subditos præcepta laquei sunt, & vincula. Vnde & quorundā rigide iussiones, præuaricationes potius multiplicat, quàm virtutes promoueat: quemadmodum satis constat de Roboam rege Israël, & populo eiusdem, 3. Reg. 12.

4. Indicat quomodo debeamus ambulare in vocatione nostra, nempe, *In humilitate*. Est autem humilitas mater omnium virtutum & custos. Hęc magna fuit in Christo. Ideò ait Matt. 11. Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Et David quoque dicit, Neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me. Item eodem loco dicit, Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Humilitate ira Dei placatur, sicut per superbiam, vel maximè prouocatur, sicut paruit in Achab. 3. Reg. 21. de quo Dominus ait ad Heliam, Vidisti humiliatum Achab coram me: quia ergo humiliatus est mei causa, non inducam malum quod locutus sum in diebus eius. Parit hęc mater reliquas ex se virtutes, quæ sequuntur & quasi loco tuto in se custodit, ne vanitati vel iactantiæ, quasi vento puluerulento sint obnoxia, disperganturque tanquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ, Psal. 1.

*Mansuetudo  
qualis  
virtus*

*In Mansuetudine*. Est autem mansuetudo virtus, qua pius homo non facile mouetur, nec ad iracundiã, nec ad vim aliis inferendã prouocatur: sed adnititur vt omnia familiariter trãsiganter, nutibus, gestibus, verbis, operibus. Hęc fuit magna in Mose, Num. 12. Erat enim Moses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. Fuit magna in Dauide, 2. Reg. 16 & 1. Reg. 24. qui nec de iniquo rege Saule persequente, nec rursus de maledicentiã Semei atrociter insectãtis se verbis contumeliæ, quin & lapides & terræ puluerem in regem mittentis, vtrionem sumi passus est. Fuit quoque magna hęc virtus in Paulo, 2. Corinth. 11. Sed multò excellentior & perfectior in Christo Iesu Domino nostro, Luc. 23. Pater ignosce illis, &c. 1. Pet. 2.

*Patientia  
qualis vir-  
tus.*

*In patientia*. Est autem patientia virtus, qua toleramus equanimiter omnia, soli que Deo vindictã relinquimus. Mihi vindictam, &c. Deut. 32. Hac implemus legē Christi qui omnia nostrum infirmitates & peccata portauit in corpore suo, super lignum crucis, 1. Pet. 2. qui & vsque adhuc peccantes, nos supportat. Nam, vt Ieremias ait, Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti.

*Thr. 3.*

*In charitate*. Est autem charitas virtus, qua libenter alios sufferimus, eorum infirmitatem boni cõsulimus, quod Christus sapissimè fecit erga discipulos, Matt. 20. Luc. 22. & peccatores, Luc. 7. & 13.

*In vnitate spiritus*. Est autem vnitas spiritus, virtus, qua concorditer in vera doctrina, vita, & recta fide, & pura charitate viuimus, & vnanimiter sentimus: sic vt doctrina sit sana, non falsa: fides sit sincera, non corrupta: charitas sit vera, non hypocritica, vt apud Lutheranos, Calvinistas, & alios hæreticos: qui si vna nobiscum cupiunt saluti suæ fore consultum, vnitatem spiritus in vinculo pacis custodiãt, oportet. & alter cum opus fuerit, obtemperet alteri, modo nihil iniquum, aut Dei legibus aduersum, exigatur. Alioqui non iam erit psallere: Ecce quàm bonum, & quàm iucundum, habitare fratres in vnum. Sed illud potius verificabitur: Inimici hominis, domestici eius. Matth. decimo. Et illud Ezechielis 2. Ecce cum scorpionibus habitas, & increduli & subuersores sunt tecum. Cum talibus enim habitare non bonum & iucundum, sed malum est & tædiosum.

5. Indicat Apostolus quare in charitate & vnitatem spiritus ambulare debeamus: quia in vnam hæreditatem, & vnam vitam vocati sumus omnes. Et adfert Paulus argumenta. 1. ab vnitatem corporis, cum ait: *vnum corpus*, quia licet in vno corpore sint plura membra, tamen perpetua est membrorum concordia. Membrum enim quod sanum est, non despicit mēbrum quod vel infirmum vel fractum est, quin potius vel illius supplet vires in opere, vel alligat illud, vel iuuat, nequaquam illud abiciens quia infirmum est, & rursus, si munere vel beneficio vnum membrum fuerit honoratum, membrum aliud idipsum sese beneficium accepisse putat, & membro honorato congratulatur. Ad huiuscemodi membrorum inter se charitatem, & ipsi debemus gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus, & rursus, si quid patitur vnum membrum, cõpatiantur omnia membra. Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro, primo Corinth. 12.

2. Ab vnitatem spiritus, cum ait, *Vnus spiritus*. Quia vnus spiritus & vnum corpus est Ecclesię, Ephes. 1. Aequum enim est, vt qui vnus corporis sunt membra, & ab vno vegetantur & aguntur spiritu, & ipsi idem sentiant, & æquam animi promptitudinem, & sanctam adinuicem & bonam habeant conspirationem, vt sint ipsi & corpus vnum, & animus idem, Act. 4. Idipsum suis fidelibus præcabatur iã proximus passioni Dominus, Ioannis 17. Pater, inquiens, sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos: & hoc quidem pro presentibus. pro futuris autem omnibus, qui credituri

*Charitas  
qualis vir-  
tus.*

*Vnitas qua-  
lis virtus.*

*Charitas  
Lutherano-  
rum et Cal-  
uinistarum  
hypocritica  
Psal. 132.*

*Quare in  
charitate  
et vnitatem  
ambuladũ.*

*Rom. 12.*

*Vnus spiri-  
tus & vnũ  
corpus ec-  
clesię.*



erant in ipsum, perinde orans patrē ait, Non pro eis rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbū eorum in me, ut omnes vnum sint, sicut & tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis vnū sint, & dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis, &c.

Simile  
perelegās.

3 Ab vnitāte domini & pastoris Ecclesiæ, cūm ait, *Vnus Dominus*. Quia vnus est pastor & rector Ecclesiæ, Dominus noster Iesus Christus, Ioann. 10. Sicut enim in bello eiusdem regis milites & serui contra cōmunem hostem vnanimis sunt: quibus tamē vnanimittatis & periculi nulla alia causa est, nisi quod eorum vnus & idem dominus est: ita & nos, eiusdem summi regis Christi milites seduli & fideles, ob huius vnitātē Domini nostri vel maximē decet esse concordēs. Neque enim hic maiorem, ille minorem Dominum sortitus est, sed vnum & eundem vniuersi: qui nos omnes vocauit, qui vitam omnibus largitus est, qui & æquē est omnium nostrum caput, qui nos vniuersos redemit, & hoc, non auro vel argento, sed summo prætiōssimū sanguinis sui pretiō, 1. Petri 1. qui nos omnes pascit, qui omnium nostrum miseretur, denique qui nos omnes sub eodem crucis suæ signo pro eodem stipendio, contra eundem omnium communem hostem, vocauit, & eidem destinauit certamini.

Vna fides  
Christiano  
rum.

4 Ab vnitāte fidei, cūm ait, *Vna fides*. Quia in omnibus Christianis vna est fides, & vnus animi motus. Si enim vna fides Iudeorum siue Agarenorum, item corrupta fides, imō perfidia hæreticorum, illos tamen reddit in errore & pertinacia cōcordēs, quanto magis concordia & vnitātē debet in nobis efficere fides vera? præsertim cūm quotquot saluandi sumus, per hanc fidem, non ille ex operibus, iste per fidem, sed (ut dictum est) omnes per fidem quæ per charitatem operatur, salutem consequimur.

Galst. 5.

5 Ab vnitāte baptismi, cūm ait, *Vnum baptisma*. Quia vnum est baptisma, quod triū nomine, Patris scilicet, & Filij, & Spiritus sancti cōsecratur, quo sumus omnes in filios adoptionis Deo regenerati, & cælestis regni hæredes effecti, eundem omnes Patrem qui in cælis est, & eandē sanctam Ecclesiam interris matrem adepti.

Membra ec-  
clesiæ de-  
bent esse  
vna & v-  
nitatem  
seruare.

6 Ab vnitāte Dei, denique adfert argumentum Paulus, cūm ait, *Vnus deus & Pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis*. Quia Deus se vnum patrē exhibet omnibus, & vnanimiter erga omnes est affectus, cui cura est de nobis, 1. Petri 5.

Igitur Ecclesiæ membra debent esse vna, & vnitatem seruare. Nā Deus non potest in varias partes distrahi, Christus non potest diuidi, fides non potest scindi, & baptismus non potest esse

esse diuersus, nec iterari, 1. Cor. 1. sed est vnus omnibus. Ideo Ecclesiam non dirimunt, neq; rescindunt diuersitates rituum, cæremoniā, ordinū, & cōsuetudinū. Quia omnes eundem Dominum colimus, & eandem fidem cōfitemur, eadem habemus sacramenta, & eodem modo administramus: speramusq; eandem nos gloriam consecuturos, si præcepta seruauerimus.

Hæretici nostri temporis distrahunt Deum, diuidunt Christum, scindunt fidem, diuersa de baptismo docent, diuersa habent sacramenta, contraria fidei docent dogmata, aguntur igitur spiritu satanæ.

Hæretici  
diuidunt  
Christū &  
fidem scin-  
dunt.

Dogmata.

Non sunt de Ecclesia Christi, qui vnitatis vinculum per hæresim vel schismata scindunt. Vbicunque grassantur varia dogmata, diuersæ & contrariæ doctrinæ circa primarios articulos religionis: illic Spiritus Christi non est, nec eius Ecclesia: neque sunt membra Christi, sed diaboli; tales sunt hæretici. Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi det illis meliorem mentem.

EPILOGVS.

1 Exhortatio euidens Pauli, ut tota vitæ nostræ consuetudo præ se ferat veram animi modestiā, mansuetudinem ac lenitatem, quæ est Christiana vita. Matth. 11. Discite à me mites esse & humiles corde.

Exhortatio  
Pauli.

2 Vnitas maximopere cōmendatur seruanda per vinculum pacis. Vnum enim corpus, vnus spiritus cum Deo, vnus spiritus cum fratribus. Hic pudeat nos Christianos sectarum, schismatum, & singularum opinionum.

Vnitas ser-  
uanda.

1. Cor. 1. Paulus obsecrat per nomen Domini nostri Iesu Christi, ut idem loquamur omnes, ne sint inter nos dissidia, sed integrum corpus eadem mente & eadem sententia simus. Iam ut vnitas constare possit, sedationibus animis opus, stomachisque non ita crudis ab omni parte.

3 Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus deus, et Pater omnium, &c. Et hæc ad vnitātē ecclesiasticam & ad mutuā charitatem nos accendat, ne propter sublimitatē dogmatum turbetur Ecclesiæ, cūm oportet citius martyriū sustinere, quā vnitatem scindere. Vide Eusebium.

## DOMINICA EADEM

EVANGELIUM.

IN illo tēpore: Dum intraret Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorum sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropticus erat ante illum. Et respondens Iesus, dixit ad legisperitos & Phariseos dicens: Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse verò apprehensum sanauit eum ac dimisit. Et respondens ad illos, dixit, Cuius vestrum asinus aut bes in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hæc respondere illi. Dicebat autem ad multatos parabolam, intendens quomodo primos accubi-

LUC. 14.

accubitus eligerent, dicens ad illos, Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab eo: et veniens is qui te & illū vocauit, dicat tibi, Da huic locum & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco, vt cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus: Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.

**I**N hoc Euangelio Christus facit tria. Primò, Curat hydropticum in sabbatho, & hoc in domo Pharisei, principis Phariseorum, à quo Iesus vocatus erat ad conuiuium. Principiò hic aduerte fidem hydroptici: ingreditur enim domum Pharisei non vocatus nihil curans an æquo vel iniquo animo suam importunitatem essent laturo. Quo facto non vulgarem fidem hydroptici cernere est. Sed vnde ista fides hydroptici? Ex Dei dono: vocat enim ad fidem quos vult, per internam aspirationem, ac mentis illuminationem. Accedebat & fama, qua passim audiebat Christum tanta præditum humanitate atq; clemētia, vt ad se confugientem neminem consueuisset inanem dimittere. Qua ex re tantam concipiebat fidem, vt etiam non vocatus, nec expectata licentia, intrauerit domum Pharisei: vbi consecutus fuit, quod expectabat. ita Magdalena.

Deinde hic aduerte malitiam Phariseorum, contaminarunt enim laudabilem conuiuiorū vsum. Nam vbi debebant Christo gratulantes congaudere, atque frontem exporrigere, sederunt infidiatores, & obseruabant eum, mortis reum acturi: implentes illud Psalm. 2. Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Tale quid accidit, 2. Regum 13. vbi Absalon celebrato conuiuio, occidit Amonem fratrem suum. Item 1. Machab. 16. Ptolemæus Simonem cum duobus filijs in conuiuio interfecit, ad quod in dolo eum vocauerat.

Sed vnde ista obseruatio Phariseorum? Ex malitia eorum, Cogitabant enim taciti: Si curauerit hydropticum, accusabimus eum tanquam legis transgressorem & sabbathi violatorem: si non curauerit eum, accusabimus eum tanquam immiseri cordem, & impotentem. Bernardus, Habuit Christus in factis obseruatores, in verbis contradictores, in tormentis illusores. Inuidorum mos est obseruare, quia nihil bono oculo aspiciunt, & de malis aliorum gaudent, & bonis tristantur. Sic fratres Ioseph, Genes. 37. Videntes autem fratres eius, quod à patre plus cunctis filijs amaretur, oderant eum, nec poterant ei quicquam pacificè loqui. Tandem fera pessima, inuidia, detorauit eum.

Inuidus alterius rebus marcescit opimis.

Habes

Habes hic exemplum fidei in hydroptico: qui docet, apud Christum, nullum locum aut tempus importunum esse imperiendis proximis opera misericordiæ. Quare nec melius vquam, nec cum maiori merito festa sanctificamus, quam cum opera misericordiæ exercemus. Sic Tobie secundo: Cum esset dies festus Domini, & factum esset prædium in domo Tobie, dixit filio suo: Vade, & adduc aliquos de tribu nostra, timentes Deum, vt epulentur nobiscum. Conuiuia verò, gastrimargiæ, de quibus Luc. 16. Rom. 13. Iac. 5. agitur: dolo sitatis, de quibus hic: & iactantiæ, de quibus Daniel. 5. & Marc. 6. agitur, mala sunt & illicita, maximè diebus festis. hinc dies festi nonnunquam vertuntur in lamentationem & luctum.

Docet insuper omnes Christianos, quemadmodum Christum sint requisiti. Vbi primùm se ægros cognouerint, fidesque ipsis asseruerit Christum esse verum atque potentem medicum: est illis festinandum, ad ipsumque confugiendum, vt animarum vitia curet. Vbicunque Christus est, ibi est querendus, vel in domo Pharisei, vel inter turbas sine pudore, sine diffidentia, ipsius opem debemus implorare. Psalm. tricesimo tertio: Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur.

Habes charitatis exemplum in Christo: qui docet charitatis virtutem eius esse conditionis, vt calamitosos & afflictos sine detractioe liberalissimè excipiat, & omnibus modis iuuet. Qui huius animi non est, charitatem se non habere sciat. Gregorius. Operatur enim charitas magna si est: si verò operari renuit, charitas non est. Nunquam est otiosa charitas. Vide 1. Ioan. 3. Item Ioan. 14.

Habes etiam hic exemplum malitiæ in Phariseis, qui ostendunt se Christum idcirco inuitasse, vt non aliquod officium charitatis ipsi impenderent: sed vt interpretandum aliquid deprehenderent, si quid diceret facerēve, vnde ipsum accusare, calumniari & damnare possent, tantò deteriores, quod corde dolo pessimi corycæi simularunt amicitiam: in quos hoc facit Ierem. 6. A propheta vsq; ad sacerdotem omnes faciunt dolum. Vtinam non sint plures qui hos in sua malitia, quam Christum in sua charitate exercenda, imitari malint, & facto imitentur. Abacuc 2. Væ qui potum dat amico suo, mittens fel suum, & inebrians vt aspiciat nuditatem eius. Eccles. 2. Væ duplici corde, &c. Iob commendatur, cò quòd simplex fuerit, & rectus.

2. Secundò, defendit curationem hydroptici contra Phariseorum malevolentiam, duplici via. Primò, verbis. Nam cum intellexisset cordis illorum malitiam, (Ierem. 17.) interrogauit eos, Num licet sabbato curare? puta, sine ipsius violatione. At illi

Fides hydroptici ex dono dei, quam tamen fama de Christo auxit.

Luc. 7.

Malitia Phariseorum.

Inuidorū est mos obseruare.

Exemplum fidei.

Nunquam melius festa sanctificantur, quam cum opera misericordiæ exercetur.

Tob. 2. Amos 8. es Isa. 1.

Conditio charitatis, que.

Iob 1.

Duplici via defendit curam.



*Aliud si-  
lentium lau-  
datum, aliud  
illaudatum.*

*Act. 23.*

*Dogma  
imitandum.*

*Matth. 22.*

tacuerunt. Callidi atque dolosi homines, quando loquendum erat, & legis Dei reddenda ratio, tum tacent: & quando ori suo admouere debuissent pessulum, ne delinquerent in lingua sua: tunc maximè virulètas animi sui blasphemias in mansuetum Dominum enomebant, dicentes: Dæmonium habet, vorax & potor vini est, seducit turbas, &c. Aliud est silètium laudatum, aliud illaudatum. Tacere aliquando est artis, tacendo perperam loquitur nemo. Silentium tutum. Prouerb. 25. Sicut vrbs patens & absque murorum ambitu, ita vir, qui in loquendo non potest cohibere spiritum. De hoc non sunt hic laudandi Scribæ & Pharisei. Tacuerunt namque, ne se instar soricis proderent, quod carnis erat prudentiæ. Eodem scilicet modo nostri temporis factiosi malè tacent, si quando examinantur in re fidei & religionis catholice, quam liberè quisque ad salutem profiteri tenetur, teste Apostolo, Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. & quando tacendum est, pessimè loquuntur, cum ecclesiasticam, tum prophanam potestatem maledictis, falsisque criminibus infamantes, contra illud Exod. 22. Principi populi tui non maledices, & dijs non detrahes.

*At Iesus apprehensum sanauit, ac dimisit,* declarans se & posse & veile sanare hydropicum, ira vt neq; infirmitatis, neque inhumanitatis accusari queat. Dogma quoque ex hoc factò nobis relinquens imitandum, ne ob impiorum calumnias, vnquam à benefaciendo cessemus. Præstat enim beneficio nobis Deum conciliemus, quàm male factis maleficos. Oportet enim magis obedire Deo, quàm hominibus. Act. 5. Deus dissipat ossa eorum qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos, Psal. quinquagesimo secundo. Hinc Gal. 1. Paulus ait: Si adhuc hominibus placerè, Christi seruus non essem. Deinde hydropici huius curationem defendit suis ipsorum exemplis, dicens ad eos, *Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbati?* Sensus est: Si tantum apud vos valet bouis aut asini salus, vt non putetis violari sabbatum, cur mihi inuidetis, quòd hominem cui præsens erat periculum ab aquis intercutaneis, seruarim die sabbati? Si opus expenditur, plus est operis in extrahendo iumento, quàm in homine seruando. Vidi, contigi, ac dimisi. Si personam æstimatis, potior esse debet vobis vnus hominis salus, quàm plurimorū bouum aut asinorum.

*At illi non poterant ad hæc respondere.* Capti enim erant questionis laqueo, & proprio suo exemplo. Nam si dixissent licere, respondisset: Quid ergo maleuoli insidiatores me obseruatis? Et si dixissent non licere, respondisset: Si vos asino aut boui fertis opem in sabbato, cur id ego non facerem homini? Con-

scientia

scientia ergo virgente tacent, non ignorantes contra se dictum quicquid responderint. Splendidissima enim luce veritatis euanescere videbant omnes tenebras falsitatis. 3. Esdræ quarto. Veritas est magna, & fortior præ omnibus. Magna est veritas & præualet.

His autem verbis, hocque factò, Christus non violauit, nec abrogauit sabbatum, sed legitimam eius obseruationem declarauit, & superstitionem reiecit. Præpostera Phariseorum erat religio, qui ex curatione hominis, sabbatum violari æstimabāt & non in seruatione pecoris. Iumenta in puteum collapsa, etiā in sabbato educenda lex statuit, Exod. vicefimo tertio. Deute. 21. Nemo enim Iudæorum est, qui pecudes suas in sabbato nõ pabuletur, adaque, & probè curet. Sed Thalmudica glossa adeò excæcauit Israël, vt hominem imaginem Dei referentem iumentis posthabere non dubitet. Caninum ergo eorum cor Dominus hac sua ferit responsione, simul auaritiæ eos cõdemnans, ostendensque eos sabbatum violare in operibus cupiditatis, qui ipsum violare arguunt in officijs charitatis. Non enim in sabbato à bonis, sed malis feriandum. Leuitici 23. *Nõ in sabbato à bonis sed malis feriandum.* Omne opus seruale non facietis in eo. Non enim animalis saluti, sed suæ auaritiæ consulebant. Sunt & modò plures tales, quibus maior cura est pro animalibus, pro iumentis & equis suis, quàm pro animabus subditorum suorum. Bernardus, Aegrotat equus & queritur remedium, periclitatur subditus & dissimulatur. Cadit Asinus, & est qui subleuet; perit anima, & non est qui recogitet. Isaia quinquagesimo secundo. Iustus perit, & non est qui recogitet. Amos. 6. *Væ vobis qui opulenti estis in Sion, optimates, capita populorum, ingredientes pompicè domum Israël, qui separati estis in diè malum, qui dormitis in lectis eburneis, qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti, bibentes vinum in phialis. & optimo vnguento delibuti, nihil patiebantur super cõrritione Ioseph.* Sed (proh dolor) quando è faucibus diaboli extrahere animam alienam contendent, qui proprias eidem venditant, alienasque suo seducunt exemplo? Hinc bifariam peccatur in Ecclesia, ab hæreticis nimirum & pseudocatholicis, Sabbatarij hæretici tale sabbatum docent, quale Iudæi, quod opera bona, nec hominem nec sabbatum sanctificent, quòd liceat artem mechanicam exercere sine sabbati violatione, quod omnes dies equalis sint, contra illud Ezechielis vicefimo, Sabbata mea sunt signum inter me & vos, &c. & illud Mosis Deutron. quinti. *Optimus dies sabbati est, vt quiescat seruus tuus & ancilla tua sicut & tu. Memento quod & tu serueris in Aegypto. Idcirco præcepit tibi vt diem sabbati seruares. & Exod. vicefimo, Memento vt diem sabbati sanctifices, &c. lege ibidem, cum*

*Præpostera  
Phariseo-  
rū religio.*

*Nõ in sab-  
bato à bo-  
nis sed ma-  
lis ferian-  
dum.*

*Et seruando  
sabbato bi-  
fariam pec-  
catur.*

Iudæis

Iudæis utique sabbatismi mercedem recepturi. Pseudocatholici verò Ethnicorum more in omni carnis voluptate, & pompa seculi sabbatizant. Diem Dominicum (quem Ethnici à Sole, diem Solis appellant) habet Ecclesia, habet & festa & nates Apostolorum, Martyrum, Confessorum atque Virginum, matris Ecclesiæ sanctione: sed, bone Deus, neque diem Dominicum, & ceteras Ecclesiæ solennitates ritè celebramus hodie, sed omnia partim superstitione & hypocrisis perniciosissime cōtemeramus, partim omnigenis petulantijs execrabilius violamus, adeò ut quis dixerit merito ferias nostras, nō Deo sabbati, qui sanctus est, & sanctimoniā vult: sed Veneri, Baccho, voluptiæ & pompæ institutas, ex quibus prophani quæstus & exactiois ansam accipere plurima pars etiā non veretur, teste Isaia 1. & 58. Rabbi veteres dixerunt sabbati sui sanctione adeò offensos diabolos, & etiamnum offendi, ut ea die nullus in populi frequentia vnquam permāserit, sed omnes ab hominum infestatione cessasse, hominibusque relictis ad deserta & speluncas effugere. Sed dixeris hodie omne genus cacodemum nostris ferijs illectum atq; prouocatū, vel ex ipso inferno in mundum magno applausu prorumpere.

Euangelium docet verum sabbatum, & damnat ambitionem, avaritiam, luxum, &c. Sabbatum charitatis admonitio est, typus quietis, & pacis æternæ, quæ per Christi sepulturam item nobis paratur & significatur. Item propter recōciliationem Dei & proximi, quos offendimus. Verbi Dei itaque principio requirit auditum, sacramentorum Ecclesiæ commercium, denique omne opus pietatis, Isaia 1. Amos 5.

Summa, Christus ostendit quomodo legis præcepta, iuxta charitatis atque necessitatis regulam sint obseruanda: exempli gratia, Moses omisit circumcisionem in deserto, Iosue 5. Dauid edebat panes propositionis, 1. Regum 21. Christus curat in sabbato. Hac ergo Christi sententia stabilitur dogma illud in scholis Theologicis celebratū, tempore necessitatis sceminam vel Turcam posse baptizare: instāre hyeme agricolas posse segetes die festo colligere: licitum esse ægros curare: medicinam, pharmaca, malagmata parare: ciuitatem hostibus irruentibus defendere, sine violatione sabbati. Necessitas enim non habet legem. Hinc Iudæi consilium mutauerūt in defensionem suam aduersus hostes, videntes fratres suos interemptos, eo quòd non fuissent ausi sese opponere hostibus propter diem sabbati.

3 Tertiò, Christus tradit duo præcepta conuiuiorum, quæ non vulgariter conducunt ad ciuilitatem, atque politicam honestatem. Cœnæ namque Christi in vtilitatem animarum fuerunt, & non in satietatem ventris. Beatum cum ad quem

Veterū di-  
sta.

Euangelium  
docet verū  
sabbatum  
& damnat  
peccata.  
Legis præ-  
cepta quo-  
modo iuxta  
charitatis  
regulam  
obseruanda.  
Dogma  
scholasticū  
stabilitur.

Necessitas  
non habet  
legem. 1.  
Mach. 2.  
Duo præce-  
pta conui-  
uiorum tra-  
dita à Chri-  
sto.

Talis hospes diuertit. Non est ollaris amicus, cuius est terra & plenitudo eius, non sectatur auram popularem, cuius laudi incumbunt vnā omnes angeli cæli. Popule meus qui te beatum dicunt, ipsi te seducunt. In Christo Iesu gloriæ patris cælestis tantus fuit zelus, ut eius negligentiam nunquam potuerit dissimulare. Hic igitur vides tumidam Phariseorum superbiam, necnon erga pauperes inclementiam, eos tanti mali humanissime, imò etiam diuinissime admonuit.

Primò, cum animaduertisset quemadmodum vocati primos accubitus in mensa eligerent, non quòd eligerentur, ostendit quo loco quis in conuiuium accumbere debeat, & ait: *Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo, & veniens is qui te & illum inuitauit, dicat tibi: Da huic locum: & tūc incipias cum rubore nouissimum locum tenere: sed cum vocatus fueris, vade recumbe in nouissimo loco, ut cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus.* His verbis Christus nō præscribit modum sedendi, aut accumbendi, qui maximè obseruatur inter nobiles atque potentes: sed vult ut omnia ciuilitate & honestè fiant, & secundum ordinem, ut alij alijs non præbeant offendicula, vel occasiones peccandi. Vult ciuilem inter homines ordinem seruari, non rusticitatem agrestem, aut superbiam præsumptuosam, quæ concordiam turbet. Denique vult Christus ut nos inuicem diligamus, & honore præueniamus, non aliter atque illi reddunt omnibus debita: cui honorem, honorem: cui amorem, amorem, Roman. 13. Aperta est hæc saluatoris admonitio, ad literam docens, non solum apud Deum, sed etiam apud homines humilitatem esse laudabilem, Prou. 25. Ne gloriosus appareas coram rege, & in loco magnatorum ne steteris. Melius est enim ut dicatur tibi, Ascende huc, quàm ut humiliter coram principe.

Hinc decernit Christus præmia humilibus, dicens, *Qui se humiliat, exaltabitur.* Sancta Maria se humiliavit, Luc. 1. Christus etiam vsque ad mortem, mortem autem crucis: quare & exaltati sunt, Philip. 3.

Pœnam verò decernit superbis, dicens: *Qui se exultat, humiliabitur.* Lucifer se exaltauit, & ideo humiliatus est vsque ad inferos, Isaia 14. Item Adam, Gen. 3. Nabuchodonosor, Danielis 4. Quanto ergo magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.

Inter Christum quoque & Ecclesiam nuptiæ quædam sunt, ut patet Matt. 22. Apoc. 19. Christus igitur hac parabola fidelissimè suadet, ne ad fidem vocati alta petamus. sic. 1. & Paulus: Noli, inquit, altum sapere, sed time. Augustinus 15 lib. 19. de Ciuit. Dei, cap. 19. sic inquit: Locus superior, sine quo populus

Isaia 30

1. Cor. 14

Humilitas

& apud

Deum &

apud homi-

nes lau-

danda.

Premium

humilium.

Pœna su-

perborum.

Eccles. 3.

Nuptiæ in-

ter Christi

et Ecclesiæ.

15 lib. 19. de

regi



Hebr. 5.

regi non potest, etsi ita teneatur, administretur; vt decet, tamen indecenter appetitur. Nemo sibi assumat honorem, (ait Apostolus) sed qui vocatur à Deo, quemadmodum & Aaron, Exod. 28. & Num. 17. Non est enim vera gloria quæ ambitur, sed quæ cum promeretur, vitatur. Lætantur quippe multi ad ascensum, sed timeant casum, non est enim tanti gaudij excelsa tenuisse, quanti mœroris excelsa tenuisse. Nam quanto gradus altior, tanto casus grauior. Hinc beatus Augustinus libro de vita & moribus clericorum, de seipso sic dicit: Quod esse potui, esse nolui, nec tamen quæsiui esse quod sum. Elegi enim magis abiectus esse in domo Dei, quam habitare in tabernaculis peccatorum. Non enim in conuiuio Domini mei superiorem locum elegi, sed potius inferiorem & abiectum: sed placuit illi, mihi dicere: Ascende superius. & post pauca: Ad eò, inquit, timebam Episcopatum, vt quoniam ceperat esse iam alicuius momenti inter seruos Dei fama mea: in quo loco sciebam non esse Episcopum, non illò accederem. Cauebam autem hoc, & agebam quantum poteram, vt in loco saluaret humili, & non in alto perichitarer: sed domino seruus non debet contradicere, cui placuit mihi dicere: Amice, ascende superius. Hæc Augustinus.

I. Tim. 3.

At plerunque qui præesse concupiscunt, ad vsum suæ libidinis instrumentum Apostolici sermonis arripiunt, quo ait: Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Qui tamen Apostolus laudans desiderium, protinus vertit in pauperem, quod prius laudauerat, cum repente subiungit, dicens: Oportet autem Episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, &c. ac si aperte diceret: Laudo quod quæritis, sed prius discite quid quærat. Illis namque temporibus qui plebibus præerant, primi ad martyrium currebant, non recusantes mori pro ouibus suis. Ioan. 10. Tunc officium quærebant, non honorem, magis prodesse, quam præesse. Episcopus enim nomen laboris est, non honoris, superintendens quippe sonat.

Episcopus nomen laboris.

Pauperes ad conuiuium vocandi.

Secundò, cum vidisset Christus quòd pauperum in conuiujs obliuiscerentur, ostēdit, quos hospites quis ad conuiuium vocare debeat, & ait: *Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites: ne forte & ipsi reuertentur, & fiat tibi retributio: sed cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudes, & cecos: & beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuet enim tibi in resurrectione iustorum.*

His verbis Christus non rejicit honesta amicorum, propinquorum, & vicinorum conuiuia: sed arguit Phariseos, qui sui similes, Pontifices, Phariseos, Scribas, Seniores, & hypocritas

ad

ad conuiuia solent accersere, prorsus obliuiscuntur pauperum, egerorum, captiuorum, & infirmorum. Quemadmodum diues ille Lucæ decimosexto, qui Lazarum ad ianuam iacentem passus est inedia perire.

O vtinâ & nostro seculo non sint permulti, quos hæc Christi sententia altissimè percellat, cum concionatores, qui vocati ad conuiuia, non docēt vbi doctrinam necessariam vidēt, tum & reliqui nobiles, mercatores, ciues, vel principes ipsi, qui ne semel quidem consilium hoc Christi adimplerunt, qui nunquam pauperes, nec in suis ædibus, nec in mensis viderunt. Quibus Saluator dicit, Si benefeceritis eis qui vobis benefaciunt, quæ vobis est gratia? Siquidem & peccatores hoc faciunt, &c. Benefacite, & mutuum date, pauperibus scilicet, nihil inde sperantes, & erit merces vestra multa, & eritis filij altissimi, qui benignus est super ingratos & malos.

Hæc Christi sententia multos nostros seculo percellit.

Luc. 6.

Lucas hî: docet qualia esse debeant conuiuia Christianorum, & qui inuitandi. Debent enim nostra conuiuia esse charitatis. Sic filij Iob faciebant conuiuia per domos, vnusquisque in die suo, & mittentes vocabant sorores suas, vt comederēt cum eis. Debent & esse vtilitatis conuiuia, sicut hîc ostēdit Christus. Et 2. Esdr. 8. dixit Neemias, & Esdras sacerdos & scriba, & Leuitæ interpretantes populo, Dies sanctificatus est Domino Deo nostro nolite lugere, nolite flere; flebat enim omnis populus cum audiret verba legis, & dixit eis: Ite, comedite pingua, & bibite malsum, & mittite partes eis qui non præperauerunt sibi, quia sanctus dies Domini est, & nolite contristari, gaudium enim Domini est fortitudo vestra. Si ergo amici, & fratres, ac vicini pauperes sunt, & ob id vocantur, sit meritorie. si diuites, tunc inuitantur vel ad fouendâ charitatem, & sic meritorium est: aut lasciuia, vel aliam causam malam, & sic est peccatum: aut ob quandam curialitatem & amicitiam & naturalē, sicq; est indifferens. Quisquis ergo velit bene collocare prandiū suū, pauperes vocet, qui conuiuium æquale, aut lauius exhibere nequeunt. In his refocillâdis Deum reficiat, qui sibi patietur imputari quod in illos collocatum est. Is restituet pro temporalibus æterna. Luc. 6.

## EPILOGVS.

1. Christus die sabbathi hydropticum in presentia Legislatorum & Phariseorum sanat docens, cum magna resultat vtilitas, non curandum, si mali se scandalizant, & præposteram esse religionem eorum qui in salute hominis offenduntur.

2. Observatores suos Phariseos Christus sic conuincit, vt & auaritia condemnet, & vere violationis sabbathi.

3. Parabola de inuitatis & ad veram humilitatem prouocat, & fucatas Phariseorum sanctimoniam detegit.

m 2

DOMI-

DOMINICA DECIMA OCTAVA POST  
TRINITATEM, EPISTOLA.

I. Cor. I.

**F**ratres, Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei, quae data est nobis in Christo Iesu, quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis, ita ut nihil vobis desit in vlla gratia, expectantibus reuelationem Domini nostri Iesu Christi, qui & confirmabit vos usque in finem sine crimine in die aduentus Domini nostri Iesu Christi.

Tria ad  
verbi mi-  
nistrum re-  
quiruntur.  
Duo gene-  
ra hominū  
in Eccle-  
sia.

Simile.

Tria requi-  
runtur &  
in audito-  
ribus.

**I**N H A C Epistola Paulus facit tria. 1. Primò agit, vt fidelis pastor, Deo gratias pro cælestibus donis, gratia, & beneficijs Corinthijs à Christo exhibitis. Requiritur autem ad verbi ministrum, tria. Primum, vt verbo Dei populum fideliter instruat. Secundum, vt pro suis auditoribus suppliciter oret. Tertium, vt gratias Deo agat, cuius misericordia populus ad agnitionem Christi peruenit. Sicut in omnibus Ecclesijs duo sunt genera hominum, bonorum scilicet & malorum, ita apud Corinthios tunc temporis erant. Primum ergo Apostolus à laude cœpit, & gratiarum actione, alloquens eos qui in fide bonisque operibus perfecti erant, abundantes diuitijs spiritualibus, vt ipsi semper in melius proficerent, quia virtus laudata crescit: sicque postmodum fortiter cœpit redarguere illos, qui in fide errabant, dissensiones seminabant, more peritissimi medici agens, qui vulnus secandum videns, sed ægrum timidum esse conspiciens, diu palpat sana membra, subitoque percutit: more etiam arietis, qui primùm humiliato capite incedit, sed postmodum fortiter ferit. Primum enim laudat bonos, & deinde percutit malos. Verecundæ etenim mentes nisi fuerint palpatando repræhensæ, ita vt ex alijs rebus audiant, quod in consolationem fumant, per increpationem duram protinus ad desperationem cadunt.

In auditoribus quoque requiruntur tria: Primum, vt diligenter in verbum Dei intendant. Secundum, vt pro concionatoribus sedulo Dominum orent. Tertium, vt Deo gratias pro omnibus beneficijs agant, iuxta illud 1. Thessal. 5. In omnibus gratias agite. Hæc fuerunt in primitiua Ecclesia, & sunt modò in aliquibus Ecclesijs. Verùm sunt quamplurimi Pastores, Concionatores, & Doctores, qui non prædicant suis auditoribus verbum Dei, sed falsas, hæreticas, & pestiferas doctrinas. Non orant, vt Dei spiritu illustrentur ad sanè & catholicè enarrandum Euangelium, sed magis operam dant, vt suas defendant hæreses, & errores, vtq; suo spiritu aliquid inueniant, quod curiosis arrideat: reiicientes Euangelium, quasi materiam se suoq; ingenio indignã. Vilescit ipsis sacrosanctum Christi verbum,

verbum, cum maximè placeat Cicero, & Homerus.

Videntur hi duo errores maximum locum consecuti. Alter apud Hæreticos nostri seculi: quorum tanta est malitia & pernicacia, vt quamuis conscientia ipsos acriter pungat de erroribus, ipsi tamen mordicus suas sectas tenent, reiicientes Spiritum sanctum. Alter apud sciolos quosdam catholicos concionatores, quibus verba Christi sordent, & sententiæ, parabolæ, atque exempla quæ Christus adducit, humiliora videntur. ob idque excogitant conciones quasdam suo artificio elaboratas, quibus magis ingenium vanum & carnale ostentent, quàm spirituales doctrinam. At hos manet horrendum Dei iudicium.

Errores  
duo maxi-  
mum locū  
consecuti  
videntur.

Ierem. 23.

Sic etiam huiusmodi pastores, concionatores, & doctores, non agunt gratias Deo, vt Christum agnoscant, & veritatem catholicam populo Dei possint annuntiare, cum nemo queat Christum cognoscere, neque eius veritatem, nisi cui Deus Pater reuelauerit: dicente Christo, Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum. Item, Nemo nouit Filium, nisi Pater, & cui voluerit Pater reuelare.

Ioan. 6.

Matth. 11.

2. Secundò recitat hic Apostolus causam, quare Deo gratias agat: nempe quod Corinthios ditauerat, non corporalibus, sed spiritualibus bonis. Bona namque temporalia, non sunt vocanda propriè bona, nec diuitiæ, quia paupertate sunt plena, & semper obnoxia casibus. Quales enim diuitiæ sunt propter quas times latronem? propter quas times seruum tuum, ne te occiso auferat, & fugiat? Si veræ diuitiæ essent, securitatem tibi darent. Ergo illæ tantùm sunt veræ diuitiæ, quas cum habuerimus, perdere non poterimus, nisi forsàn nobis volentibus & consentientibus. Hæc Augustinus de verbis Domini serm. 35. Item idem, Dominica 8. post Trinit. ser. 1. ait, Omnis bonus fidelis diues est: pauper forsàn in cella, sed diues in conscientia. Diues nempe in conscientia securior dormit in terra, quàm diues terrenus in purpura. Idem super Psalm. 66. Foris pauper es, inquit, sed intus diues. Diuitias tecum portas, quas non amitteres, etiam si de naufragio nudus exires. Hinc de Bia philosopho ex septem sapientibus non minimo sic legitur. Cum hostes inuaderent patriam suam, cæteri que fugerent, secum portantes quæq; chara & pretiosa, iste nihil secum tulit. qui cum super hoc interrogaretur, respondit, Ego, inquit, certè omnia bona mea tecum porto, scilicet sapientiam quæ auferri non potest, leuisque est ad portandum. Vnde Gregor. Diuitiæ, inquit, huius seculi fallaces sunt, quia nobiscum diu manere non possunt: fallaces sunt, quia mentis nostræ inopiam expellere non valent. Solæ autem diuitiæ veræ sunt, quæ nos diuites virtutibus faciunt. Ideoque subdit, Si ergo

Bona tem-  
poralia nō  
sunt vocā-  
da bona.

Greg. Ho-  
mil. 15.

Diuitiæ ve-  
re quæ.



fratres charissimi. diuites esse cupitis, veras diuitias amate. Ut que adeo autem thesaurus hic dicitur, ut omne aurum in comparatione illius arena sit exigua, & tanquam lutum aestimetur argentum in conspectu illius.

*Diuitia vere, Evangelij dicitur, non fides, denique sancti Spiritus. Operes salutares mandatis non curat.*

Acceperant enim caelestes & veras diuitias, scilicet salutem Evangelij doctrinam, veram fidem in Christum, varia Spiritus sancti dona, gratiam & remissionem peccatorum, ita ut nulla alia res opus haberent, nisi aduentu Domini, qui eos ab omni malo liberaret. Sed has opes salutares, haec munera & beneficia, & hanc Dei gratiam mundus non curat. Qui enim habet arcas preciosis vestibus refertas, granaria frumento repleta, loculos pecunia turgentes, & apothecas vino zythoque plenas, negligunt caelestia. Habent enim loco fidei mundi sapientiam, loco charitatis cupiditatem, loco unitatis spiritus, sectas, & loco pacis, bella & dissidia, ut nec tempus ipsis suppetat, nec voluntas Deo gratias agendi. Sicut hodie videmus mundum insanire, fidem depravatam, charitatem expulsam, concordiam antiquam disruptam, Ecclesiam persecutam & oppugnatam, vota sibiata, sacramenta reiecta, & verbum Dei oppressum. Nam fidei effectus attribuunt persuadentibus & apprehensionibus humanis, charitati maxime detrahunt; & infimo loco constituunt, ac parum prodesse affirmant, traditiones quoque Apostolicas ita conculcant, ut sua placita eisdem praeferre non vereantur.

*Ingratitudo puniend.*

Hec ingens ingratitude est quam Deus puniet cecitate, obstinatione, & aeterna damnatione, Rom. 1. Sicut enim qui verbum Dei, quod catholica docet Ecclesia, repudiant, nec unquam orant, ut Deus Evangelij ministros in messem extrudat, Matt. 9. Luc. 10. gratias etiam pro conservata Evangelica Christi, & Apostolorum doctrina in Ecclesia Romana, nunquam agunt, sed potius exoptant, ut exploso vero Deo, & relegata catholica Ecclesia (quae est Romana) satan cum infernali sua caterua regnet. Sed hos confundet Christus: ut qui sacrum eius aedificium demoliri conentur, & eiusdem sponsam contumelijs afficere non dubitent: Et cum acceperit tempus, iustitias iudicabit.

*Psal. 74.*

3. Tertio concludit pulchro epiphonemate, & ait, *Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem filij eius Iesu Christi Domini nostri.* Paulo ante enim dixit, Expectantibus revelationem Domini nostri Iesu Christi. Ad hoc potuissent Corinthij inferre & dicere, Quis poterit aduentum Domini levo corde expectare? Ad hoc respondet Paulus: Christus confirmabit vos, id est, faciet vos perseverare usque ad finem sine crimine: quasi dicat, Si fortiter perseveraueritis in fide, charitate, & cognitione Christi, Deus proculdubio confirmabit vos, & ad perfectionem deducet, dabit vobis perseverantiam usque in finem.

*Atque magis narranta.*

Sed

Sed aduertendum, quod dicat Paulus Corinthios confirmandos sine crimine: sed non dicat peccato. Nam multi sunt sine crimine, qui peccatorum naevis interdum asperguntur. Crimina sunt peccata exitialia & capitalia, quae a regno caelorum separant: peccata vero interdum sunt venialia. De Christo per excellentiam dicit scriptura, quod peccatum non fecerit, nec inuentus sit dolus in ore eius, Isai. 53. 1. Pet. 2. *Confirmabit vos*, inquit, *ita ut nihil vobis desit in vlla gratia*: id est, sic ut in nullo destitua mini. Ioan. 3. *Qui credit in filium Dei, habet vitam aeternam.* Ad hoc potuissent Corinthij inferre, & dicere, *Quis nos promissionis diuinae certiores faciet?* Promisit quidem, sed fortasse non nobis. Ad hoc respondet Paulus, *Fidelis Deus, per quem vocati estis in societate filij eius Iesu Christi Domini nostri: quasi dicat, Quod Deus in vobis coepit, id perficiet, & confirmabit vos usque ad finem, si modo non defeceritis ab illo: verbum enim Dei non ut hominis verbum est mutabile, sed manet in aeternum, Isai. 40. Psal. 144.* Ait ergo Paulus Deum esse fidelem. Prosper lib. 1. de vocatione Gentium, cap. 3. inquit, *Omni bus suis electis promisit Deus perseverantiam: & quia promisit, & praestat, ideo dicitur fidelis, quia neminem fallit, nec promissa alicui unquam negavit si modo pacta seruentur.* Sed quia nemo est in hac vita qui certo sciat se electum ac praedestinatum, ideo nemo etiam certus esse poterit de sua perseverantia. Est tamen spes Christianorum, quod sint electi ad vitam illam, ad quam omnes Christiani aspiramus, estque magna consolatio Christianis, considerare Deum pollicitum se confirmaturum eos in fide, ne deficiant. Dicit August. lib. de bono persever. cap. 17. & 22. Tunc spes Christianorum erigitur, quando diuina protectio consideratur. Caueant igitur tam pastores, quam auditores a pseudoconcionatoribus. Nulla tam pura fuit Ecclesia, ut non fuerint in ea falsi Christiani. Quaedam enim zizania semper immiscantur bonis segetibus, & murium excrementa piperi, sic semper inter bonos mali sunt. Sed qui male egerunt, ibunt in ignem aeternum: boni vero in vitam aeternam, Ioan. quinto. Amen.

*Crimina et peccata quomodo differant.*

*Verbum Dei immutabile.*

*Quare deus dicitur fidelis.*

*Spes Christianorum.*

*Simile.*

EPILOGVS.

1. *Qui ad fidem Christi accedunt, omni gratia, hoc est, omnibus virtutibus, sapientia, & scientia, quae Prophetas & amicos Dei constituit, ditantur, Proverb. 10.*

2. *Gaudium sanctorum, & congratulatio, cum vident homines in cognitione Evangelica proficere. Caritas autem congaudet veritati, 1. Cor. 13.*

3. *Potentissima consolatio electis est, expectare revelationem Domini nostri Iesu Christi in die iudicij, quae beatos facit in spe, Rom. 8.*

*Fidelis est deus.*

*Gaudium sanctorum.*

*Consolatio electis quae*



**Matth. 22.** **I**n illo tēpore, Pharisei audientes quod Iesus silentiū imposuisset Saddu-  
cais, cōuenerunt in vnum, & interrogauit eū vnus ex eis legis doctor,  
tentans eum: Magister, quod est mādatum magnum in lege? **Ait illi Iesus**  
**Marci. 12.** Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua,  
& ex tota mente tua, hoc est maximum & primum mandatum. Secun-  
dum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum: In his  
duobus mandatis tota lex pendet & propheta. Congregatis autem Pha-  
riseis, interrogauit eos Iesus, dicens: Quid videtur vobis de Christo? cuius  
filius est? Dicunt ei: David. **Ait illis: Quomodo ergo David in spiritu vocat**  
**Luc. 20.** eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis:  
donec ponam inimicos tuos, scabellam pedum tuorum? Si ergo David vo-  
cat eum Dominum, quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respon-  
dere verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius inter-  
rogare.

**Quid Lex,**  
**quid Euan-**  
**gelium sci-**  
**ta necessa-**  
**rium.**  
**Ephes. 5.**  
**E**vāgelium hoc versatur in duabus quæstionibus, quarū al-  
tera pertinet ad Legem, altera verò ad Euāgeliū, quæ ambæ  
Christiano ad salutē cognitu sunt necessarię: vt scilicet sciat pri-  
mo, quid sit Lex, quæ eius vtilitas, quid operetur, quā virtutē  
habeat, in quibus sit posita, quod præmiū promittat suis obser-  
uatoribus. Deinde, Quid sit Euāgeliū, quid Christus, quæ be-  
neficia nobis contulerit, quomodo Patrem placauerit, eiq; nos  
reconciliauerit: quomodo diabolū, infernū, mortē vicerit  
& alia quæ plurima mysteria pro nostris animabus perfecit.  
Quæstionem priorem attulit Legis doctor quidam, omnium  
Phariseorum nomine.

**Sectæ tres.** Sectas tres Iosephus Iudæorū perstringit, lib. 4. Iuda. histo.  
Phariseorum scilicet, Sadduceorum, & Essenorum.

**Matth. 15.** Pharisaismū ostendit esse, magis seruādas contēdere patrū  
**& 23.** traditiones, quā Mosaicā Legem, id illis obiciente Christo.

Sadducei contra, solam literam, & (vt aiunt) nudum textum  
repperūt legis Mosaicę, quinq; scilicet libros Mosi. Vnde dicitur  
a Christo errasse, & ignari scripturarum, virtutisq; Dei, hoc  
**1. Cor. 10.** est, Christi, qui virtus Dei est. Sic & hodie in Ecclesia quidā ad  
peruersum suū constabiliendū dogma, nonnulla reiciūt quæ  
ipsis palā auersantur. quod cōmunis tamē tenet ac tenuit Ec-  
clesia: quod certissimum erroris & peruersi cordis est indicium.

Esseni siue Essæi, Phariseis & Sadduceis erant religiosiores,  
quippe qui bonis operibus ipsis studuerūt. Ex hac vltima secta  
plures ad Christū sunt conuersi in Ecclesię exordio, teste Phi-  
lone & Eusebio.

Obstipauit igitur os Sadduceis Dominus, & ecce sibi bellū  
redintegrant Pharisei. Deuissent quidē timere Sadduceorum  
exem-

exemplum, vt ne similiter confunderentur, confutati etiam  
fuerant in denarii ostensione, sed malevolentia & liuor nutrit *Liuor nu-*  
impudentiam, & ardens malitia, dum se satiare festinat, non *trit impu-*  
aspicit exitum rei, vt tantummodo alteri noceat, nec sibi par- *dentiam.*  
cens. Venena enim inuidiæ superari possunt, sed difficilē con-  
quiescunt, & malitia frequenter confunditur, placatur autem  
nunquam.

Conuenerunt in vnum, vt multitudine vincerent, quem ra-  
tione non poterant vincere, à veritate se nudos esse declaran-  
tes, qui se multitudine armauerunt. Dicebant enim, Vnus lo-  
quatur pro omnibus, & omnes loquamur per vnum, vt si qui-  
dem vicerit, omnes videamur vicisse: sin autem victus fuerit,  
solus videatur confusus. Sic hypocritæ isti omnia propter ho-  
mines faciebant, quos plus metuebant quā Deum. Leuis e-  
nim consolatio est, si malum tuum ab alijs ignoretur, quum in  
conscientia, quæ mille testes valet, confusus sis.

Ex conuentu hoc Phariseorum subdolo, liquefcit verbum  
veritatis ab infestatione nunquam esse immune, sed semper v- *Verbū veri-*  
trinque plures habere impugnatores. Sic Christus hic æmulos *tatis nun-*  
habuit Sadduceos, Phariseos & Scribas, alibi etiam Herodia- *quā ab in-*  
nos & Sacerdotes. Emicant hic Pharisei, & in veritatem stre- *festatione*  
nuē inuolant, spe bellum præsumētes, sed tandem confusi dis- *immune.*  
cedunt. Intentari poterit catholica veritas, non extirpari, idip-  
sum hoc contestante Gamaliele, Actor. 5. vbi dicit, Si ex homi-  
nibus est consilium hoc aut opus, dissoluetur: si verò ex Deo  
est, non poteritis dissoluere, ne fortē & Deo repugnare videa-  
mini. Quod si schismatici crederent, sui eos inanis laboris pi-  
geret.

Inter Sadduceos quoque & Phariseos bellum erat inter-  
necium, quod est alia quædam præscriptio discernendæ hære-  
scos. Iuxta præscriptionē eam schismatici hodie omnes simili  
studio ecclesiam Romanam impugnantes (vt typus mulieris  
demonstrat, Apoc. 12. à draconæ persecutæ) ipsi sese mutuo  
odio expugnant: Pharisei & Sadducei quoque in hoc saltem *Pharisei et*  
sibi consenserūt, vbi de Christi persecutione ageretur, Mar- *Sadducei*  
ci 3. Hi sunt duæ domus, vt Hier. in Isa. cap. 8. placet, quæ in *in persecu-*  
lapidem offensionis impegērūt. At quemadmodum illi Chri- *tione Chri-*  
sto semper succubuerunt, sic & hæretici succumbentes contra *sti concor-*  
Ecclesiam non præualebunt, promittente hoc Christo Matth. *des, alias*  
16. Portæ, inquiens, inferi nō præualebunt aduersus eam. Ite- *discordes.*  
rum Lucæ 22. Ego rogauit pro te, Petre, vt non deficiat fides  
tua, &c. Item Ioan. 17.

Vnus ergo ex eis legis doctor tentauit Christum. Quicumq; no-  
uit & interrogat, non voto discendi, sed studio cognoscēdi: an  
pouerit ille qui responsurus est, in similitudinem Phariseorū,



non quasi discipulus, sed quasi tentator accedit. Vocavit eum magistrum, cuius tamen nolebat esse discipulus. Vnde Ioan. 9. cæco nato dixerunt. Tu discipulus illius esto, nos Mosi discipuli sumus, sed quo sub blanda specie facilius decipiat. Hier. Interrogant mellitis verbis, & circumdant sicut apes, mel portantes in ore, & aculeum à tergo. vna manu panem, altera lapidem ferebant, vt proverbio dicitur.

Phariseis mel in ore, fel in corde erat.

Interrogavit eum, dicens, Quod est mandatum magnum in lege? Sci- scitatus est de magno mādato, quum tamen nunquam velmi- nimum obseruasset. Ille interrogare debet de maiori, qui iam minora impleuit. Erat tunc quaestio inter Iudæos quod maius esset mādatum, eò quod Pharisei avari sacrificia etiam paren- tum præferrent honori, suis commodis consulentes non alio- rum saluti, Matt. 15. & alij aliud iudicabant: quare pro vtra- que parte rationes habebant, quibus respondentem arguerent, quod & Domino contingere sperabant, vt reprehenderetur quasi qui emendaturus esset legem, aut traditionum seniorum contemptor argueretur.

2. Tim. 4. Deus quo modo dili- gendus. Deuter. 6.

Christus respondit, Qui docet hominem scientiam, non refugit inimicos docere; doctoribus in exemplum.

Diliges (inquiens) dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua, & ex omnibus viribus tuis: hoc est, Omnibus totius animæ & corporis viribus, totis sensibus externis & internis, omnibus denique cogitationibus, viribus & operibus, nihil sub cælo aut in cælo magis quam ipsum amemus.

Dilectionis dei præce- ptum om- nium ma- ximum.

Hoc est maximum & primum mandatum in lege. Nā tamen si pri- mum præceptum numero, fidem exigens, vnum scilicet crede- re Deum, etiam magnum sit; maius tamen est quod charitatē exprimit. Charitas enim, teste Apostolo 1. Cor. 13. maior est fide, qua cessante, illa manet. Adducit fides ad Deum, sed cha- ritas eum amplectitur; ostendit illa Deum, sed hæc eo fruatur. Quia Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo ma- net, & Deus in eo, 1. Ioan. 4. Præterea dilectioni Dei Christus primum locum tribuit, & maximum mandatum eam esse di- cit: quia maius est diligere Deum, quam hominem, præsertim quum ille diligatur propter se, hic autem propter alium, hoc est, propter Deum.

Argumenta quibus co- gnoscenda dei chari- tates.

Ioan. 8. & 14.

- 1 Argumentum quo charitatem Dei dignoscas, primū est, si sentias te re ipsa neque vxorem, neq; liberos, neq; fortunam, neque vitam tuam ipsius Dei gloriæ, decoroq; Ecclesiæ præferre: dicasq; cum Paulo, Omnia arbitror vt stercorea, vt Chris- tum lucrifaciam, Philipp. 3.
- 2 Si verbum eius te solum afficiat atque oblectet.
- 3 Si scandala, sacrilegia, & blasphemix in Deum te offen- dant,

dant, sicut de Phinees legitur, Numer. vigesimo quinto.

4 Si vrare, videns verbum fidei frigidiusculè tractari ac con- temni.

5 Si mundi concupiscentiæ & gloria tibi præ amore Dei, & desiderio patriæ vilescant.

Summa, Amor est Dei, si cor tuum in Domino Deo salutari tuo exulter, atque conquiescat, siq; anima tua & mens capti- ua Deo ducta illi soli viuat: iuxta illud, Mihi viuere Christus est, & mori lucrum, Philip. 1.

Amor Dei quis.

1 Hic amor Dei inter cætera conciliatur contemplatione magnitudinis Dei.

Dei amor quo pacto conciliatur.

2 Consideratione multitudinis miserationum Dei erga te, Ioan. 3.

3 Si mente tua reputaueris quæ tibi in cælo dare promiserit, Isa. 64. 1. Cor. 2. Denique quòd seipsum tibi fruendum consti- tuerit dare. Ego, ait, ero merces tua, &c. Genes. 15. Amabilem vtiq; se omnino nobis exhibet. Vnde nisi ipsum vnice ex om- nibus viribus amauerimus, omnium creaturarum, nedum Dei odio digni erimus. Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos, Sap. 5.

Secundum simile est huic, non par aut æquale, quia minus est dignitate. Dilectio ergo proximi magnū est, sed non primum, sed simile: quia qui proximum amat, Dei imaginem amat, Ge- nes. 1. Et hæc est ratio amandi proximum perinde ac seipsum: quia Dei imago & similitudo est æquè vt ipse, quantum est ex natura. Quare primum nemo verè seruat, nisi seruet & secun- dum simile. 1. Ioan. 4. Et hoc mādatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligit & fratrem suum. Si quis dixerit quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? Ponit modum, dicens:

Ratio amā di proxi- mum vt seipsum.

Diliges proximum tuum sicut teipsum. In omnibus scilicet ne- cessitatibus, paupertate ærumnis, cæterisque tentationibus & afflictionibus, iuxta illud Matth. 7. Quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, eadem facite & illis. hæc est enim lex & Pro- phetæ: Summa, diligere proximum, est ex animo ipsi bene vel- le, & affectum eum animi ad effectum perducere. Hæc liqui- dem mandata ad opus potissimum respiciunt. Opera sunt vni- cum & certum argumētum, quo charitas vera dinoscitur, teste beato Iacobo & Ioanne. Argumentum dilectionis proximi habes quoque 1. Cor. 13. Adde quòd etiam amor Dei sine ope- re, id est, cultu & obedientia vanus est.

Leuit. 19.

diligere proximum quid.

Opera di- noscendæ charitatis certum ar- gumētum.

Proximus noster nusquam in scriptura non declaratur dili- gendus. Nulla enim scriptura necessitatem hanc nobis tacet. Nam in Leuitico cap. 19. scribitur, quod hic, & in Luc. 10. cap. quoque

quoque habetur, Diliges proximum tuum sicut teipsum: & in Ioanne 15. cap. dicitur, Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem. Adcò autem vult proximum diligere à nobis Deus, ut se non æstimet amari, nisi diligatur & proximus. Vnde in epistola sua beatus Ioannes ait, Si quis, inquit, diligit Deum, & fratrem suum odit, mendax est. Deinde ratio quoque nos cogit ad diligendum. Aut enim proximus noster est bonus, aut malus. Si bonus, hac ratione quia bonus est, diligendus venit. Est enim filius Dei, ut Ioannes testatur 1. cap. 3. Videte qualè charitatem dedit nobis Pater, ut filij Dei nominemur & simus. Est præterea ipsi Christo omni genere necessitudinis conuictissimus: quod ipse Christus palam fateretur Matth. 12. dicens, Qui fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, soror & mater est. Itaque qui bonus est, & Dei filius, Christi quæ frater, soror & mater, quomodo diligendus non est? Porro si malus est, adhuc tamen diligendus est triplici respectu: Primo propter Deum. Si enim diuitis filium diligis quado sanus est, quomodo non diliges quando infirmus est? Hoc modo tu Dei filium, Dei plasma, Christi fratrem, quem ignoras cuius sit apud Deum futurus meriti, dilige, & dum sanæ est mentis, & dum vesanæ est, non quia vesanæ est, sed quia Deus & illum fecit. Quare tu & si steteris etiam, non iudices, non contempnas cadentem, sed compatiaris, sciens quod potens sit Deus erigere illum, & de lapidibus suscitare filios Abraham. Secundo diligendus est propter seipsum. Maiori enim compassione prosequendus est, & maiori fouendus dilectione, dū infirmus ægrotat, quàm quando exultat sanus. Tali dilectione arsit Apostolus, dicens: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vrer? Tertio, propter teipsum. Plus enim lucraberis amando proximum te non diligentem, aut tibi contumeliosum, quàm quando amas beneuolum. Inde enim Dei efficieris filius, Christo dicente, Diligite inimicos vestros, ut sitis filij Patris vestri qui in cælis est.

Diligendus ergo Deus in se, & propter se: proximus in Deo, & propter Deum. His duobus non est aliud maius, quoniam totius legis summam complectuntur, 1. Tim. 1. Finis autè præcepti est charitas de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta, & Rom. 13. Plenitudo legis est dilectio. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur, Diliges proximum tuum sicut teipsum.

Hic tamen simul quoque intelligere necesse est, non omnem dilectionem legem implere. Nam si aliter aut alio fine diligis proximum, quàm propter Deum, iam non legem implesti, nec præ-

1. Ioan. 4.  
Ratio quo  
pacto cogat  
nos ad di-  
ligendum.

Malus tri-  
plici respe-  
ctu dili-  
gendus.

A simili.

2. Cor. 11.

Matth. 5.  
Luc. 6.

Diligendus  
deus in se,  
proximus  
propter  
Deum.

Non omnis  
dilectio le-  
gẽ implet.

præceptum obseruasti charitatis. Naturalis enim amor, socialis, ciuilis, inhonestus, carnalisve, nihil de charitatis implere potest præcepto. Quando igitur proximum diligere iubemur sicut nosipfos, non est intelligendus ille amor quo nos perperam illiciteque diligimus, ut eodem diligamus & proximum, sed sicut nosipfos in Deo diligimus & propter Deum, ita etiam eadem charitate proximis optemus salutaria, quæ nobis optamus aut optare debemus, eadem illis faciamus quæ iuste nobis optamus fieri. Verbi gratia, dicit Christus, Qui amat animam suam, id est, qui diligit & fouet vitam sensualem, perdet eam: hoc modo malè te amas, nec simili modo proximum te conuenit diligere. Scriptum item est ibidem, Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam: hoc salubre est odium charitatis, & hoc odium extendi debet etiam ad proximum, ut scilicet illi negentur ea desideria quæ sunt ei ad detrimentum animæ.

Marcus ait Phariseum propemodum ex tentatore factum discipulum, Christoque sic respondisse, Benè magister in veritate dixisti, quia vnus est Deus, & non est alius præter eum, & ut diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tanquam seipsum, maius est omnibus holocaustis & sacrificijs. Iesus autem videns quod sapienter respondisset, dixit illi, Non longè es à regno Dei. quasi dicat, Intelligis quid sit optimum, tantum hoc deest, ut affectu sequaris quod intellectu tenes, & non pergas de cætero insidiari mihi. Quem etsi nõdum suspiceris esse Deum, cerrè proximum & benè meritum negare non poteris, in quem tamen hætenus machinatus es, quod nemo sibi vellet accidere.

Ex his satis constat quàm salutaris sit res, sese humiliare ad auditum verbi Dei, quàmque efficax sit illud ad mouendos affectus hominum. tametsi aliquando homines haud sinceriori quàm decet animo ad verbum Dei confluant cum hoc Pharisæo, capiuntur nonnunquam per illud atque inescantur, quemadmodum pisces hamo. Quod satis clarè patuit in ministris à Pharisæis, ut Iesum comprehenderent, destinatis, qui post auditum Christi sermonem, pœnitentes redierunt ad Pontifices, sic illis respondentes, Nunquam sic loquutus est homo, sicut hic homo. Virritem verbi Dei habes, Iere. 23. & Heb. 4. Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus: & quasi malleus conterès petram? Viuus est enim sermo Dei & efficax, &c. Illuminat, emollit, incendit, & viam monstrat.

2. Quæstionem posteriorem attulit Christus, qui non interrogabat, an Pharisæi crederent Messiam venturum, aut ex progenie David oriturum: hoc enim nouerant ex scripturis: sed an crede-

Ioan. 12.

Responsum  
Pharisæi.

Res salu-  
taris hu-  
mili: ver-  
bi Dei au-  
ditio.

Ioan. 7.

Psal. 118.  
Quæstio à  
Christo al-  
lata.



crederent Christum esse filium David: hoc est, an crederet eum esse simplicem hominem, an Dei filium, verumque Deum, & verum hominem.

Hic respondent, Christum esse filium David: hoc est, hominem, non Deum. Psalm. 131. Iuravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Ierem. 23. Suscitabo David germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra.

Quibus respondit Iesus ex Psalm. 109. & dicebat docens in templo, Marc. 12. *Quomodo ergo David in Spiritu sancto, Luc. 20. in libro Psalmorum, vocat eum dominum, dicens, Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Si ergo David vocat eum dominum, quomodo filius eius est?* q. d. Qui consistit, ut si filius est David, pater appellet filium

*Ratiocinatio Domini, qualis.*

*Christus, et filius David, & filius Dei, Deus & homo.*

*Mysterium divinitatis non intellegebant Pharisei.*

Dominum, quum maior sit autoritas progenitorum, quam nepotum? Chrysost. Filius nobis esse potest, qui post nos futurus est: Dominus autem esse non potest, nisi qui aut est nobiscum, aut ante nos. Ita ratiocinatur Dominus, non quia velit ostendere Christum David filium non esse, sed ut falsam opinionem illorum in melius reducat, quia illum solum hominem, non etiam Deum credebant. David autem afflatus spiritu caelesti, videbat in Christo nodum nato quiddam homine maius, cum ipse nihil aliud esset quam homo. Siquidem Christus ut secundum corpus humanum erat filius David, ita secundum diuinam naturam dominus est omnium, non modo ipsius David.

Declarat quoque hoc versiculo quod non sit aduersarius Deo patri, sed multam cum illo habeat concordiam: siquidem inimicos eius humiliat, quo simul & conscientiam illorum terrore concutere curat, ut a concepta desisterent malitia. Esa. 63. Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea. 1 Corinth. 15. Oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius.

Et nemo poterat ei respondere verbum: nec erat quisquam illorum qui posset nodum solvere, propterea quod de diuina Iesu natura nihil adhuc suspicari poterant, hocque mysterium nondum intelligebant Scribae & Pharisei, qui spiritum habebant carnis. 1 Corinth. 2. Animalis homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei.

Neque quisquam posthac ausus fuit illum adoriri questionibus, quum videret insidias in illum intentatas, in sum caput recideret non quod tacuerunt volentes, sed quid amplius interrogarent non habentes. Prouerb. 3. Ipse deludet illos, & mansuetus dabit gratiam.

Discamus ergo ex hoc Euangelio tria. Primo, quod Christus

Quis sit Deus ac Dominus noster, Dei patris aeterni filius, in nouissimis temporibus homo factus, de semine Abraham & Davidis, Roman. 1.

2. Quod Christus sit rex noster, qui nos tuetur & eripit ab omnibus inimicis nostris corporalibus & spiritualibus.

3. Quod Christus sit pater, aduocatus, & intercessor noster, atque mediator apud Patrem: bona pro nobis loquens, gratiam misericordiamque diuinam impetrans: qui tantae fuerit sapientiae, ut occultas cogitationes Iudeorum viderit, ac tantae virtutis, ut eas facillime destruxerit: qui nos post hoc seculum, nostris meritis intercedentibus, ad se recepturus est cum omnibus electis, daturusque vitam aeternam. Amen, Ioan. duodecimo.

EPILOGVS.

1. Primum omnium & maximum mandatum est cognitio & confessio diuinae unitatis cum executione bonae operationis. Bona autem operatio datur & dilectione Dei et proximi persequitur: quod Paulus his verbis dicit, In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, nec proputium, sed fides per dilectionem operans, Galat. 5.

2. Hebraei dicunt summum gradum colendi creatorem esse ut seruias ei ex dilectione, & non propterea ut mercedem aut premium suscipias. toto corde quod nimirum cor solum opus tuum bonum vel malum facit: ex tota anima, ut etiam si causa requirat, non trepides pro eo exponere animam, id est corporalem vitam ex tota virtute, ut potius omnium rerum tuarum dispendium incurrere velis, quam ab amore Dei desistere, Rom. 8.

3. Questionem quaestione ceu clauum clauo pellit, ex Psalm. 109 de diuinitate Filij: quae quaestio & interrogatio (Hieronymo teste) usque hodie nobis proficit contra Iudeos. *Quaestio quaestione pellitur.*

DOMINICA DECIMANONA

POST TRINITATEM.

EPISTOLA.

Fratres, Renouamini spiritu mentis vestrae, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini unusquisque veritatem cum proximo suo. Quoniam sumus inuicem membra. Irascimini, & nolite peccare, sed non occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.

Hac Epistola docet diuus Paulus duo, scilicet mortificationem carnis, & renouationem Spiritus, ad similitudinem terrae, aquilae & serpentis. Psalm. 102. & 103. Matth. decimo. Amplificata.

Quae doctrina Paulo valde familiaris est, nempe, disputare de

*Christus Deus et homo.*

*Rex noster Christus.*

*Psalm. 90. Mediator et aduocatus noster Christus.*

*Primum medium & maximum datum & maximum quod.*

*Serua creatus colendi quis.*

*Quaestio quaestione pellitur.*

*Ephes. 4.*

*Spiritus renouandus, & caro mortificanda.*

*Hæc duo  
Christianis  
ad salutem  
necessaria  
Homo ve-  
tus quis.*

de homine veteri & nouo, non ignorans, quàm Christianis illa duo sint ad salutem scitu necessaria. Hinc enim discit quid sit peccatum originale, concupiscentia, hæreditaria iustitia, caro, spiritus gratia, peccatum, vita & mors.

Est autem homo vetus, totus homo Adæ lapsu perditus, peccatis oppletus, in peccatis conceptus & natus, affectibus malis, & prauis concupiscentiis refertus, erumpens, tandem in cogitationes iniquas, spurca & pessima verba, & in opera mala cum externa, rum interna.

*Homo nouus quis.*

Est autem homo nouus, totus homo Christi gratia per aquam & spiritum sanctum in fide, charitate, obedientia verbi Dei, iustitia, sanctitate, & veritate regeneratus, & omnibus donis cælestibus repletus, quæ vbertim exundant, profluentia in sanctas cogitationes, verba salutaria, opera bona tam interna quàm externa, & in merita, quibus æternam vitam nobis comparemus. Quisquis ergo per peccatum iustitiam & sanctitatem veritatis amisit, renouari studeat spiritu, & induat nouum hominem, id est, nouum mentis habitum, quo Deo sit acceptus in iustitia, & sanctitate non ficta aut hypocritica, quæ est sanctitas veritatis. De mortificatione veteris hominis, ac spiritualis mentis renouatione, vide Paulum Roman. 6. a. Colossen. 3. b. Hebræor. 12. a. Mortificatio incipit in baptismo, & perficitur in morte, quum caro peccati corrumpitur. 2. Corint. 4. Renouatio autem incipit in baptismo, & perficitur in nouissimo die.

*1. Pet. 2.  
& 4. a.*

*Matth 13.  
Vetus homo  
quibus  
principalibus  
criminibus  
oppressus.*

Quando igitur vetus homo tribus principalibus criminibus est oppressus: nempe mendacio, ira, furto, quæ vitia traxit à fatana, qui est mendax, & pater mendacij, homicida & latro, princeps furum & prædonum: vult igitur Paulus vt abiiciamus ista diabolica crimina, nempe mendacium, iram, & furtum: & in eorum locum recipiamus tres præcipuas virtutes, scilicet, veritatem, mansuetudinem, & liberalitatem, quæ à Deo profiscuntur.

Hoc est quod ait Paulus, *deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo: quoniam sumus inuicem membra.* Quando igitur Euangelium est verax, & cõstans doctrina, debent hi qui susceperunt illud, etiam veraces atque constantes esse, iuxta illud Matth. 5. Sit sermo vester, Est, est: non, non, & illud Leuit. 19. Non mentiemini, nec decipiet vnusquisq; proximum suum. Item Colossen. 3. Nolite mentiri inuicem. Causas addit: Prima, quia inuicem proximi sumus. Si quidem omnis homo vel primæ natiuitatis conditione, vel spe conuersionis est nobis proximus. Neque nouimus qualis ille qui nunc vel omnium vitiorum sorde squaler, futurus sit, & coram Deo iam est, Is enim qui modò vel hæreticus, vel facinorosus, Iudæus

*Causæ tres  
ob quas nõ  
licet mentiri  
inuicem.*

dzus vel paganus est, per Dei misericordiam, sic forsan est immutandus, vt tãdem aliquando cum sanctis recumbat in regno Dei, Matth. octauo. Secunda, quia (quod maius est) sumus inuicem membra, vnum quippe membrum alteri membro non mentietur. Verbi gratia, Oculus si bestiam aliquam conspexerit efferarius in nos irruentem, nullo pacto pedibus mentietur se nihil spectare, sed fugiendi facultatem illis præbebit. Sic si foueam aliquam profundam arundine humoquæ ad fraudem contactam pes ipse præteat, oculum minimè id ipsum cælabit, quin aliam inuestiget euadendi semitam. Nos igitur, inquit Apostolus, inuicem nihil mentiamur, quum simus vnus corporis membra. Charitas enim congauet veritati. Tertia causa est, quia mentiri est diabolus imitari. Nec habitaturus est in tabernaculo Domini, nisi qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua, &c. Psalm. decimoquarto. Imo potius Deus perdet omnes qui loquuntur mendacium, Psalm. quinto.

*Sumus in-  
uicem mē-  
bra.*

*Irasimini & nolite peccare.* Quasi dicat, Bonum quidem esset nihil prorsus irasci, sed si contigerit, quod vitari non potest, caue ne de ira veniatis ad actum peccandi, & sic ira crescat in odium, & trabs fiat de festuca, Luc. 6. Quando enim affectus humani dum viuimus manent in nobis, prospicere debemus ne vincamur ab illis, ad peccata præcipitati. Peccare quidem, humanum est: in peccato verò perseuerare, diabolicum. Ideo

*Mentiri est  
diabolus  
imitari.*

*Psalm. 4.*

*Sol non occidat super irarundiam vestram.* Ac si dicat, Et si ex toto vitare non valetis, non diu tam en resideat apud vos iracundiæ malum, neque vobis nondum reconciliatis, sol ipse è terris abscedat, ne fortè indignis appareat illuxisse, nève & nox igne furoris mentem acrius agitando incendat, & insidias parer proximo vel mortem. Si quidem nox ipsa opportunà sceleribus est. Ioan. 3. Ergo caue ne ira efficiatur pridiana, quinimo de corde vestro pellatur, priusquam occidat lux ipsa visibilis, ne vos deserat lux inuisibilis.

*Peccare hu-  
manum, per-  
seuerare in  
peccato dia-  
bolicum.*

*Nox oppor-  
tuna sceleribus.*

*Nolite locum dare diabolo.* Vti enim Deo locus in pace est ita & diabolo in ira locum damus. Iratus enim mala cogitat. Et per cogitationem malam, se diabolus ingerit vt peragat mala: mutua verò dilectione diabolo accessus occluditur, & Deo habitaculum paratur. Deus namque charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, 1. Ioana. quarto. Sicut exercitus dispersus facile superatur, ita vnus & confertus resistit hostibus. Itaque per mansuetudinis virtutem iræ furorem superantes, nouum hominem abiecto procul odio induit, & ad fraternam vnanimitatem (qua hostis procul pellitur) quantocyus redire,

*Iacob 4.  
Diabolo in  
ira locus  
est: Deo in  
pace habi-  
taculum.  
Simile.*



Furtum repugnat iustitie.

Qui furabatur iam non furetur. Furtum enim repugnat iustitie, sicut ira mansuetudini. vnde nisi quis furtum deponat, non potest illum nouum hominem induere, qui secundum Deum creatus est in iustitia.

Magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Quando igitur Deus homini laborem imposuit, ut a furto & preda eum retraheret, merito debemus precepto Dei obtemperare, non aliena rapere: sed potius operando manibus laborare, ut de nostris facultatibus possimus suppeditare & opitulari pauperibus, & operum meritis, hic quidem gratiam, in futuro autem vitam promereri eternam. Amen. Triplici de causa manibus operandum: Primo, ut labor atterat, & exerceat corpus, quod ex otio praua didicerat. Iuxta illud Gen. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Deinde ut habeatur vnde presens vita honeste transigatur, iuxta Psal. 127. Labores manuum tuarum manducabis, &c. Demum ut suppetat quod in usus pauperum expendatur, quemadmodum Salomon ait, Prover. 3. Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis frugum tuarum da pauperibus.

Triplici de causa manibus operandum.

EPILOGVS.

- 1 Per baptismum infitos nouo homini Christo reuocari oportet, ut ablati iniustitia, succedat innocentia, & sanctitas Euangelica.
- 2 Discipuli veritatis omne mendacium horreant, veris agant cum proximo.
- 3 Iracundia, vociferatio, conuiuium aded facessant a Christianis, ut nec vllum vestigium in animo resideat.

DOMINICA EADEM

EVANGELIUM.

Matth. 9.

In illo tempore ascendens Iesus in nauiculam, transfretauit & venit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Videns autem Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de Scribis dixerunt intra se, Hic blasphematur. Et quum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit. Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere, Dimittuntur tibi peccata: an dicere, Surge & ambula? Ut autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem dimittendi peccata in terra: tunc ait paralytico, Surge, & tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et surrexit, & abiit in domum suam. Videntes autem turba, timuerunt, & glorificauerunt Deum qui dedit potestatem talem hominibus.

Hoc Evangelium complectitur tria exempla, 1 Primum exemplum est fidei charitate viuificatae, in quatuor viris adducentibus paralyticum ad Christum. Vnde Euangelista ait, Ascendens Iesus in nauiculam, transfretauit. Navigio transijt qui sicco vestigio transire potuit. Ipse namque est qui olim fugatis fluctibus maris profunda nudauit, ut Israeliticis siccis pedibus trans-

transirent, Exod. 14. Ipse & Petri pedibus mare calcabile prebuit: sibi ipsi autem nunc maris denegat obsequium, nec absere. Si enim mansisset in suis virtutibus, cum homine visus fuisset nihil habere commune, ob id autem & humanas sustinuit necessitates, ut verus homo probaretur, omnia autem ad hunc finem, ut nos alliceret atque attraheret, maxime ad humilitatis exemplum, ne simus superbis huius seculi similes, qui mirabilibus ambulant supra se, seque nonnunquam supra vires & diuitias ostentare conantur, contra illud Iere 9. Non gloriatur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec diues in diuitijs suis, &c. Diuitiae, caeteraque Dei dona data sunt in usum, minime vero in abusum. Qui ergo gloriatur, in Domino non gloriatur.

Matth. 14

Quare sustinuerit Christus necessitates humanas.

1. Cor. 1.

Et venit in ciuitatem suam, scilicet Capharnaum, ut Marcus dicit cap. 2. Et iterum intrauit Capharnaum post dies octo, & auditum est quod in domo esset, & conuenerunt multi, ita ut non caperent, neque ad ianuam, & loquebatur eis verbum. Sicut enim Nazareth conceptione, & Bethlehem natiuitate sua: sic Capharnaum in habitatione & multiplici praedicatione suam ciuitatem fecit, non temporali dititione, quae Christo in hoc mundo nulla fuit, Matth. 8. sic ipso dicente, Vulpes foueas habent, & volucres caeli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Maritima est haec ciuitas in finibus Zabulon & Neptalim: interpretatur vero amoenus campus, siue iucundum praedium. At Capharnaum quo amoenior fuit, hoc ad Christi Euangelium suscipiendum fuit difficilior: usque adeo dementata fuit omni rerum affluentia atque prosperitate, ut neque doctrina neque miracula Christi illi prodesse. Quare improperando illi, dixit, Mat. 11. Luc. 10. Vae tibi, Capharnaum, usque ad caelum exaltata es, usque in infernum detraheris: parui per sepe momenti est verus Prophetes, qui rigidus declamator est in vitia, in similibus oppidis opulentis & pinguibus, vbi negotiatio, superbia, gula, luxuria, usura, &c. regnant. In pretio est ibi qui loquitur placentia, qui carnem praedicat. Dicunt enim impij, Grauis est ad videndum, impropere nobis peccata legis, contrarius est operibus nostris: dissimilis est alijs, vitio est qui illius tanquam nugaces estimati sumus ab illo, abstinet se a vijs nostris, tanquam ab immunditijs, Sap. 2.

Capharnaum capus amoenus seu iucundum praedium.

Verus prophetes parui momenti est.

At in pretio est qui loquitur placentia.

Fratri periclitanti ex fide succurrendum.

Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Fidem ergo & fraternam charitatem hic docemur, nempe, ex fide periclitanti fratri succurrere, & qui sibi ipsi opem ferre nequit, cum medico offerre, pecunia subuenire, curam eius agere. Religio enim munda & immaculata haec est apud Patrem, visitare infirmos & viduas in tribulatione eorum, Iacob. 1. Nec solum quoad corporis aegritudinem, sed etiam de animae fratris valetudine sol-

liciti esse debemus, errantemque fratrem ad meliorem frugem allicere. Infirmum in fide assumite, inquit Apost. Rom. 14. & 15. Item debemus nos firmiores, fratrum infirmitatem sustinere, & huiusmodi in spiritu lenitatis & mansuetudinis instruere, Galat. 6. necnon ad ecclesie catholice obedientiam, ab bona opera, orationem, ieiunium, confessionem, sacram communionem ac restitutionem adhortari. Nam cuique Deus mandavit de proximo suo.

*Fides & dilectio of-ferentium vnde colligatur. Sap. 12.* Hæc fides & dilectio colligitur ex eorum studio & diligentia erga paralyticum. Nam nunquam de paralytico ad Christum adducendo cogitassent, nisi firmiter credidissent Christi tantam esse potentiam, qui si vellet, posset paralyticum sanare. Dilectio illorum liquet ex eo quod omnem laborem & molestiam subeant, ut misero decumbenti profint. Sublatum namque grabato Christo adducunt, perfosso tecto, funibus demiserunt grabatum, in quo paralyticus decumbebat, testibus Marco atque Luca.

Hanc fidem ac dilectionem Christus respiciens, duplici beneficio paralyticum prosequutus est: Primò peccata ei remittit iustumque facit ac beatum, deinde sanitatem corporis dedit, & paralyticum resoluit, & sustulit.

*Fides propria non aliena saluat.* Vnde docemur hanc propria, non tantum aliena fide fuisse saluatum. Quod autem habuerit fidem, inde colligimus, quia vocat eum filium, quo nomine vocat credentes, quibus dedit potestatem filios Dei fieri, Ioan. 1. Habeamus igitur sanctos, qui pro nobis ad Deum intercedant, ac pios homines, qui pro nobis orent. Quod autem tales preces etiam profint alijs, patet ex scriptura, Exod. 32. Moses vnus homo erat, & tamen multis milibus veniam impetrauit. 3. Reg. 18. Helias similis nobis erat, & tamen pro omnibus pluuiam obtinuit. Sic Exodi 17. Moses precibus suis populum suum liberauit ab incursu regis Amalech. Idem Num. 12. precibus suis Mariam sororem à lepra mundauit. Vnde hic etiam docemur alterum alteri augmentum gratiæ, & alia dona diuina promereri posse.

*Fide aliena & oratione subinde conferuntur temporalia & eterna. Sanitas corporis ali-quando datur ob fidem alterius, non tantum salutem animæ.* Nam videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide, fili, remittuntur tibi, &c. O felices qui hoc audiunt, Remittuntur tibi peccata tua! Clarissimum est ex scriptura per alienam fidem & fiduciam, aut orationem nobis plerumque conferre temporalia & externa, etiam sine fide nostra propria. Sic enim Deum dixisse legimus, 4. Reg. 20. Protegam ciuitatem hanc propter David seruum meum. Vides quod fides Davidis proderat Iudæis, qui alioqui meruerant iram Dei. Neque solum prodest fides aliena ad corpoream salutem, sed etiam ad salutem animæ: verum differenter, sanitas quidem corporis plerumque datur sine fide propria, propter solam fidem alterius.

Sic

Sic Christus dicebat Centurioni, Matth. 8. Fiat tibi sicut credidisti: & sanatus est seruus eius propter fidem domini. Sic per fidem Chananeæ, sanata est filia eius. Matth. 15. Salus tamen animæ non datur sine propria fide. Vnde hic dicitur, *Videns fidem illorum*, sed non hoc sufficiebat, requirebat etiã fidem propriam: vnde subdit, *Confide fili.*

In re enim salutaris non sufficit fides aliena adultis, nisi propria addit: nam quemadmodum scriptura inquit, Vnusquisque in sua impietate morietur, Ezech. 18. Vnde licet inferre neminem adultum saluandum, nisi in sua iustitia. Hanc sententiam confirmat hic Christus, quum dicit paralytico, *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Non dixisset illi, Confide, si aliorum fides quam iam viderat, ad salutem animæ paralytico satis fuisset: sicut in vita naturali nemo pro me potest nasci aut mori, si viuere volo, oportet ut ego nascar, non alius pro me potest tamen alius vita sua me adiuuare, ut & ego vitam acquiram. Sic nemo pro me moritur, aut ad infernum vel in cælum ingreditur: potest tamen mihi procurare mortem, aut occasionem dare ut vel cælum vel infernum adeam, ita nimirum nemo pro me credit, sed fidem mihi impetrare potest: ad hoc valet fides aliena. Sic Stephanus, ut aliqui volunt, Paulo fidem impetrauit. Sic Paulus pro Ephesijs orat, ut detur eis plenior cognitio Christi, ut possint adulescere in fide.

2. Secundum est exemplum charitatis in Christo, qui hunc paralyticum tam benigniter curat. Hæc charitas colligitur ex propensa eius bonitate, qua misericorditer paralyticum à grauiissimo morbo liberauit. Paralyticus alio nomine hemiplegia dicitur quia hominem non corripit totum, ut apoplexia: hæc hominem statim extinguit, illa diutius torquet, & tanquam seminiuum decumbentem in lecto diutino tabo asumit. Ioan. 5. vides hominem 38. annis hoc morbo detentum. Tales vides etiam curatos, Matt. 8. Act. 9. Morbus hic erat nulli non miserandus sed longe miserabilior erat animus vitii obnoxius. Ideo Christus præstitit illi quatuor.

1. Respexit fidem illorum, qui decumbentem in lecto adducebant. Sunt enim nonnulli quibus persuasum est se nihil indigere orationibus aliorum, nec quicquam prodesse alienas preces: qui fortassis perfectiores volunt esse beato Paulo, qui in omnibus Epistolis suis perit pro se orari. Sed sunt & alij qui plus æquo tribuunt alienis precibus, adeo ut æstiment eas sibi sufficere, etiam si ipsi tota vita stertant aut impiè agant, longè à vero aberrantes. Neminem enim saluabit aliena iustitia (non hic loquor de iustitia Christi) nisi & tu iustus sis, &c.

Summa: Discimus ex his verbis salubre esse nos mutuis precibus iuuare, ac Deo gratum, imò acceptissimum sacrificium

*Adultis aliena fides non sufficit ad salutem.*

*Simile.*

*Ephes. 3.*

*Charitatis exemplum.*

*Persuasio- nes nonnullorum sal- se.*

*Mutuis precibus nos tenuare salubre.*



iuxta illud Prou. 21. Facere misericordiam magis placet Deo, quam victimæ. Utique grata fuit Christo hæc charitas impensa proximo, & eo gratior, quod ille per seipsum accedere non valebat.

*Orandū pro mortuis in peccato.*

Sic profectò Deo gratissimum exhibes sacrificium, si precibus tuis offeras eos qui in peccatis mortui sunt, quales sunt hæretici, falsi Christiani, mali ecclesiastici, adeò vt per seipsum accedere non possint, irretiti peccatis, imò proprium periculum non sentientes: hoc docet Christus Matth. 6. Orate pro persequentibus vos, vt sitis filij Patris vestri, &c.

2. Requisiuit propriam in paralytico fidem, non contentus aliena: hæc enim ægros atque peccatores ad Deum adducere potest, vt dictum est: sed opus est adulto propria fide, vt saluetur.

*Fides viuæ nō mortuæ requiritur.*

3. Non requisit mortuam, sed viuam fidem, quæ confitetur & amat Christum filium Dei: non qualem fingebant Pharisei dicentes Christum purum esse hominem, sicut ex eorum verbis colligimus, quum dicebant, Quomodo potest hic peccata dimittere? Hinc dixit, Confide fili.

*Deus videtur seuerus iustis, & blidus peccatoribus.*

*Fili*, inquit, Bonus ad omnes Deus: in peccantes præcipuè suã ostendit longanimitatem & mansuetudinem, verax verbū hinc sumitur: Grauis atq; seuerus iustis vbiq; videtur Deus, peccatoribus comis pius, ac blidus, atq; ad clementiam velox. Peccantem cadentem releuat, & inquit ad eum, Nunquid cadens non adiciet vt resurgat? aut auersus non reuertetur? Ierem. 8. Et iterum Zecha. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Item Ezech. 18. Viuo ego, dicit Dominus, Nolo mortem peccatoris, sed potius vt cōuertatur & viuat. Et hic despectum & debilem, & totis membrorum compagibus dissolutum, filium vocat, quem sacerdotes tangere dedignabantur. q. d. Et si paterno abusus es affectu, reuertere, & suscipiam te. Paratus sum esse tibi pater, factu vt sis filius. Ad iustum autem dicit, Si fecerit homo omnem iustitiã, omnemque veritatem, & auersus peccauerit, non recondabor iustitiæ eius, sed in peccato suo morietur. O magnam in iusto cautionem! O magnam in peccatorem liberalitatem! Sic variè, fratres, & differenter excogitat Deus, non ipse quidem mutatus, sed vtiliter diuidens bonitatis suæ dispensationem. Nam cadentem & peccatis obnoxium si terreret, ignorantia obcæcari, spe quoque periclitari eum compelleret: iustum verò si laudet, suæ vim virtutis debilitat, atque veluti iam beatum, de industria studioq; pigritate præparabit. Propterea, fratres, peccatoris miseretur, & ei quidem blanditur, iustum verò terret. Terribilis enim est super omnes qui in circuitu eius sunt. Et quinquam fuerint hi, propheta

*Ierem. 3.*

*Ezech. 33.*

*Psalms. 38.*

ta David ostendit: Deus, inquit, glorificatur in consilio sanctorum,

rum, magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt. Si cadentem intueretur, clementiæ manum protendit: si stantem timore iustitiæ, iustique iudicij concutit, atque hunc timore quidem confirmat, illum verò per clementiam excitat. Simile exemplum habes Lucæ septimo, vbi mulierem tor defossam peccatis eleuat, dicens, Dimittuntur tibi peccata tua. & Maria Moyli soror, paruo ex murmure, lepra percutitur. Nū. duodecimo. Hæc Chrysostomus, de poenitentia, homil. 5. tomo. 2. folio 471.

Docet præterea hoc verbum *Fili*, debere nos blandos & benignos esse ad omnes, maximè ad pauperes & ægros, iuxta illud Ephes. 4. Estote inuicem benigni, misericordes, &c.

Ex eodem quoque verbo habemus quantum fructum consequatur is cui remissa sunt peccata. Statim enim filius Dei dicitur. nihil enim nos à Deo separat, nisi solum peccatum, iuxta illud Isa. 59. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & absconderunt faciem eius à vobis. Nihil in nobis odit Deus, nisi peccatum. Peccato itaq; remisso, Deum habes propitium & patrem: acclamare licet, Pater noster qui es in cælis. Hinc David Psalm. 31. Beati quorum remissæ sunt iniquitates.

4. Remisit peccata: fecit vt bonus medicus, abstulit in primis causam morbi, deinde morbum ipsum, dicens: Surge, tolle lectum, & ambula. Et surrexit, & abiit in domum suam. Ex his verbis colligimus, quod infirmitates corporis plerumque propter peccata accidunt. Sicut enim nonnunquam morbus corporis morbum inducit animæ, vtpote impatientiam & blasphemiam, sic è diuerso morborū corporis præcipua causa esse peccatum, id quod Christus ipse indicat, Ioan. 5. dicens: Noli amplius peccare, ne deterius tibi contingat aliquid. Hoc idem clarissimè docet Moses Deuterono. 28. Si inquit, non audieris vocem Domini, &c. mittet Dominus in te pestilentiam, &c. per totum caput. Et sicut augentur peccata, sic peccatorum, nec minuentur poenæ, nisi minuantur peccata. Ob eam causam Christus petenti sanitatem corporis, prius abstulit infirmitatem mentis, vt ostenderet ex peccato hunc morbum accidisse.

Demum docet hic nos Christus etiam his verbis, primam curam esse impendendam saluti animæ, quæ si sana fuerit, nihil obesse poterit morbus corporis. Vera est enim sententia. Nulla nobis nocebit aduersitas, si nulla nobis dominata fuerit iniquitas. Præposterus est ordo, quod primùm in infirmitate curritur ad medicos corporis, neglectis spiritualibus. Valerudine enim aduersa laborantibus, poenitentia præcipuè est prædicanda. Nam confessionis sacramentum hic Saluator

*Magnū fructum consequitur, cui remissa peccata.*

*Peccatum morborum corporis præcipua causa.*

*Sententia vera. Præposter⁹ curationis ordo.*

*Medici ex  
iuris statu  
to excomu-  
nicandi  
quare.*

*Qua de re  
Christus  
tot vsus est  
circūstāijs*

*Quare hæc  
omnia fa-  
cta.*

*Fides nō so-  
lū profuit  
paralytico,  
sed etiam  
obedientia;*

*Malitia  
Pharisaica*

sine omni controversia Ecclesiæ commendat, dum primò peccata remittit ægroto, quia ibi decor & pulchritudo, ubi frequens est confessio. Quamobrem medicinæ professores tanquam excommunicati sunt præcidēdi ex iuris statuto, nisi infirmos quibus curandis accersuntur, ante omnem medicinam corporalem, ad sacramenta pœnitentiæ, Eucharistiæ, atq; vñctiois infirmorum exhorrentur Iacob. 5.

Tot circumstantijs vsus est Christus in hoc miraculo, vt innotesceret omnibus, dispergereturque per totum mundum. Nam turbæ primò viderunt paralyticum per omnia membra debilem, claudum atque inutilem: adeò vt à quatuor viris portaretur in conspectu totius populi.

2 Viderunt eū perfosso tecto funibus demitti ante Christū.

3 Audierunt Christum dicentem, *Remittuntur tibi peccata tua*, quibus verbis occasionem præbuit disputandi, ita vt ingens inter Phariseos murmur fuerit obortum.

4 Quum expectarent omnes quid euenturum esset, dixit paralytico, *Surge, tolle lectum tuum & ambula*, qui statim surrexit, & ambulauit.

Hæc omnia fieri curauit Christus vt obæcari Pharisei in totius populi conspectu confunderentur: & pudefacti, cogèrentur fateri ea quæ Christus fecisset: nō humana, sed penitus diuina esse.

Deinde vt turbæ quæ aderant, maiestatem & potentiam diuinā admirarentur, & stupentes glorificarent Deum, qui ipsorum temporibus miserat Iesum Christum, verū Messiam, verum Dei filium, verum hominem: qui mirabilia per prophetas vaticinata faceret, & remissionem Israel promissam perficeret. Quod factum est: nam dicebant, *Hodie vidimus mirabilia, nunquam vidimus talia.*

Demum vt doceret Iudæos & Lutheranos, non solum fidem paralytico profuisse ad salutem, sed etiam obedientiam. Nisi enim obedisset Christo dicēti. *Surge, tolle grabatū tuum, & ambula*: quamuis confusus fuisset, quando Christus dixit, *Confide, fili*: nunquam fuisset consequutus salutem corporis & animæ. Est igitur necessaria obedientia, vt fides in causa salutis aliquid agat: quod qui negat, negat Christum, negat eius factum atque doctrinam.

3 Tertiò complectitur malitiæ exemplum in Phariseis, qui Christo blasphemiæ notam inurebant, quod peccata remitteret. Hæc malitia colligitur ex cogitationibus eorum, quibus calumniabantur eum vt blasphemum, qui quum esset homo, remitteret peccata, dicētes: *Hic blasphematur. Luc. 5. sic habetur. Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Non enim dixerat, Ego remitto, sed remit-*

remittuntur. Sed ipsi ad calumniandum nunquam non prochiui, sic acceperunt, cum diuinam quandam potentiam hæc vox sonaret. Nouerant dictum à Domino, *Isaię 45. Ego sum, ego sum qui deleo iniquitates tuas, &c.* Sciebant item Sacerdotes pro peccatis orasse, ac sacrificia obrulisse, *Leui. 5.* sed hominem potestatem habere in terris dimittendi peccata, omnibus retro seculis auditum nō fuerat. Hinc morti ipsum obnoxium iudicabāt, cum blasphemus iubeatur lege occidi, *Leuit. 24.* Homo qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum: Et qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur, lapidibus obruet eum omnis multitudo populi. Siue ille ciuis, siue peregrinus, qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur. En quam diuersos affectus idem miraculum produxit. Murmurāt Pharisei, eo quod Christus dixisset: *Remittuntur tibi peccata, cumque blasphemiam accusant, nimirum offensi infirmitate eius.*

Blasphemia potest committi tripliciter. Aut Deo attribuendo, quod illi non conuenit, vt sunt peccare, ignorare, errare, impotentem esse. sic blasphemabant Christum Scribæ & Pharisei. Aut ab eo remouendo, seu in eo negando, quod ei competit, vt negare eum summè bonum, omnipotentem, misericordem, longanimem, &c.

Aut creaturæ attribuendo, quod ipsi soli conuenit. Quales fuerunt Nabuchodonosor, Herodes, Simon Magus, &c.

Sed Christus hoc miraculum alijs duobus miraculis confirmauit. Primò euidenti Deitatis argumento, quo spiritu suo agnouit cogitationes eorum, quod solius Dei est. Nemo enim scit quid est in homine, nisi spiritus hominis. *1. Cor. 2. Solus autem Deus nouit corda hominum, iuxta illud, Nulla creatura inuisibilis est in conspectu eius. Nam omnia nuda & aperta sunt ei, Heb. quarto.*

Secundò quod Deus sit, & potestatem habeat remittendi peccata confirmauit ex hoc, quod non modo paralyticum solo verbo sanitati restituerit atque curauerit, vt surgeret & ambularet: sed & sublato lecto egressus sit in cōspectu omnium, adeo vt stupefacti sint omnes. Natura enim in operibus suis indiget tractu temporis. itemque medijs per quæ operetur. Deus autem nullo horum indiget. Dixit enim & facta sunt: sermone enim restaurat vniuersa, *Sapient. 16. De hac Christi potestate & Ioannes Bapt. dicit Ioan. 1. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Quod non eo modo intelligendum est, quasi Christus ira tollat peccatum, vt iam nullū sit peccatum, & quasi nunc liberè liceat vnumquemque pro sua libidine viuere, quemadmodum plerique nostro tempore videntur intelligere, qui nunc sine omni fræno in quæcunque vitia prol-*

*Blasphemia com-  
mittitur  
tripliciter.*

*Argumentū  
Deitatis co-  
gnoscere co-  
gitationes.  
Act. 1.*

*Peccata  
mūdi tollit  
Christus,  
quomodo  
intelligēdū*



buntur, quasi iam id liceat, nō, inquam, sic Christus tollit peccata, sed ut deinceps viuamus iustitiæ, iuxta illud Roman. 6. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immūditæ, & iniquitati, &c. ita exhibete eadem, &c. Qui enim mortem tollit, vitā largitur: itaq; qui peccata tollit, iustitiā donat. fit ergo visibile signum, ut probetur inuisibile: & ait paralytico, Tibi dico surge. Ad hanc vocem alacer erexit sese, quati nunquam sensisset aliquā paralytim: ac sublato in humeros lectulo, per cōfertam hominum multitudinem egressus est. Datus est locus exeunti, qui negatus est aduenienti: & qui prius decūbens gestabatur à quatuor baiulis, nunc etiā lecto gestando sufficit. Sicq; teste Chrysoft. id quod fuit signum infirmitatis, fit signum sanitatis, Lucæ 5. Et confestim consurgens coram illis, tulit lectulum suum in quo iacebat, & abiit in domum suam, magnificans Deum. Quemadmodum in miseriis ad Deum recurrimus auxilium petentes, 2. Paral. 20. sic post acceptum beneficiū, gratias agere debemus, ne ingrati inueniamur, Psal. 102. Benedic anima mea dominū, & noli obliuisci omnes retributiōes eius. *Videntes autem turba, timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus, Lucæ 5. Et stupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum, & repleti sunt timore, dicentes, Quia vidimus mirabilia hodie, Marc. 2. dicebant: Quia nunquam sic vidimus, ut scilicet simplici verbo & peccata condonaret, & morbum insanabilem adimeret. Sicut ex vno eodemque flore, & araneus elicit venenum, & apis colligit suum mel: sic bonus homo profert bona de thesauro suo, caque in Dei laudem: malus verò profert mala in Dei contumeliam. Sic in verbo Dei adhuc quidam scandalizantur, quidam verò compunguntur & emendantur.*

Marc. 2.

*In miserijs  
auxiliū  
Deo peten-  
dum.  
Accepto be-  
neficio gra-  
tias agēdū.*

Simile.

*In tribula-  
tionibus si-  
ducia in  
Deo haben-  
da.*

*Proximis  
beneficien-  
dum.*

*Paralyti-  
cus quid si-  
gnificet.*

1 Discimus ergo ex hac historia Euangelica, Primò, ut in omnibus tribulationibus nostris spem atque fiduciam habeamus in Domino Deo nostro: nec diffidamus, quin grauiissimis & deploratissimis vel ægritudinibus, vel aduersis fortunis, sit opem laturus. Adiutor enim est in oportunitatibus, in tribulatione, ait Psalm. 9.

2 Ut proximis nostris beneficiamus, quemadmodum hi viri paralyticum portantes. Oportet nos proximi curā suscipere, si velimus ut Christus nostri corporis, nostrarumq; animarum curam suscipiat. Quam si susceperit, proculdubio salua omnia erunt: si autem dereliquerit, prorsus peribunt.

3 Ut pro beneficijs in nos collatis gratias agamus, & cum hoc populo Deum glorificemus, 1. Thess. 5.

4 Ut sciamus paralyticum significare hominem impium, incredulum, aut peccatorem impœnitentem, ingratum, maximisque flagitijs correptum.

Deinde

Deinde sciamus paralytim esse morbum, quo correptus homo non multum differt à mortuo. Resoluit enim omnia membra, & prorsus inutilia reddit. Talis ferè est paralytis animæ. Opera eorum inutilia, Sap. 3.

Tandem ut sciamus gerulos huius paralytici esse diuini verbi prædicatores, confessores, bonos consultores, qui salutaribus monitis, doctrinis ac precibus peccatores ducunt ad Christum: quod si non fecerint, in delictis peribunt: Christo vero adducti, sanantur in corpore & anima, cui sit gloria in æternum. Amen.

## EPILOGVS.

1 Exemplū ardentis fidei in in ipso paralytico, qui sic demitti se iussit, vel passus est, simul & fidei pietatisq; exemplum in illis qui portarunt ægrotum, luculentissime videmus, nimirum incredulæ ciuitatis decus. Quales & Abraham, & Loth fuisse legimus apud Zodomitas & Gomorrbæas, Genes. 18 & 19 2. Pet. 2. quorum meritis, si decem iusti fuissent ibidem reperi, non subuertisset vtique deus regiones illas.

2 Christo filio hominis esse æque proclive morbum dicto tollere & peccata condonare, probatur curatione paralytici, quod opus Dei erat.

3 Virtutem suam Christus ostendit & per amicos & inimicos sapientie sue pelagus patefacit, idem ipse Deus & filius hominis, quare non blasphematur.

## DOMINICA VIGESIMA POST TRINITATEM, EPISTOLA.

**F**ratres, Videte quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes: redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes qua sit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed impleamini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris, Domino gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi, Deo Patri, subiecti inuicem in timore Christi.

**I**N HAC Epistola Paulus nobis ob oculos ponit tres admonitiones, in quarum prima hortatur nos, vt caute ambulemus, & sapienter conuersemur in hoc periculoso tempore. Hac admonitione vsus est Paulus, propter nimiam nostri fiduciam. Nam postquam baptizati sumus, audiuius Euangelium, & videmur nobis bellè habere fidem, incipimus securè viuere, quasi sola fides sufficiat, & sanus sit mortuus, cum interim atrocius circumeat, tanquam leo rugiens, quærens quem deuoret, nec solum per seipsum, sed etiam per suos satellites, nimirum pseudopphetas, de quibus 2. Pet. 2. & falsos

*Cautè sa-  
pienterque  
ambulan-  
dum.*

Christia-

*Circūspectè  
cauteque  
ambulare,  
quid.*

Christianos, de quibus Salomon nos præmonuit, Prouerb. 1. Itaque hortatur Apostolus, vt circūspectè ambulemus, *non insipientes, sed vt sapientes.* Est autem cautè seu circūspectè ambulare, & sapienter conuersari, semper ob oculos ponere voluntatem Dei, verbum Dei, & iuxta præcepta eius totam vitam instituere, iuxta verbum Christi, Matth. 7. Omnis qui audit verba mea, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam super petram, &c. Si hoc speculum patiamur ab oculis tolli, saran faciet ex Christiano hominem oscitantem, ex hypocrita hæreticum, & ex hæretico publicum veritatis hostem.

*Imprudentes,  
qui.*

*Intelligentes,  
qui.*

Deinde hortatur, vt non simus imprudentes, sed intelligentes. Sunt autem imprudentes, qui non cogitant, nec perpendunt quæ sit bona Dei voluntas: atque sic improuidi suæ visitationis, tempus gratiæ negligunt atque perdunt. Intelligentes autem sunt qui verbum Dei semper in animo volunt, atque libenter audiunt, meditanturque in lege Domini die ac nocte, redimentes occasionem, quod dies mali sint. Prudentes quoque ferui sunt, quos Dominus veniens inuenit vigilantes, succinctos, lampades ardentis in manibus habentes, & in summa sic facientes. Lucæ 12.

Vult dicere Paulus, Ne speretis vos habituros meliora tempora. Satanam enim semper habituri estis hostem in hoc mundo.

Sensus secundum Patres, Hieronymum scilicet & alios, est hic: monet Ephesios Apostolus, ne patiantur tempus elabi, nihil facientes eorum quæ Deus mandat, occupati in audendis hæreticis. Quod perpetuam mortem illis parare queat. Ne igitur occasione hæreticorum tempus effluat, dum illis præbent aures, atque cum eis concertant, ait Paulus, Omnium iacturam facite, vt hac ratione tempus redimatis.

*Tempus nõ  
terendum in  
disputando  
cum hæreticis.*

*Vini immoderatus  
vsus in homine  
quid efficiat.*

*In vino luxuria,  
vt effectus in  
causa.*

Non malè quadrat hoc cõsiliu Pauli in homines nostri seculi, ne terant tempus in disputando cum hæreticis, interim non curantes ea quæ ad salutem ipsorum pertinet. Vide 1. Timoth. 1. & 2. Timoth. 2. & ad Tit. 3.

2. In secunda hortatur nos, vt non indulgeamus genio, sed sobriè viuamus: cū ebrietas faciat homines impios & efferos, *d. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* Quia dixerat, Nolite fieri imprudentes, sed intelligentes. Vini autem immoderatus vsus intellectum hominis vel maximè obnubilat, prudētiam tollit, ingerit imprudentiam, & vehemēter impedit hominem intelligere quæ sit voluntas Dei, qua cognitione ab humana mente remota, nil superest nisi vt homo suarum libidinum impetus, quasi equus effrænus, præcipiti ardore sequatur. Ideo conuenienter præcipit, dicens, Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sicut effectus in sua causa. Nec tamē vsus vini omnino prohibet,

cum etiam ipse Dominus hunc admiserit, & admittendum fidelibus insinuauerit, sed abusum damnat & excessum. Non enim dicit, Nolite bibere vinum, sed nolite inebriari vino. Vino siquidem moderatè sumpto, cõsequimur sanitatem, sicut ad Timoth. 1. capite quinto scribens ait, Iam noli aquam bibere, sed modico vino vttere, propter stomachum, & frequentes tuas infirmitates. Insuper & lætitiā adfert. Lætificat enim cor hominis. Vnde etiam Salomon ait, Prouerb. 31. Date vinum bibere ijs qui amaro sunt corde, vt bibant, & obliuiscantur tristitiæ suæ. Si tamen immoderatus sumatur (vt dictum est) non modò corpus, sed & animam ipsam dissoluit. Proinde sicut sine cerere & baccho friget venus, ita & baccho venus vel maximè prouocatur. De vini natura & vsu notatu hinc dignum quod Plinius ait: dicit enim, In prouerbium cessit, sapientiam vino obumbrari. Tanto labore & impendio constat, quòd hominis mentem mutet, & furorem gignat, millibus scelerum huic deditis tanta dulcedine, vt magna pars hominum non aliud vitæ præmium intelligat. Et rursus, Vitio datur homini, quòd soli animantium non sitientes bibimus. Dubitatur iam vinum pluribus proficit an noceat. Ancipiti enim euentu vinum potum, aut auxilium sit aut venenum. Prorsus iure dici potest, neque viribus corporis nostri vtilius aliquid, neque aliud voluptatibus perniciosius, si modus absit. Multo tempore non licebat Romæ id sceminis bibere. Saluberrimum aquæ potum natura dedit, quo cætera omnia animantia vtuntur, aut eos vinum bibere & iumenta cogimus. hæc ille. Adeo compositi concertatio crassum est vitium, vt etiam Ethnici hoc ipsum damnent. Apud Catonem quoque monentur pueri, ne plus bibant, quam firiant. sic habet, Hoc bibe quod possis, si tu vis viuere sanus. Morbi causa mali est homini quæcunque voluptas. Assuerus quoque veruit ne quis in suo conuiuio alium ad bibendum vrgeret, Esther 1.

Hac igitur admonitione vsus est Paulus propter horrenda crimina, quæ ex ebrietate proueniunt, nempe obscena verba, execrationes detestabiles, gestus impudici, turpia facta, calumnia, mendacia, detractioes, maledicentia, impostura, similitates, rixæ, iurgia, cædes, blasphemia, desidia, diuini verbi neglectus & contemptus. Cùm enim homo vino obrutus fuerit, oculi toruum vident, aures spurca audiunt, os scater verbis scurrilibus, venæ in libidinem sunt accensæ, totum corpus inefficax, somnolentum, & ad res honestas inutile, tota mens, & omnes sensus extincti, vires naturales turbatæ, omnia membra ad flagitia accensa. Summa. Ebrietas lernam gignit malorum. Ebrius enim similis est aurigæ, cui fræna sunt ab equis erepta. Is retinaculis amissis, fertur atque rapitur per arida, virida,

*Moderatus  
vini vsus  
nõ est pro-  
hibitus.*

*Psal. 103.  
Prouerbiũ,  
Sapientia  
vino ob-  
umbratur.  
Tent. Als  
de wijn in  
gaet, soo  
gaet de  
wijsheyt  
wt.*

*Plinius na-  
turalis hi-  
storia lib.  
14. ca. 13.  
c. 22.*

*Compositi  
concertatio  
crassum  
vitium.  
Crimina  
horrenda  
ex ebrieta-  
te proue-  
niunt.*

*Ebrietas  
lernam ma-  
lorum.  
Simile.*



*Aliud simile.*

*Quid à bibendi studio deterre re debeat.*

*1. Cor. 6.*

*& Gal 5.*

*Deum glorificare per spirituales cantiones,*

*bona spiritus temulentia.*

*Matth. 9.*

*Luc. 5.*

*Act. 2.*

*Nihil deo gratius, quam laudibus euehere, et pro beneficijs gratias agere.*

*Psal. 49.*

virida, lamas, valles, nemora, paludes, dumeta & montes. Similis quoque est nauclero, qui amisso clauo, relinquitur arbitrio ventorum, donec ad scopulum quempiam, aut rupem illidit, nec fieri potest, vt diu possit incolumis ita vehi. Nam ad extremum aut precipitatur, & iugulum frangit, aut nauis cum omnibus submergitur, Prouer. 23. pulchrè hæc depingitur. Quod si nunc potores tot peccata atque incommoda, quæ producit ebrietas, noluerint considerare: tamen à bibendi studio deberet eos deterrere, quod eos oportebit ad Dei tribunal manifestari, 2. Cor. 5. & de vnoquoq; verbo otioso, Deo rationem reddere, Matth. 12. necnō de creaturarum abusibus, & perditione pretiosi temporis reddere rationem. Nam hæc omnia Deus non relinquet impunita. Contra voluptatē hoc vitium catholicus videat, Isa. 5. Osee 4. Luc. 21. Rom. 13.

3 In tertia admonitione hortatur nos Apostolus, vt Deum glorificemus per psalmos, hymnos, & cantiones spirituales. Cupienti inebriari sacra hęc proponitur comessatio, qua temulenti sunt redditi Apostoli cum vniuersis fidelibus, Act. 2. Sic prius etiam repleti leguntur Zacharias, Elizabeth, Maria, Simeon: cecinerunt & hi ebrij omnes. Ipsa enim gratia Spiritus sancti vinum est germinans virgines, Zach. 9. Vinum, inquam, quod gaudio casto lætificat, & extinguit sitim carnalis & terrenæ cupiditatis. Hoc vinum non mittitur nisi in vtres nouos, id est, in corda à verustate peccati per veram penitentiam renouata. Petrus cum huius vini modicam stillam percepisset, mox omnia cæterorum oblitus, ait: Domine bonum est nos hic esse, Matth. 17. Hinc rursus de Apostolis in die missionis Spiritus sancti hoc vino lætificatis & corroboratis, Iudæi admirantes dicebant. Musto pleni sunt isti. Verum dicebant, sed quale mustum illud esset, non intelligebant. Hoc vinum Dominus cum Apostolis suis in Dei regno se bibiturum iam passioni proximus repromisit, Matth. 26.

Hac admonitione vsus est Paulus, propter ingentia bona atque commoda, quæ ex laude Dei & gratiarum actione fluunt: scilicet, laus & gloria, gratiarum actio, & glorificatio Dei in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus. Neque enim poterimus Domino Deo gratius acceptiusq; facere, quàm laudibus euehere, atque pro cunctis beneficijs in nos collatis gratias agere. Sacrificium, inquit, laudis honorificabit me. Exemplo sunt Moses, filij Israel, post maris rubri trāsitum, Exod. 15. David qui ante arcam Domini iustit atq; cecinit, 2. Reg. 6. Ionas quando post liberationem à ventre piscis gratias egit, Ionæ 2. Zacharias pater Ioannis Baptistæ, qui sumpto nuntio cecinit canticum, Benedictus Dominus Deus Israel, &c. Luc. 1. Maria accepto nuntio de conceptione Verbi, cecinit, Magnifi-

cat

cat anima mea, &c. Luc. 1. Simeon: qui cecinit cantic. Nunc dimittis, &c. Lucæ 2. Augustinus & Ambrosius, Te Deum laudamus, &c. Nec suis decit sic inuocatus Christus, loquentes sibiipsis audit. Anna Helcanæ vxor, non clamauit & exorauit, 1. Reg. 1. Non clamor sed amor sonat in aure Dei. Ecce quanta vis in Psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus ritè & ex corde cantatis. Hinc B. Iac. 5. cap. Tristatur, inquit, quis in vobis, oret æquo animo & psallat. q. d. Si quem spiritus malus liuore aut tristitia huius seculi (quæ mortem operatur) oppleuerit vi canticorum spiritualium propellatur. Nec mirum, cum & ipse Saul rex impius, nempe, innocentis persecutor, & voluntate iam homicida, psallētium concentu & ipse adflatus sit, 1. Regum 19. Sed quemadmodum in diuinis canticis psallentes Spiritu sancto adflantur, ita & qui carnales cantiones modulantur, spiritibus impuris ad suas mentes aditum parant. At audis hodie puellas cantillare, quod nullam vnquam lupam crediderim ausam fuisse: adeo perfreuit frontem virginalis pudor modernus.

Et in primitiua Ecclesia solebant Christiani statis diebus & horis ante lucē conuenire, communicare, psallere, & hymnos Christo dicere, Deo patri gratias agere. cuius rei etiam meminit Plinius. Nec vlla re satanam magis offendere, & Deo magis gratificare poterimus, quàm pijs caribus Psalmorum & hymnorum, aliarumque lectionum spiritualium. In nascentis Ecclesiæ primordijs canebant Christiani, & Deo offerebant Psalmos & hymnos nocte intempesta, & ante lucē, duplici de causa: Priori, quia Tyranni qui tunc temporis sæuiebant in Christianos, non permittebant illis tempus, nec publicè sacra agere nec celebrare. Ob idq; Christiani, quod publicè nō licebat interdium, noctu agebant: Posteriori, quia David vir Euangelicus media, inquit, nocte surgebam ad confitendum tibi, Psal. 118. Exemplo huius sanctissimi Prophetæ id faciebant. Quia verò non est speciosa laus in ore peccatoris, aut gratiarū actio, Eccl. 15. nec acceptat munus nostrum Dominus quod offerimus, nisi fuerit inter vos vnitas charitatis, Matth. 5. ideo Apostolus hortatur, vt charitate, inuicem subiecti simus, idque nō rei vilius terrestris formidine, sed Christi timore, qui omnibus humilitatem mandauit, Matth. 11.

#### EPILOGVS.

1 Quoniā mūdus totus in maligno positus est, & dies mali sunt, ex quo Adā lapsus est de paradyso, cautè & circumspectè Christianis ambulandū est, & Dei voluntas intelligenda, quæ salutis nostræ summa est.

2 Ebrietas, voluptas, hilaritas, comessatio digna Christianis hæc est, Christus noster cibus, fides noster potus. Lati bibamus sobriam ebrietatem spiritus, Carnis verò ebrietas vt potus declinetur.

*Nō clamor sed amor sonat in aure Dei.*

*Diuina cātica salutaria: at cantiones carnales pestifera.*

*Primitiua ecclesiæ mos.*

*In ecclesiæ primordijs canebant Christiani Psalmos ante lucem, duplici de causa.*

*Sine charitatis vnitate nihil Des acceptum.*

3 In omni tempore, & pro omnibus quæ nobis accidunt, Deo gratias referamus, non tantum pro ijs quæ bona putamus, sed etiam quæ nos corripunt, & contra nostram voluntatē veniunt. Christianorum enim propria virtus, in aduersis referre gratias creatori. Atqui hoc opus, hic labor est: Iob sit in exemplum, lac. 5.

DOMINICA EADEM  
EVANGELIUM

Matth. 22. **I**n illo tempore, loquebatur Iesus cum discipulis suis in parabolis, dicens: Simile factū est regnum celorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolabant venire. Iterum misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis, ecce prandium meum parauit, tauri mei & altilia mea occisa sunt, & omnia parata, venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in villam suam, alius verò ad negotiationem suam. Reliqui verò tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. Rex autem cum audisset, iratus est, & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptie quidem parate sunt: sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Itē ergo ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias, cōgregauerunt omnes quos inuenerunt, bonos & malos. & implete sunt nuptie discumbentium. Intrauit autem Rex vt videret discumbentes: & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. & ait illi: Amice quomodo hic intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex ministris: Ligatis manibus eius & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.

Thesaurus  
Euangelij  
ineffabilis  
Dei boni  
tas.

**H**ISTORIA seu parabola huius Euangelij complectitur quatuor. Primò Thesaurum Euangelij, nempe ineffabilem bonitatem Dei patris, qui fecit nuptias filio suo. Hic consideranda attentius sunt hæc.

1 Quis sit iste Rex: Nempe pater cælestis, Rex regum, diues in omnes, Apoc. 19. Rom. 10. Nec hic silentio prætereundum, quod hic Rex homo quoque dicitur. Consuevit enim scriptura sacra, cum iram ac vindictam Dei describere cupit, ipsum Deum leoni, vrsō aut simili alicui bestię feroci comparare. Sic in Amos 3. Leo rugiet, quis non timebit? Dominus locutus est, quis non prophetabit? Et Isaias 31. Sicut rugit leo capta preda, nec timet multitudinem clamoris, sic Deus, &c. In eum modum & Ieremias, Thren. 3. conqueritur: Factus est mihi Dominus vt leo & vrsus insidians, &c. nimirum iram & iudicium Dei significans, id quod præcedentia indicant. Si enim clamaero, inquit, non exaudiet me. Vbi autem Dei bonitatem commendare vult scriptura, homini ipsum com-

comparat. Sic enim nobis mutatis, muratur Deus. Si homines sumus, & vt rationis capaces viuimus, ipse quoque Deus homini comparatur: si autem in bestiarum morem degenerauimus, & ipse nobis efficitur omni fera crudelior: Cum sanctis sanctus est, peruersis verò seuerus & iustus. Psal. 17.

2 Quis sponsus: nempe, Iesus Christus filius Dei, in quo & per quem nobis donauit iustitiam, gratiam, remissionem peccatorum: qui saluberrimi sunt animarum cibi. huic sponso Deus pater & rex. sacrum suum regnum dedit redimendum, liberandum, iudicandum & purgandum. hinc ait Psal. 2. Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea, &c. Et ipsa eadem regis traditio, desponsatio est. Nam qui regnum sunt Christi, hi sunt & sponsa Christi. Sunt regnum, quia sua eos virtute redemit de potestate tenebrarum, Coloss. 1. & subiecit suis legibus. Sponsa sunt, quia perpetua sibi charitate sociavit, vt sicut sponsa cum sponso vna caro, ita fideles cum Christo vnum corpus & vnus spiritus sunt, vt multis in locis edisserit Paulus. Et sicut sponsus sponsam ad omnem suam voluntatem ornauit, mundans eam sanguine suo, Ephes. 5. atque cum sterilis esset ad fructus salutis, suo spiritu fecit fecundam. Hinc apud Oseam 2. Et sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iustitia & iudicio, & in misericordia & miserationibus: & sponsabo te mihi in fide, &c. His enim velut arrhabone mens Christiana Christo sociatur. Ad quam etiam desponsationem alludit Paulus: Despondi, inquit, vos vni viro, virginem castam exhibere Christo, 2 Cor. 11.

3 Quæ nuptiæ: nempe, religio catholica, & Euangelium, per cuius fidem & charitatem in baptismo & in alijs sacramentis coniungimur Christo, sicut in nuptijs humanis mulier marito per sacramentum coniungitur. Et hinc est quod iure matrimonij, bona Christi, nempe, iustitia, fides, charitas, pietas, sanctificatio, redemptio, animabus nostris communicentur. quia cum ipso vna caro facti sumus. Hinc Paulus nos toties corpus Christi appellat, Rom. 12. & quod euidentius est, Nos, inquit, membra sumus corporis eius, & de carne eius & de ossibus eius, Ephes. 5. Hæ nuptiæ in vtero virginis inchoatæ fuerunt, quando scilicet diuinitati humana natura copulata fuit, ita vt duæ illæ naturæ, Deus & homo, vna sint persona, vnus Christus. Hæc, inquam, coniunctio omnis boni initium fuit. Per hanc enim Christus omnibus nobis affinitate coniunctus est, imò frater effectus est. eiusdem naturæ & sanguinis, vnde non confunditur nos fratres vocare, Hebr. 2. Et in Euangelio ait, Qui fecerit voluntatem patris qui in cælis est, ipse meus frater,



soror, & mater est. Verum non illic finem fecit, sed quomodo primò singularem illam naturam in unitate personæ assumpsit, sic postea tanquam sponsus procedens de thalamo suo, omne humanum genus (quod ad se quidem attingebat, affectuè tamen electos) assumpsit, ac spiritualiter & inuisibiliter, ut dictum est, sibi uniuert, aded ut omnia cum ipsis bona & mala communia habere uoluerit, idque & iuramento etiam firmauerit, ac statim re ipsa ostenderit. Nam & mala nostra in se recepit, ac in se mortificauit: bona autem sua abundè nobis contulit & confert, denique etiam cohæredes nos sibi assumpsit. Hinc Apostolus Paulus ex vinculo matrimonij collegit è quantis malis & miserijs per Christum eripiamur. Vnde cum in Epistola ad Ephes. 5. mentionem fecisset de matrimonio, statim ad altiora conscendens: *Mysterium, inquit, hoc magnum est, ego autem dico in Christo & Ecclesia. Quibus uerbis inquit eodem modo Christum unitum esse Ecclesie, quo coniuges inter se uniuertur.*

*Matth. 19.*

*Serui, qui.*

4 *Qui serui:* Nempe, sancti Prophetæ, Apostoli, Episcopi, Pastores, & omnes fideles, uerbi diuini, atque sacramentorum Ecclesie catholice dispensatores, 1. Cor. 4. & 2. cap. 6. qui a Domino missi inuitatos ad Christi Euangelium singulis temporibus uocant, hoc est, prædicant regnum Dei, fidem exponunt, horrantur ad iustitiam, torpentes, mundanisque rebus hærentes, uirtute uerbi Dei, ad Christi pelliciunt nuptias. Sic prophetas fecisse scribit Petrus 1. cap. 1. De qua salute, inquit, exquisierunt atque scrutati sunt prophete, qui de futura in uobis gratia prophetauerunt, &c. Et Act. 10. idem dicit: Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. Postea circa finem legis factum est uerbum Domini super Ioannem filium Zachariæ in deserto, & uenit in omnem regionem Iordanis, dicens: Pœnitentiam agite, appropinquabit regnum cælorum, &c. Luc. 3. Deinde dixit Apostolis: In uiam gentium ne abiueritis, sed ite ad oues domus Israël, Matth. 10. Præterea 72. discipulos emisit in omnem ciuitatem, & locum, quo ipse uenturus erat, Luc. 10.

*Qui inuitati.*

5 *Qui inuitati:* Nempe, Iudæi & uniuersus Israël, ab Adam primo parente, à patriarchis, patribus, regibus, prophetis, iudicibus, sacerdotibus, usque ad Ioannem Baptistam. Abrahæ enim & semini eius factæ sunt promissiones, Galat. 3. Et ipsorum erat adoptio & testamentum & promissa, Roman. 9. Vnde & Christus, Matth. 15. Non sum missus, inquit, nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. Et Petrus, Act. 3. Vos, inquit, estis filij prophetarum & promissionis quæ ad Abraham facta est.

6 *Quæ fercula:* nempe, Tauri occisi, altilia mactata, fercula delicata, optima condimenta, sacre scripturæ atque Euangelij mysteria, quibus ad salutem inuitamur, scilicet: Iustus ex fide uiuit, Habac. 2. Roman. 1. Venite ad me omnes, &c. Matth. 11. Non ueni uocare iustos, Matth. 9. Si impius egerit pœnitentiam, &c. Ezech. 18. Calamum quassarum non conteram, Isa. 42. Ad hæc fercula degustanda, post passionem Christi & resurrectionem per ipsos Apostolos Spiritu sancto repletos, primùm quoque Iudæos uocauit, idque maiori auctoritate, quàm prius. Prius enim nihil aliud prædicare eos iussit, quàm, Appropinquabit regnum cælorum: nunc autem clarius ac manifestius omnia annuntiare iussit, dicens; *Omnia sunt parata, uenite ad nuptias.* Omnia quæ ad beatitudinem pertinent, parata sunt, diabolus deuictus, mors occisa, cælum apertum, ira patris ablata, vitulus saginatus mactatus est. Nam Christus seipsum exinanuit, &c. factus obediens Patri usque ad mortem crucis, Philip. 2. Præstò & remissio peccatorum, iustitia, pax, gaudium in Spiritu sancto, uita, salus, adoptio filiorum, uerè fercula pulchra, delectabilia ac desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum, & dulciora super mel & fauam, Psalm. 18. O quanto gaudio antiqui illi patres hoc audissent: Vocabantur quippe & ipsi, sed nondum omnia parata erant, imò tantum futura sperabantur. Iuxta fidem defuncti sunt omnes, inquit Apostolus, non acceptis repromissionibus: sed à longè eas aspicientes & salutantes, & confitentes quia peregrini & hospites sunt super terram, Hebr. 11. Vnde meritò nobis dicitur, *Beati oculi qui uident, quæ uos uidetis.* Multi enim reges & Prophetæ, &c.

*Tauri occisi, altilia mactata, fercula delicata, quæ.*

*Omnia ad beatitudinem pertinentia, parata.*

*Luce 10.*

Consideranda ex his Dei patris immensa bonitas: non potuit Deus pater de nobis melius mereri, quàm cum dignatus est nos miseros peccatores uocare ad nuptias contrahendas cum dilectissimo filio suo Iesu Christo, qui est uerus sponsus animarum nostrarum. Admirabile apud omnes esset, si inclytus heros ambiret cuiusdam mendici filiam, ineptam, scordam, malam, peccatricem, & filiam traditoris, fornicariam, & sibi in uxorem acciperet. Excederet hoc factum omnem humanam cogitationem, admirarentur omnes huius principis incredibilem bonitatem. Admiremur ergo & nos ineffabilem Dei patris eiusdemque filij Iesu Christi immensam bonitatem, qui uult animas nostras peccatrices, fornicarias, peccatorum sordibus pollutas ac contaminatas, pauperrimas ac miserimas, omnî dignitate destitutas, in suum diuinum thalamum suscipere, nuptias cum ipsis contrahere, illis diuina sua bona liberalissimè impertiri & communicare. Et ut hoc fiat, mittit, ac misit semper tot ac tantos legatos, Prophetas, Patriarchas, Apostolos, &c.

*Immensa Dei patris bonitas consideranda.*

*Simile notatu dignissimum.*

6 *Quæ*

Jerem. 3.

ut nos ad has nuptias inuitent. Huius immensæ suæ bonitatis nos cōmonefacit. Vulgō dicitur, inquit, Si dimiserit vir uxorem suam, & recedens ab eo duxerit virum alterum: nunquid reuertetur ad eam ultra? nunquid non polluta & contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuere ad me, dicit Dominus. Et post pauca, Reuere auestrix Israël, ait Dominus: & non auertam faciem meam à vobis, quia sanctus ego sum, & non irascar in perpetuum. Conuertimini filij reuertentes, quia ego vir vester, &c. O admirabilem bonitatem! O ineffabilem misericordiam! O fœlices, qui sacramentum hoc pro sua dignitate perpenderunt: infœlices verò eos qui eius maiestate neglecta, de ipso intelligendo non sunt solliciti.

Abusus  
Euangelij,  
Iudæorum  
ingrati-  
tudo.

Jerem. 44.

Cap. 7.

2. Secundò complectitur hæc parabola abusum Euangelij, nempe, ingrati- tudinem Iudæorum. Vocati enim nol- bant ve- nire. Quod non fuit vitiū ignorantia aut fragilitatis, sed obsti- nata malitia & voluntatis rebellis, sicut in Iob dicitur de im- pijs cap. 24. quod rebelles fuerunt lumini. Hoc igitur verbo Christus innuit eos ex malitia peccare: id quod olim conque- stus est, dicens, Et misi ad vos omnes seruos meos prophetas, per diem confurgens diluculo, & non me audierunt, nec incli- nauerunt aurem suam, sed indurauerunt cervicem suam, & peius operati sunt, quàm patres eorū. Item in Zacharia, Et no- luerunt attendere, inquit, & verterunt scapulam recedentes, & aures suas aggrauauerunt, ne audirent, & cor suum posue- runt vt adamantem, ne audirent legem & verba quæ misit Do- minus exercituū in spiritu suo sancto, per manus prophetarū. Id quod etiam Christus ipsis impropert, Matth. 11. Cantauimus, inquit, vobis & non saltastis. Item Matth. 23. & Luc. 13. Quoties volui congregare vos, quemadmodum gallina cōgre- gat pullos suos, sub alas, & nolulistis. Hinc ipsis comminatur Psal. 128. Noluit benedictionem, & elongabitur ab eo: dilexit maledictionem, & veniet ei, &c.

Sed insuper, *neglexerunt*. Quippe videmus plurimos, nec Christi saluatoris sanguine, nec sanctorum exemplis ad su- perna moueri, qui scilicet, sibimetipsis crucifigūt rursus filium Dei, & ostentui habent, Hebræorum sexto. Ipsum quoque testamenti sanguinem quo redempti sunt, pollutum ducunt, Christum filium Dei conculcant, & spiritui gratiæ contume- liam faciunt.

Hebr. 13.  
Per hos vi-  
ros intelli-  
gendum duo  
genera au-  
ditorū ver-  
bi dei &  
Euang.

Quid verò plurimos detineat, mox indicat, dicens: *Et abierunt alij in villam suam: alij ad negotiationem suā: alij verò tenuerūt seruos eius, & contumelijs affectos, occiderunt.* Per hos viros vult intelligere duo genera auditorum verbi Dei, aut Euangelij. alterum, quod cura victus & studio diuitiarum, negligit & contemnit Prophe-

Prophetas, Apostolos, Episcopos, Pastores, Ecclesiam ca- tholicam Romanam, Sacramenta, religiosos ac religiosas. Sic miseri filij Adam propter temporalia negligunt æterna, & quæ esse debebant ipsis adminicula ad salutem, efficiuntur impedimenta. Excusari quidem se putant, verum nulla ex- cusatio est, si propter quodcunque temporale, salutem negli- gas. Nec malum est ad villam vel negotiationem ire, aut etiam uxorem ducere, quod Lucas addit, cap. 14. sed pro- pterea nuptias illas & salutem negligere, illud extremæ de- mentia est. Quid enim proderit homini, si vniuersum mun- dum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiat? Mat- thæi 16. Summa, Maxima pars hominum, cupiditate, am- bitione, mundanarumque rerum amore & solitudine, ac luxuria tenentur, ne ad Christi nuptias veniant. Quanti, ob- secto, hodie à nuptijs retrahuntur, vbi à maximo vsque ad mi- nimum, à Propheta ad sacerdotem omnes diligunt munera? Jerem. 8. sequuntur retributiones? Negotiantur reges & prin- cipes in iniustitia, iudicant secundum munera, docent in mu- neribus sacerdotes, prophetæ pro mercede diuinant, Mich. 3. Sunt & Pharisei qui pro muneribus orant, ieiunant, &c. Quid orbem conturbat? quid oculos sapientum excæcat? quid peruertit verba iustorum, nisi nequissima hæc omnium nego- tiatio, cupiditas, & ambitio? Deut. 16. Eccl. 20. Vbi nunc amor cælestium? vbi via crucis? vbi rigor pœnitentiæ? vbi zelus diu- ni cultus? vbi mentium simplicitas? vbi tuta fides? vbi reli- gionis disciplina? De omnibus iam dici potest, quod olim ad regem Tyri Dominus ait, In multitudine negotiationis tuæ, repleta sunt interiora tua iniquitate; & peccasti, ideoque cieci te de monte sancto Dei. Et hæc quidem de negligentibus Dei verbum dicta sunt.

Alterum genus auditorum, præter neglectum & contem- ptum verbi, etiam summa impudentia & crudelitate perse- quitur eosdem Prophetas, Apostolos, Episcopos, &c. Nun- quam enim defuerunt, nec deerunt vnquam qui propter veri- tatem Dei seruos & præcones vsque in mortem persequuntur, pro qua omnes Prophetæ ab hac generatione occisi sunt. Vnde Christus exprobrat, Lucæ 11. & Matth. 23. Ecce ego mitto ad vos Prophetas & Sapientes & Scribas, & ex illis occidetis & crucifigetur, & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & per- sequemini de ciuitate in ciuitatem, &c. Iudæi omnes Pro- phetas sunt persequuti, adeo vt Christus etiam dicat per Ste- phanum: Dura ceruice & incircuncisis cordibus & auribus, vos semper Spiritui sancto restitistis, sicut patres vestri, ita & vos. Quem Prophetarum non sunt persequuti partes ve- stri? Et occiderunt eos qui prænu- tiabant de aduentu iusti:

Maxima  
pars homi-  
num, mun-  
danarum  
rerum, ne  
dicam pec-  
catorum a-  
more tenē-  
tur, ne ad  
Christum  
veniant.  
Cupiditas,  
ambitio, &  
nequissima  
negotatio  
omnia in-  
terturbat.  
Ezech. 28.

Veritatis  
præcones et  
Dei serui  
semper per-  
sequuti &  
perpetuò  
persequen-  
di.  
Act. 7.



cuius vos nunc proditores & homicidæ fuistis. Quoniam post prophetas, & ipsum Dominum prophetarum occiderunt, suosque persecuti sunt discipulos, sicut patet Act. 4. & 5. Tyranni tandem occiderunt Apostolos: Nero Petrum & Paulum. Sic Traianus, Decius, Diocletianus, in suis persecutionibus occiderunt innumerabilem multitudinem martyrum, virginum in Oriente atque Occidente. Nostris quoque temporibus non desunt, qui tam impatientes sunt veritatis, ut nullis non machinis, dolis, iniurijsque eos insequantur, qui absque simulatione de omnibus veritatem pronunciant: quales sunt Lutherani, Calvinus ac Brentius, &c. qui scriptis conuiciantur atque infamant ecclesiam catholicam Romanam, Episcopos, pastores, vota, sacramenta, & reliqua omnia, quæ pia mater Ecclesia Romana in beneficium animarum ex Dei verbo atq; Apostolorum traditione instituit. Non solum vocati nolunt venire, verum etiam legatos Dei contemnunt, & vel inhonoratos dimittunt, vel vitam ipsis auferunt.

*Mundus contemnit Euangelium, & hinc venire negligit.* Mundus ita contemnit Euangelium, & sacramenta quæ in illo continentur, atq; Ecclesiam catholicam, ut quamuis à Patre eterno ad nuptiale conuiuium ipsius Christi voce diuina, eiusdemque Dei legatione inuitentur, nihilominus venire negligant, amantes magis quæstum, voluptates, honores, diuitias: quibus corradendis attentiores sunt, quam ut pietatem exercent: sed non inultè neque impunè. Nam qui misericordia nimia vocat, ac venientes excipit, seueritate maxima contemptores punit & castigat.

*Pœna contemnitium Euangelii.* Tertiò, complectitur pœnam contemnitium Euangelium. Rex autem cum audisset. Clamat enim sanguis iustorum ad Deum, id quod de Abel ipse Deus dicit, Genes. 4. Et Ioannes audiuit animas interfectorum vindictam petere, Apoc. 6. Hunc clamorem Deus non exaudire non potest, ut patet Luc. 18. Deus non faciet vindictam, &c. & ideo statim subdit.

*Ira Dei non est irritabilis, sed inflexibilitas iudicij.* Iratus est rex valde, non per iram turbationem inducentem, sed inflexibilitatem iudicij. Prou. 6. Quoniam zelus & furor viri non parcat in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus: nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Ira enim Dei, ait Paulus Rom. 1. reuelatur de cælo super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent.

*Exercitus Dei diuine iustitiae executores.* Et missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos. Per exercitus, vniuersos iustitiæ diuinæ executores intelligit, quales fuere Amorrhæi, Philistæi, Assyrij, Babylonij, ac rãdem Romani, tametsi & ipsi impij erant, vbi vides quomodo Deus malis vtitur bene, ad exercitiũ & virgam suorũ, sicut interfecturus Iudæos, ministerio Assyriorum vsus fuit olim: quibus cum vsus fuisset tanquam

tanquam iustitiæ suæ instrumentis, reddit afflictionem, ne gloriantur aliquid ex se fecisse. Vide Isaia 10. ad longum.

Non tamen dicit, misso exercitu, sed missis exercitibus, ut plures intelligas. Neque enim gladio tantum Romanorum, sed fame quoque ac peste absumpti sunt.

*Perdidit homicidas illos.* Suprà dixerat: Auferetur à vobis regnum, &c. spiritualiter puniendos subindicans. Hinc autem & corporalem pœnam eis prædicit. Vtrinque enim puniri meruerunt, qui tam temporalia, quam spiritualia à Deo receperant beneficia. Deut. 32.

*Succendit ciuitatem illorum.* Quo significauit, quod cõsummationem cum eis facturus esset Deus, quam sæpius comminatus fuerat. Ex his igitur satis constat quantam sibi iram thesaurizent, qui Dei bonitatem cõtemnunt. Rom. 2. Sic semper certa pœna manet hostes & persecutores Ecclesiæ catholice ac Euangelij: Nam Iudæorum multa millia, quia Christum, caput & fundamentum Ecclesiæ cruci affixerant, sub Tito & Vespasiano à Romanis perierunt. Iosephus de bel. Iud. lib. 7. cap. 6. 7. 8. 11. Ierusalem deuastata est, templum succensum & combustum, & omnis politia Iudæorum abrogata. Relicta est domus illorum deserta, Matt. 23. Propter impietatem suam iusto Dei iudicio Iudæi prorsus sunt excæcati: adeo ut videntes non videant, & audientes non audiant, & à regno Dei sunt exclusi, Rom. 11. Modò etiam mittit Dominus exercitus Turcarum ac Maurorum, qui affligant & vexent eos, qui Euangelium & Ecclesiam Romanam negligunt & contemnunt.

Enorme ergo peccatum est, & maxima impietas, verbum Dei, Ecclesiam catholicam Romanam, quæ verè est Apostolica, eiusque sacramenta, atq; leges diuinas, quas ipsa condidit, contemnere & exhibere. Plurima enim regna ob hanc causam iusto Dei iudicio deleta legimus in historijs, tum factis, tum prophanis. Nam Saul, quòd Samueli summo sacerdoti nõ obediret, regnum suæ posteritati amisit, 1. Reg. 15. Quantis etiam plagis in vita hac huiusmodi contemptores percusserit, tam luculenter scripturæ loquuntur, ut etiam auditu horrendũ sit. Isa. cap. 30. iubet Deus hanc eorũ impietatem scribere super buxum, quia mansura sit, atque fiet eis sicut fracturæ muri, quæ insperato ruit, & velut vas figulj, quod comminuitur, ut nec guttam aquæ, nec scintillam ignis ferre queat. Jerem. 7. cap. præcipit, ut abscissum capillum projiciat. nam dereliquit & proiecit eos. & dixit: Dic ad eos. Hæc est gens quæ non audiuit vocem Domini Dei sui, nec recepit disciplinam, &c. Regem Iudæ, scilicet Iechoniam, tam execratur, quòd verbum Domini audire noluerit, ut etiam si annulus esset in manu eius, inde tamen ablatũ projiceret, Jerem. 22. Et id genus loci non pauci sunt, quibus,

*trans sibi thesaurizat qui bonitatem Dei contemnunt.*

*Enorme peccatum, verbũ dei & Ecclesiã catholicam exhibere.*

gladium, hostes, vastationes, in edias, Iere. 39. Zach. 7. pollicetur. Porro in alia vita etiã Sodomis & viris Niuiuitis fore remissius prædicit quàm generationi huic, quod oblatum salutis nuntium suscipere noluerunt. Et Paulus apertiori sententia de his, qui non obediunt Evangelio Domini nostri Iesu Christi, pronuntiat. Qui dabunt, inquit, pœnas in interitu æternas à facie Domini, & à gloria virtutis eius, cum venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus, qui crediderunt.

Punientur & hæretici omnes, qui Evangelium Romanæ Ecclesiæ (quod est Christi) contemnunt: & falsum Lutheri Evangelium (quod est diaboli) amplectuntur, per diuinæ iustitiæ ministros, nempe, Angeli separabunt, Matt. 25. Dæmones cruciabuunt, & vt Sapiens loquitur, Sap. 5. pugnabit orbis terrarum cum eo contra insensatos. Occidentur, non iam prima, sed morte secunda, de qua Ioannes Apoc. 21. Timidis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus & veneficis, & omnibus idololâtris, & mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure, quod est mors secunda. Succendentur quoque eorum ciuitates ac ædes, & ipsi æterno igni ardebunt: quia omnem, qua confidebant, eorum munitionem infernalibus flammis exterminabit. Erit enim dies iudicij succensa quasi caminus, & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula, & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus, Malach. 4. Cui sapiens alludit, Eccles. 21. Stuppa collecta, inquit, synagoga peccantium, & consummatio eorum flamma ignis.

Tunc ait seruis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Indigni habitu sunt, quia se ipsos indignos fecerunt, quod Paulus ipsis exprobrat: Vobis, inquit, oportebat primum annuntiari regnum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis vitæ æternæ, ecce conuertimur ad Gentes.

Habemus ex hoc textu, quod promissiones Dei pluribus quidem dantur, sed in paucis implentur. Huius causa est incredulitas nostra. Sexcenta millia pugnatorum promissionem acceperant de ingredienda promissionis terra, è quibus tantum duo promissionem consecuti sunt. Quid autem obtiterit, quo minus & alij ingressi sint, manifestè patet ex libro Numer. nempe, incredulitas, quod audita verbum firmitate, &c. desperabant se posse intrare. Sic omni populo Israëlítico promissa fuit salus per Christum, sed in paucis impleta.

Deinde ex hoc textu ostenditur promissiones diuinas firmas consistere, etiam si hi quibus fiunt ab eisdem decidant. Promiserat

miserat Dauidi Christum. quum autem peccasset Dauid, ne mo non futurum æstimabat vt & Deus suam promissionem reuocaret, sed perstitit promissio. Hinc ipse Dauid, Iustificeris, inquit, in sermonibus tuis, &c. Quasi dicat, Præsta promissum tuum, nõ quia ego dignus, sed vt appareat quàm iustus, quàm verax, quàmque seruans promissi sis. Sic semini Abrahamæ promiserat salutem per Christum: illis autem Christum reiicientibus, futurum videbatur, vt & Deus promissum suum reuocaret: verum incredulitas illorum fidem Dei non euacuauit: potens est enim Deus promissa sua in quibuscunque implere. Persuaserant sibi Iudæi ad solos ipsos spectare promissiones, nec nisi in ipsis implendas. Hinc est quod toties gloriabatur se filios Abrahamæ, imò filios Dei esse, Ioan 8. sed hanc illorum confidentiam Ioannes Baptista vno verbo subruit: Potens est inquit, Deus è lapidibus istis suscitare filios Abrahamæ, Matt. 3. id quod & fecit. Suscitauit è Gentibus quouis lapide durioribus filios, in quibus in huc vsq; diem promissiones suas complet. Sic igitur illorum delicto nobis salus gentibus contigit, & illorum reiectio diuitiæ sunt Gentium. Roman. 11. Nihil minus sperabant Iudæi, quàm suas promissiones in Gentibus implendas.

Hæc nobis quoque terrorem incutiant, idque iustissimè. Promissiones quidem Dei certissimæ sunt, verum nescimus in quibus implendæ sint. videmus maiorem partem etiam Gentium à Christo abalienatam, quem tamen prius susceperat, & tamen quantumcunque ipsi à promissionibus extranei facti sunt, tamen adhuc implentur in nobis. Verum quod illis contigit, & nobis contingere potest. Si promissa sua Deus implere scit & potest, maiore mundi parte reiecta, potest & easdem implere, Germania, Anglia, Francia reiecta. Semper igitur hæc Apostoli sententia attendenda, Rom. 11. Nolito altum sapere, sed time. Si enim naturalibus ramis non peperit, ne fortè nec tibi parcat.

Vide igitur hic bonitatem Dei. Nuptiæ, inquit, paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Si nos ipsos attēdamus, nemo nostrum dignus est hac gratia: sola enim misericordia Dei hic locum habet, non nostra dignitas: nihilominus tamen Deus dignos iudicat eos, qui grati sunt, qui credunt, qui ab ipso pendunt. Hi enim omnibus bonis digni à Deo estimantur: e contra indignos sua gratia iudicat, qui ingrati sunt, qui oblatam gratiam respuunt, qui promissis non credunt. Hinc Paulus Iudæis, Vos ipsos, inquit, indignos facitis vitæ æternæ, quos Deus dignos iudicat, quibus primò prædicaretur propter fidem Patrum.

4 Quartò continet hæc parabola vocationem Gentium. Rex

confidunt, etsi hi quibus fiunt ab eisdem decidant. Psalm. 50.

Iudeorum reiectio, diuitiæ sunt Gentium.

Act. 13.



Vocatio  
Gentium.

Matth. 10.

Deus nemi  
nē abijcit,  
nisi prius  
ab eo ab-  
iectus.

Exitus vi-  
arū, gētes.

Magna cō-  
solatio pec-  
catoribus,  
Deum ne-  
minem re-  
ijcere pro-  
pter pecca-  
ta præteri-  
ta, modò  
ad præsen-  
tem voca-  
tionem ex-  
pergiscatur  
Cantic. 1.

Mali &  
boni sunt  
in ecclesia.  
Ecclesia  
agro cūpa-  
ratur, imò  
area est.  
Matth. 13.

enim ait seruis suis, Ite ad exitus viarum, & quoscunq; inueneritis, vocate ad nuptias. Hoc impletum est, quum dixit, Marc. 16. Ite in mundū vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ, &c. Hanc profectò formam vocandi, quam Deus pater olim, & ipse Dei filius obseruauit. Mittens enim primo discipulos, dixit, In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: sed ite potius ad oues quæ perierunt domus Israel. Verum vbi hi regnum Dei, & regales nuptias sua-pte malitia despexerunt, iam in omnem terram missi, & omnes gentes docere iussi sunt, Matth. 28. vt ostendat se neminem abijcere, nisi prius ab eo fuerit abiectus. Et reuera tanta fuit erga Iudaicam plebem longanimitas, vt gentium misereri nollet, donec ipsa misericordiam abiectisset, quod diffusè docet Paulus, Rom. 11.

Per exitus viarum intelligit gentes, quæ liberè sub cælo vivebant in idololatrijs, cæterisq; flagitijs, nec erant certis legibus aut cultui astrictæ, sicut Iudæi. Quam inordinata, quam confusa fuerit gentilitas, quot illic viæ, lectæ, errores, superstitiones, mores & linguæ, cum sacra, tum prophana testantur volumina, Rom. 1. Ephes. 4.

Magnam consolationem hæc verba præbent peccatoribus, quod neminem reijcit propter peccata præterita, dummodo ad præsentem vocationem expurgiscatur. In Luca additur, Cæcos & claudos introduc huc. Nihil enim sanum, nihil non cæcum & claudum inter gentes erat: id quod Paulus manifestè declarat Rom. 1. Mutauerunt, inquit, gloriam Dei, &c. ideo tradidit eos in reprobum sensum, &c. Sic itaque ad nos venerunt Apostoli, denuntiantes & nobis ea quæ Iudæis nuntiare iussi erant, nempe, Ecce prandium meum parauit, &c. His verbis, his promissionibus, hoc euangelio nos illexerunt, vt sequeremur. Sequimur & hodie, & currimus in odore horum vnguentorum, clamantes cum sponsa, Trahe me post te: gratias agentes cum Psalm. 21. Parasti nobis mensam aduersus omnes qui tribulant nos. Sic igitur impletæ sunt nuptiæ discumbentium, satisfactum est voluntati regis, non perierunt impensæ, non frustra passus est Christus. Sunt enim qui ardèter ea suscipiunt sed non omnes. Audi enim quod sequitur:

Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos & bonos. Per malos & bonos, intelligit omnes homines, fideles & infideles. habet enim ecclesia suos peccatores, quos ratione bonæ fidei, vocat bonos, quamuis propter peccata sint mali. Ecclesia præsens agro comparatur, in quo plura zizania inter triticum videntur, tempore messis in ignem conijcienda: imò area est ecclesia, in qua nedum grana, sed & paleæ sunt, sed tandem vtilibro purgabitur area, Mat. 3. Interim sic cōmixta sunt,

sunt, vt discerni ab inuicem nequeant, imò nonnunquam, & impij primum locum tenent, ac specie sanctitatis decipiunt. Hinc Gregorius admonet, d. Si boni estis quandiu in hac vita subsistitis, æquanimiter tolerate malos: nam quisquis malos non tolerat, ipse sibi per intolerantiam testis est, quia bonus non est. Terrere autem nos non debet, quòd in Ecclesia multi mali & pauci boni, quia lata via quæ ducit ad perditionem, & multi qui ambulant per eam.

Rex ingressus est, vt videret discumbentes. Vbi omnes discubuerint, id est, quum omnes astiterint ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; quod gessit in corpore, siue bonum, siue malum. 2. Corinth. 5. Intrabit Rex omnium conscientias rimaturus. Tunc enim illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, 1. Cor. 4. tunc discernetur fatuæ virgines à prudentibus, seruus impius à fidei, veri Christiani ab hypocritis.

Vidit illic hominem non vestitum veste nuptiali. Vnum exprimes, omnes reprobos, qui sub Christiano nomine, de hac Ecclesia ad examen Ecclesiæ veniunt, intelligit. Vestem enim nuptialem non habent, qui byssina, quæ sunt iustificationes sanctorum, Apoc. 19. non adferunt: qui nudo nomine, non vita, non merito hominis Christiani, nuptiarum gaudia petunt. Quemadmodum enim quondam populum suum corporali veste præcepit à non populo fore distinctum, Numer. 15. ita spirituali cultu quodam electos à non electis fecernit. Vnde Isa. 61. Dabit, ait Dominus, opus eorū in veritate, & fœdus perpetuum faciam eis, & scierur in Genibus semen eorum, & germen eorum in medio populorum. Omnes qui viderint eos, cognoscent illos, quia sunt semen cui benedixit Dominus. Et reuera vehementer hic dolendum, & ibi horrèdum est, de homine Christiano, quem nullus pietatis cultus à non Christiano discernit. Monet ergo Salomon Eccles. 9. Omni tempore, inquit, sint vestimenta tua candida. Paulus quoque haudquaquam arbitrat nos ad immortalitatis gloriæ stolam pertingere, nisi hic fuerimus vestiti, & non inueniamur nudi, 2. Corinth. 5. Et de suo aduentu Dominus ait, Ecce, venio sicut fur: Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua: ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius.

Hominem igitur tali veste non amictum, interrogat rex, & ait illi, Amice, quomodo hæc intraisti, non habens vestem nuptialem? q. d. Ego quidè verum amicū egi, req; è tenebris vocaui. Tu autem specie quidem amicū simulasti, quum reuera hostis sis & aduersarius: quomodo igitur ausus fuisti intrare? Nescis conuiuium hoc, non canibus, sed filijs preparatū esse? Nonne veritus es indignationē meam? Nescis quod ultionum Dominus sim, qui

Mali in  
hac vita  
tolerandi.  
Matth. 7.

Matth. 25.

Vestem nu-  
ptialem nō  
habent qui  
nudo nomi-  
ne, nō vita  
Christiana  
nuptiarum  
gaudia pe-  
tunt.

Apoc. 16.

Psal. 93.  
qui

Psal. 49.

qui reddo retributionem superbis? Existimasti inique, quod ero tibi similis: Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos: sedēs aduersus fratrem tuum, &c. Arguam te, & statuam contra faciem tuam, vt videas lucernam tuam extinguī. Dura profectō hęc Dei sententia. Vnde protinus exclamat, Intelligite hęc qui obliuiscimini Deum, &c. Nam interrogabit falsos Christianos qua temeritate cęlorum gaudia præstolentur, qui nullis fuere iustitię vestimentis redimiti.

*Cogitandū  
Deū nobis  
etiamnum  
dicere, Amice  
quomodo huc  
intraſti,  
&c.*

Hoc itaq; verbum semper mente versemus, & quoties conscientia nos remordet, cogitemus nobis dicere Deum, Amice, quomodo huc intraſti? &c. quomodo audes te Christianum dicere, qui nihil cum Christo commune habes? quomodo audes oculos in cęlum leuare, qui Dominum cęli blasphemās? quomodo speras misericordiam, quam non præstas proximo? quomodo bonis Dei vteris, qui tam seuerus es erga pauperes? quomodo potes gaudere te esse membrum Ecclesię numero, quum non sis merito? quomodo pastorem te dicis, qui nihil pastoris agis? &c. Quoties ergo vox hęc mentibus nostris incidit, ne cessemus per pœnitentiam & confessionem peccata nostra regere: hic enim remedij locus est, illic non erit, Luc. 16.

*Iudicij die  
nō erit nec  
excusatio-  
nis, nec ve-  
nię locus.*

Ioan. 9. Vnde subditur, *At ille obmutuit.* Nec excusauit, nec veniam orauit, nulla enim illic excusatio proderit, sed nec venię locus erit, aut tempus; nulla quoque ibi palliatio aut tergiuersatio erit: & vt Iob 9. loquitur: Si voluerit homo contendere cum Deo, nō poterit ei respondere vnum pro mille. Ipsa enim conscientia testimonium perhibente cōtra pseudochristianos, quod respondeant, non habebūt, Rom. 2. Quid igitur nisi sententiam damnationis expectare possunt, quibus omnis excusatio adempta est, nec spes impetrandę venię? verē vt ignis exardescet ira eius. Vnde subditur:

Psal. 88.

*Sententię  
reprobōrū  
durissima.*

*Dixit rex ministris, Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores.* Verē durissima sententia. Manus ligatur, quia posthac nullum opus erit iustitię. Ligantur pedes, quia remeare ad vitam, de qua profecti sunt, non poterunt: chaos enim magnum inter electos & reprobos obfirmatum est, Luc. 16. Quasi ergo dicat, Ligate illi manus, ne possit vltius salutem suam operari. venit enim hora qua nemo operari potest. Ligate illi pedes, vt pœnam effugere non possit. Quid relinquitur misero, quando nec bona facere, nec mala effugere potest? Proijcite, inquit, eum à cętu sanctorum, quorum præsidio hætenus stetit in tenebras exteriores. Tenebras internās spontē elegit, tenebras externas inuitus sustineat. Proijcite in tenebras, vbi nec Deum nec saluatorem videat. Exteriores tenebrę ipsa sunt reprobōrum supplicia, de quibus Apocal. 16. agitur, Vidit Ioānes quintū angelum effundere phialam suam super

*Exteriores  
tenebrę,  
reprobōrū  
sunt sup-  
plicia.*

super sedem bestię, & factum est regnum eius tenebrosum, & commanducauerunt linguas suas præ dolore, & blasphemaerunt Deum cęli, præ doloribus & vulneribus suis, & non egerunt pœnitentiam ex operibus suis. Subinfert ergo, *Ibi erit fletus & stridor dentium*: hoc est, interna & externa iustitia & pœna. Congruē autem flebit illic, qui hic non fleuit: stridebit, qui hic ad Deum corde valido non clamauit. Hęc sententia contra impios, à qua nemo eos liberabit; nec quisquam amplius eis miserebitur. Sic enim Iob ait 24. Obluiscuntur eius misericordes, nemo vnquam eius recordabitur.

Singula verba grauitatem iudicij præ se ferunt. Primò, solutas habuit manus, quibus potuisset operari salutem, aderat & tempus & facultas, clementer inuitabat Deus, sed neglexit. Ligentur ergo ei manus, vt amplius operari non possit. venit enim nox, quando operari nemo potest, Ioan. 9. Pedes habebat solutos, quibus effugere potuisset iudicium diuinum: iuxta illud Ioan. 3. Qui credit in me, non iudicatur: sed quia contempsit, ligentur ei pedes, ne vnquam possit euadere pœnam. Inter electos solo nomine conuersatus est, eijciatur ab eis: immitis fuit erga omnes, obliuiscantur nunc eius & misericordes, Iob 24. Aderat lux, sed dilexit tenebras magis quàm lucē, Ioan. 1. Eijciatur igitur in tenebras exteriores, vbi in eternum non videat lumen, Psalm. 28. Noluit lugere vbi luctus salubris erat; post luctum, consolatio futura: lugeat in sempiternum. Noluit contremiscere ad verbum Dei, contremiscat in perpetuum & sine fructu. En in hunc modum exardescet ira Dei, quam extinguere nemo poterit. Felices qui nūc ad hęc audita contremiscunt ad pœnitentiam: hi enim ab auditione hac mala non timebunt.

Per ministros quoque possunt intelligi Sacerdotes, quibus Christus mandat, vt ligent manus & pedes ijs qui charitatem non habuerint.

Per manus intelligi possunt opera, quę, quando fiunt sine charitate, non sunt meritoria vitę æternę.

Per pedes intelligi possunt affectus animi: qui, quando sumus in peccato mortali, non ambulat ad vitam cęlorum: sed ligati, manent, vel festinant ad infernum.

Per tenebras exteriores, possumus intelligere priuationem gratię, quam participant qui sunt in charitate.

Per fletum & stridorem dentium, intelligere possumus fletus & gemitus, quos fundunt vel fundere debent qui sunt in peccatis, qui sunt ligati, quorum opera & affectus nihil valent.

Spiritualis sensus huius parabolę est, Quod quum Iudzi vocati ad Christū per se tem venire noluerunt, quin Ieremiam lapidibus, & Isaiam serra occiderunt, ipsumq; Christum cruci affixe-

*Singula  
verba gra-  
uitatē iu-  
dicij præ se  
ferunt.*

Psal. 111.

*Spiritualis  
huius pa-  
rabolę sen-  
sus.*



affixerunt: misit Deus seruos suos, id est, Apostolos ad exitus viarum, ad Gentes quæ sedebat, non in via salutis, sed in exitu, hoc est, extra viam, errantes in suis idololatrijs & superstitionibus: & iussit ut tum bonos, hoc est, qui boni videbantur, tum malos ad conuiuium Ecclesiæ vocarent, vocati venerunt quamplurimi: quod ex Actis Apostolicis, & ex Euangelicis historijs deprehendimus;

Quod quemadmodum nolentes venire ad fidem, & conuiuium Euangelij seuerè & acerbè plectitur: ita venientes & accumbentes indecenter atque indignè, iusta animaduersione castigat: Non sunt conuiuæ digni qui solam fidem habent, sed qui charitate vestiti mensam accedunt. ligatis manibus & pedibus damnabuntur qui solam fidem attulerint.

*Peccatum ligat manus & pedes animæ Tenebræ interiores et exteriores quæ.*

Quod peccatum ligat pedes ac manus animæ, ne ad Deum per poenitentiam venire possit, nec aliquid quod æternam vitam promereatur, operetur.

Priuatio gratiæ, & exclusio ab vnione gratiæ, tenebræ interiores dicuntur, ad differentiam tenebrarum exteriorum. Exteriores enim tenebræ illæ dicuntur, vbi nulla est gratia, nulla lux esse potest.

Dicit illic fore fletum & stridorem dentium: quia qui sunt in peccato, debent hic flere vel in futuro seculo. Ita Dauid Psal. 6. ita Magdalena, Luc. 7. ita Petrus Matth. 26. ita Manasses, ita omnes verè poenitentes flent, quoadusque consequantur lucem gratiæ & gloriæ.

*Sententia vehemèter dura.*

Concludit ergo Christus parabolam dura vehementer sententia, dicens, *Multi sunt vocati, pauci verò electi.* Est sanè innumeralis gloriantium de Christo nomine multitudo, sed quàm pauci ad Christum pertineant, & hic in multis vita reproba docet, & in futuro Domini iudicium apertius declarabit. Et quamuis nemo vocatorum diffidere debeat, nemo tamè etiam præsumat. Stas fide, ait Paulus, Noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè nec tibi parcat. Cum metu ergo & tremore nostram salutem operemur, ut vocationem nostram per opera bona firmam reddamus, 2. Petri primo. Et quò pauciores audiuius saluandos, eò magis curandum & inuigilandum, ut & nos inter illos paucos inueniamur. Hoc enim faciunt & hi qui in stadio currunt: eò quidem fortius quilibet eorum currit, quo certius scit, quòd vnus solus accepturus sit brauium, primæ Corin. 9. Sic nobis quoque faciendum. Hunc igitur in finem hæc parabola posita est.

*Simile.*

#### EPILOGVS.

1. Parabola hæc sicut & quæ præcedit de vinea, longanimitatem, prouidentiam Dei erga Iudeos summā, et eorum in Deū ingratiitudinem significat,

scat, electionem quoque ipsorum, & vocationem Gentium. Quæ viuendi disciplina esse debeat, & quàm acerbæ pœna negligentes maneat.

2. Quomodo verò inuitat, non ad labores, afflictiones & sudores, sed ad nuptias, ad delicias. Tauri enim mei, inquit, & altilia occisa sunt, & omnia per Christum parata. Ipsi verò negligentes non venerunt, quare sunt inexcusabiles.

3. Docet autem parabola, nihil tam necessarium esse posse, quin spiritualia sint preferenda.

#### DOMINICA VIGESIMA PRIMA

POST TRINITATEM,

EPISTOLA.

**F**ratres, confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius: induite *Eph. 6.* armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli: quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cælestibus: propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfectè stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induiti lorica iustitiæ, & calceati pedes in præparatione Euangelij pacis: in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei.

**I**N hac Epistola diuus Paulus facit tria. 1. Primò indicat *Satanas a-* quàm acrem & infestum hostem habeamus in satana: qui est *cris & infe-* mirus artifex, in nocendo crudelissimus, in insidiando instru- *stus nobis* ctissimus, spiritus impurissimus, homicida pessimus, mendaciis *hostis.* plenissimus, vitæ & veritatis hostis acerrimus, omnis politiæ & diuini cultus, imò omnium hominum pestis maxima, quòque facilius nos opprimere queat, copias auxiliares accersit, scilicet mundum & carnem.

Est autem mundus, regnum satanæ, paradus voluptatis, *Mundus a-* spelunca latronum, officina mendaciorum, imò bellua, quæ va- *quid.* riis modis in nos sæuit per suos coniuratos hypocritas, hæreticos, pseudodoctores, sectarum authores, tyrannos & impios homines, qui neque Deum, neque homines curant: sed labuntur hic in reprobum sensum, & post hanc vitam, si non resu- *Iob. 21.* puerint, in supplicium æternum.

Est autem caro, Adami proles, homo plenus peccatis; superbia, auaritia, luxuria, inuidia, infidelitate, cupiditatibus prauis, affectibus turpibus, & cunctis flagitiis. Ad hanc carnem *Caro quid.* vincendam, ad satanam superandum, & ad mundum conculcandum, necessum est nos aliunde vires quærere, quum ex nobis non habeamus, d. cum Iosaphat, 2. Paral. 20. In nobis non est, &c.

Docet

*Arma Christi-  
anae mi-  
litie viref-  
q; vnde ex  
spectanda.*

Docet autem Paulus Ephesios, & in ipsis omnes Christianos, vnde sint nobis expectandæ vires, quando ait, *Fratres cõfortamini in Domino, et in potẽtia virtutis eius. Induite vos armaturã Dei.* Oportet enim militem Christianum disciplinæ militari esse deditum & ab omnibus esse temperantem. Simile dixit Dominus olim ad Iosue, cap. 1. Confortare & esto robustus, animans eundem ad inuadendum terram promissam. Hanc armaturam expertus erat in se Paulus: & quia inuenerat se fortissimum contra satanam & omnem diaboli potestatem, ideò exhortatur Paulus Ephesios, ne in grauissimo illo certamine, quod ipsis imminet cum hereticis, in sua, sed in Domini virtute & potentia speret, qua procul dubio vincet. In nomine inquit, meo dæmonia eijciẽt, serpentes tollent, &c. Marc. 16. Nõ ergo animũ despondeamus quando hostes nos inuadunt, sed pulsemus, petamus, & quæramus, d. cum S. Iob, Pone me Domine iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Agonothetes noster nobis præsto est, sufficietque omnia quæ nobis deesse cognouerit. Hinc Ieremias cap. 20. ait, Dominus mecum est tanquam bellator fortis: ideò qui me persequuntur, cadent & infirmi erunt.

*Iob 17.*

*Discrimen  
inter virtu-  
tem diuinã  
et humanã  
quomodo  
intelligen-  
dum.*

Porrò quantum discriminis sit inter virtutem humanam & diuinam, facile intelligent qui vitã quam traduxerunt in peccatis mortalibus, cum illa quam in gratia agunt, contulerint. Nam quando seruiunt peccatis, vincuntur à satana, mundo & carne, Ioan. 8. 2. Pet. 1. Quando autem seruiunt spiritui, ita cõfortantur per Christum, vt vincant satanam, mundũ & carnẽ. Abiicienda ergo sunt opera tenebrarum, & induenda arma lucis, Rom. 13. Exemplo Dauid qui abiectis Saulis armis, in baculo & funda cum quinque lapidibus, in nomine Domini strauit Goliath Philistæum, 1. Reg. 17.

*Quare vni-  
uersitas ar-  
morũ Dei  
induenda.  
Versutia  
fraudesque  
hereticorũ,  
insidia dia-  
boli.*

Quando tanta est, inquit Apostolus, inimicorum potentia, induite vos Christiani armaturã Dei. Græca vox πανοπλια exactius exprimit mẽtem Paul. ait enim, Induite vos vniuersitatem amorum Dei. Panoplia ea quænam sit, infra dicitur. Sed quare debebant Christiani illius temporis vniuersitatem armorum induere? Vt, inquit, possitis stare aduersus insidias diaboli, quas vobis molitur per Simonem, Mæandrum, Basilidem, Gnosticos, aliosque hæreticos. Vocat autem Paulus insidias diaboli, hæreticorum illorũ multimoda ingenia, dolos, fraudes versutias: quibus mediis satanas sollicitè procurabat pervertere Ephesios. Lubricus ille serpens mille mæandris fideles circuit, & quo leonina pellis nequit peruenire, ibi de vulpina cogitatur. Nusquam adeò est periculosus, atque in hærescon tentamine. Hæreticorũ imposturas Evangelicam veritatem esse, nititur persuadere. de quibus ait 2. Corint. 11. Nam cuiusmodi inquit

inquit, pseudoapostoli sunt operarij subdoli, trãsfigurantes se in apostolos Christi. Et non mirum: ipse enim satanas transfiguratur se in angelum lucis. non est ergo mirum si ministri eius transfigurẽtur velut ministri iustitiæ, quorum finis erit secundum opera ipsorum. Hinc ad Ephes. 4. monet, vt non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris, sed vt veritatem facientes in charitate crescamus in illum per omnia, qui est caput Christus.

Conuenit maximè hominibus nostri seculi hæc exhortatio, quando tot sunt serui diaboli, tot praua ingenia, tot fraudes, quibus ipse conatur veros Christianos seducere atque pervertere. Sic vitia virtutes esse mentitur. Superbiam enim superflui vel curiosi ornatus honestatem vocat, auaritiam prouidentiam appellat, vsuram reipublicæ dicit vtilitatem, crudelitatem in sui vltione iustitiæ zelum nominat. Pigririam & ignauiam vult haberi pro maturitate, pertinaciam esse animi constantiam defendit. Prodigalitatẽ, munificentiam, ac nobilis animi largitatẽ; pusillanimitatẽ mentitur esse humilitatẽ. Sortilegam vetulam nefarijs intentam superstitionibus, vult mulierem sapientem ac veridicam. sic & maleficum simili fuculo excusat, luxuriam dicit esse naturalem inclinationem, fraudem & mendacia in emendo atque vendendo esse artem vtilem defendit. Sic hypocrisis pro sanctitate, loquacitatẽ, & simplicium hominum derisionem pro iucunditate vult haberi, &c. Contra eas fraudes Christus quoque ipse nos vult prudentes: Estote, inquit, prudentes sicut serpentes & simplices sicut columbæ.

2 Secundo ostendit qui sint hostes, cõtra quos debeamus nos munire, & quanta sit eorum potentia ac robur, quum ait, *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes, potestates mundi, rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitie in cœlestibus.* Quasi dicat, hostes nostri sunt spiritus, qui non possunt profligari gladijs, cuspidibus, aut bombarbis, nec quærunt pecuniam nostram, opes nostras, aut externa bona, sed insidiantur & exitium machinantur corpori nostro, vitæ nostræ, carni & sanguini, medullis, spiritibus & animabus nostris, vt in hoc bello sit aut vincendum aut moriendum. proposita illinc cœlestis gloria, hinc gehennæ supplicia.

Attendant hæc qui satanam aiunt adeo horribilem non esse atque pingitur: dicunt sacerdotes finxisse satanæ iram & potentiam, sed audiant miseri quales & quantos Apostolus hostes nostros describat. Negat esse carnem & sanguinem, hoc est, fragiles & debiles, sed fortes atque robustissimos. Nam eam potentiam quam habent natura, non amiserunt culpa, quanquam

*Exhortatio  
hæc nostro  
seculo ma-  
ximè con-  
ueniens.  
Diabolus  
vitia vir-  
tutes esse  
mentitur.*

*Hostes no-  
stri qui, &  
quanta eo-  
rum poten-  
tia.*

*Hostes no-  
stri quales  
& quanti.*



non habent copiam ea vtendi, Iob. 41. Non est super terram potestas que compareretur ei, quasi factus est vt nullum timeret. Aspice & basiliscus est, leo & draco est, Psal. 90. 1. Pet. 5.

Quare vocantur principes & potestates.

Vocantur autem principes & potestates, quia stipati sunt potentissimo exercitu. Iob. 41. Omne sublime videt, ipse est rex super omnes filios superbiæ.

Quare mundi rectores tenebrarum harum.

Vocantur mundi rectores tenebrarum harum, quia regunt homines mundanos, & mundo deditos, quos scriptura vocat tenebras. Ephes. 4. Eratis, inquit, aliquando tenebræ. Idcirco adiecit articulum, *Harum*, id est, harum tenebrarum, infidelitatis scilicet atque erroris. Vnde Augustinus dicit, Quoties mundi nomen in mala significatione sumitur, non ostendit nisi mundi amatores, iuxta illud Ioan. 15. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit, &c. Mundus totus in maligno positus est.

1. Ioan. 5.

Quare spiritualia nequitie.

Vocantur spiritualia nequitie, quia ipsi habent longam rerum experientiam, optimè callentes quali via quemq; aggredi debeant. Est enim satan omnis malitiae doctor & author. Hinc dæmon dicitur, id est, sciens. Pater mendacij est, homicida ab initio, atque adeo author mortis.

Ioan. 8.

Sap. 2.

Dæmones habitant in aere.

Addit, *In caelestibus*: quia dæmones habitant in aere, qui illorum est plenissimus: neque sunt omnes ad tartara detrusi, teste Hieronymo, qui ait: Omnium doctorum opinio est, quod aer iste qui cælum & terram medius diuidens, inane vocatur, plenus sit contrarijs fortitudinibus, sicut clarè patet Apoc. 12. Sed quamuis sint in aere, habent illic suum cruciatum. Non possumus ergo hereditatem illam adire, nisi per medias hostium nostrorum phalangas viam nobis virtute fecerimus. Non licuit filijs Israel promissam sibi à Deo possidere terram, nisi postquam prælijs & laboribus multis, hostibus superiores euassent. Sic igitur & nos viriliter pugnare oportet, vt ad pascua vitæ æternæ liberi pertransire possimus: quia Apostolo teste, nemo coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Pro iustitia agonizare, pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia, ait Ecclesiast. quarto capite.

2. Tim. 2.

Concio militaris, qua incitantur Christiani vt in armis sint.

3 Tertiò docet quibus armis induti possimus illis resistere. Primo, cõcione militari, qui excitat & inflamat Christianos vt sint in armis, & contra hostem fortiter pugnent, dicens, *Accipite armaturam dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus periculis stare.* Quasi dicat, Si non quesieritis à Domino Iesu Christo vires, & ab eodem acceperitis arma, non poteritis stare contra tam potentem & truculentum hostem, qui non intelligitis quanta sit eius potentia, fortitudo, astutia, malitia, & ferocitas. Vt arma in vsum nostrum accommodemus, ne relinquamus ea de ligno ad parietem suspensa. Porro si honor est accipere en-

sem

sem, & arma bellica à rege mundi, quanto magis à Rege cæli? Sunt autem arma Christianorum omnes virtutes, quibus non tantum vincere poterimus diabolum, verumetiam erimus toti inferno formidini & terrori, ac tandem vitam nobis comparabimus æternam. Arma militiæ nostræ, inquit Apostolus 2. Corinth. 10. non sunt carnalia, sed spiritualia, potentia Deo ad destructionem inimicorum.

Arma Christianorum, virtutes.

Secundo, ex armario suo profert vera arma contra satanam, nempe, baltheum veritatis, dum ait, *State succincti lumbos vestros in veritate.* Quod significat diligentiam & præparationem, quam Christiani debent adhibere in sua vita instituenda, in deuitandis peccatis, vincendisque & agnoscendis tentationibus diaboli. Quod facile fiet, si in conuersatione sancta, & viuâ fide totam exegerint vitam, iuxta illud Luc. 12. Sint lumbi vestri præcincti, etc.

State succincti lumbis, quid significet.

Consequenter profert thoracem iustitiæ, dum ait, *Induti loriam iustitiæ:* significans quòd fideles debeant se munire aduersus hæreses: primum veritate fidei, velut baltheo: deinde iustitia, teste Chrysostomo, velut thorace aut lorica. Sicut lorica multis contexitur armillis vel fibulis, ita vera iustitia & Christiana nõ vna tantum, sed multis virtutibus constat. Est autem locus dignissimus consideratione: nam multis hodie magna causa ruinæ in hæresim est mala vita. Qua de causa alio in loco diligenter admonuit, dicens, *Sitis sine querela, & simplices filij Dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucete sicut luminaria in mundo, &c.* Philip. 2. & 1. Pet. 2. Habete, inquit, conuersationem vestram inter gentes bonam, vt in eo quod detrectat de vobis tanquam malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis.

Quid significet induitum esse lorica iustitiæ, Simile.

Mala vita multis causis in hæresim.

Calceos pacis, dum ait, *Calceati pedes in preparationem Euangelij pacis.* Quod significat, Sicut calceati pedes magna cum fiducia ambulant, ita Euangelici concionatores intrepido animo debent esse parati ad prædicandum Euangelium pacis. Dicitur autem doctrina Christi Euangelium pacis, quia docet fideles idem sapere, idemque sentire, non diuersa nec contraria. Antichristi autem sunt, qui sua doctrina, schismata & sectas faciunt: vel qui annuntiant pacem factam cum Deo & homine, Lucæ secundo: Euangelium pacis minimè ergo suppressendum. Vt ait Apostolus, mihi, si non prædicauero. Pedes Euangelium pacis pronuntiantium pulchri esse dicuntur apud Isaiam capite quinquagesimo secundo.

Simile.

Doctrina Christi quare euangelij pacis dicatur.

1. Cor. 9. 1. Thess 5. Sumere

Scutum fidei, dum ait, *In omnibus sumentes scutum fidei:* significans in omnibus prælijs cum diabolo committendis nos debere scuto fidei viuæ tegi ac muniri. Nam sicut clypeus non

scutum fidei, quid significet. Simile.

*iratus.  
Fides Ec-  
clesia fun-  
damentum,  
& murus.  
I. cap. 5.*

*Psal. 118.*

*Isa. 59.  
Ut galea  
corpus, ita  
spes Chri-  
stiani ani-  
mum mu-  
nit.*

*Serpēs imi-  
tandus in  
quo.*

*Causa no-  
stri belli*

*salus vita-  
e; aeterna.*

*Gladius  
spiritualis,  
verbū dei.*

tantum defendit caput, verum & alia membra illesa conseruat: ita fides vera non tantum animum fortiter munit ac defendit, verum etiam alias virtutes stabilis. Fides fundamentum sic est nostrae religionis, vt etiam locum habeat per totum edificium. Quicquid enim sine fide fit, peccatum est. Fides est Ecclesiae & fundamentum & murus. Est item in Ecclesia instrumentum quo repelluntur iacula hostis ignea ab hoste immissa. Haec est, inquit beatus Ioannes, victoria nostra, quae vincit mundum. Hinc Venus & Cupido ignea iacula torquent, illinc intentans animo faces Erynnis, inde spiritus erroris perflat aures tuas. Quicquid id est telorum, facile repuleris, si verbum Dei frequenter audieris, & fidei virtute munitus fueris. Clemens lib. 5. dicit, fidem iudicij extremi nos presentissimè à peccatis absterere: Fides item retributionis omnium bonorum eandem virtutem habet. Spe siquidem messis arat arator. Dilexi, ait Psal. mandata tua, propter retributionem. vide etiam ad Heb. 11.

Galeam salutis dum ait, *Galeam salutis assumite*. Quod significat, *Quemadmodum galea* (quae vnicum est in re militari vitæ humanæ praesidium) caput defendit: ita spes Christiani animum ita munit, vt spe victoriæ, & vitæ illius aeternæ consequendæ, omnes ictus diaboli in fracto toleret animo. Sensus ergo est, Sic praelium committatis vt saluemini. Habeat quisque suæ salutis rationem, & imiterur serpentes, quorum praecipua est cura custodiendi capitis, hoc est, vitæ. Salus namque & vita aeterna est totius nostri belli praecipua causa. Huic nostræ salutis diabolus inuidet, cupitque vt eam amittamus. Sic ergo galeati pugnemus, vt vincamus, & sic curramus, vt brauium apprehendamus.

Postremo ex eodè suo armario Apostolus profert gladium spiritus, dum ait, *Et gladium spiritus assumite, quod est verbum dei*, quod significat gladium spiritualè: nam illud quod habet Paulus, Gladium spiritus, est phrasia Hebræa. Est autè hic gladius, interprete Spiritu sancto, verbum Dei. Hoc gladio vsus est Christus contra dæmonem, apud Matth. cap. 4. idque non semel aut iterum, sed ad omnem congressum. Huius gladij postmodum mentionem fecit apud eundem Euangelistam cap. 10. dicens, Nolite abitrari quia pacem venerim mittere in terram, sed gladium. veni enim separare hominè aduersus patrè suum, & filiam aduersus matrè suam, &c. De eodem gladio ait Paulus Heb. 4. Viuus est, inquit, sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, &c. Vramur & nos hoc gladio aduersus mundi huius principem, eiusque nuntios, satellitesve, & nullus cacodæmon cum vniuerso suo satellitio nobis incommodarit hisce sex armis munitis, sed victoriam adipiscemur, quam nobis largiri dignetur Christus Iesus. Amen.

EPI-

## EPILOGVS.

- 1 Propugnatores Iesu, qui suos non deserit nec derelinquit, fortes sunt, potentes ac robusti Christiani. Omnia possum, inquit, Apostolus, in eo qui me confortat, Philip. 4. Christiani fortes vnde.
- 2 Armatura Christianorum & panoplia contra demones, & horum organa impios homines, veritas, balthemus: thorax, innocentia & iustitia: ocreæ, puri affectus nihil appetentes nisi caelestia: scutum, fides: galea, vigilans animus: & gladius, sermo Euangelicus. Armature Christianorum.
- 3 Ab hoc loco quicquid est spiritualium armorum petendum est, vt vndique muniti aduersus aduersus diaboli stare possimus. Rom. 16.

## DOMINICA EADEM

## EVANGELIUM.

**I**n illo tempore, erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharna. Ioan. 4.  
Hic quum audisset quia Iesus adueniret à Iudæa in Galileam, abiit ad eum, & rogabat vt descenderet, & sanaret filium eius, incipiebat enim mori. Dixit ergo Iesus ad eum, Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum regulus, Domine, descende priusquam moriatur filius meus. Dicit ei Iesus Vade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quem dixit ei Iesus, & ibat. Iam autem eo descendente, serui occurrerunt & nuntiauerunt dicentes, Quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerat. Et dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater quia in illa hora erat, in qua dixit ei Iesus, Filius tuus viuit. Et credidit ipse, & domus eius tota.

**H**oc Euangelium indicat initium, progressum, & finem fidei dei, quomodo scilicet sumat exordium & initium, quomodo crescat & augeatur, & quomodo perfecta reddatur. Nam et finis proficit in homine est infantia, iuuentus, & senectus: & in arboribus & herbis sunt incrementa, & vis alens, cuius motu vigescunt, frondescunt, & germinant, & semina terræ mandata non statim maturescunt, sed primo erumpit herba pubescens, deinde nascitur culmus, deinde arista, postea gramen & fructus: sic fides primo diuinitus seminatur per caelestem illuminationem intellectui factam, ita vt ex verbo Dei quidem seorsum diuinum concipiatur. Postea exerit sese scripturis, ac miraculis roboratur, deinde fides docet omnipotentiam Dei & seueritatem, docet orare, oratione meretur gratiam bene operandi, ac impetrat charitatem, qua ipsa fides perficitur, beneque ac meritorie per charitatem operatur. Haec fides impetrat, non meretur iustificationem. Augustinus, Vbi fides impetrauerit charitatem ac iustificationem, tunc incipit vitam bonam agere, incipit proferre fructus charitatis, scilicet deponere timorem seruile, Deo firmiter fidere, per charitatem bene & meritorie operari. Ex his operibus concipit spem, proximum diligit, charitatis opera ei

*August. e-  
pist. 106.*



impedit, omni studio carnem frænât, & affectus reprimât. Fitq; noua creatura, non vno tempore & simul, sed toto tempore vitæ dum spirat homo. Ob hanc nimirum causam quosdam in Ecclesia dedit Apostolos, &c. ad cõsummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: vt iam non simus paruuli, fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris: veritatem autem facientes in charitate, crescimus in illo per omnia, qui est caput Christus, & cetera.

*Ephef. 4.*

*Fides Reguli pueri-  
lis cum iret  
ad Christi.*

*Matth. 8.*

Sic Regulus iste prius habuit fidem puerilem, quum iret ad Christum, rogans eum vt descenderet, sanaretq; filium ipsius. Nam si non credidisset, non dixisset, Domine, descende prius quam moriatur filius meus. Prodit autem his verbis infantiam fidei suæ. Si enim solidam perfectamque fidem habuisset, dixisset cum Centurione, Tantum dic verbum, & sanabitur filius meus.

Deinde creuit eius fides, & facta est fortior, quum Christus dixit, Vade, filius tuus viuit. Nam credit suum filium posse sanari, etiam si Christus ipse non sit præsens, quod indicat verbum, Ibat. Nihil enim amplius sollicitus est: sed Dei verbo contentus, abit, & credit.

Postea confirmatur eius fides, quum occurrerunt eius serui, dicentes, Filius tuus viuit. Nam quum sciscitaretur ab eis horam in qua filius melius habuisset, & illi dixissent, Heri hora septima reliquit eum febris, credidit ipse, & domus eius tota.

*Orandus  
semper est  
Deus, vt si-  
dem con-  
feruet, con-  
firmet, per-  
ficiatque.*

1 Discimus ergo ex hoc Euangelio: Primo, Deum semper orandum, quo fidem, quam nobis semel dedit, conseruet, confirmet, & perficiat, adeo vt nihil sit in mundo, quod ab eius confessione nos dimouere possit.

2 Secundo discimus, quum fidem iam simus consequuti, feruentius orandum vt fides in nobis augeatur, & tantum crescat, vt per ipsam nos nostraque omnia Deo, sicut scriptura & Ecclesia catholica docent, committamus, quoadusque ipsa nos cum charitate viros perfectos euadere faciat.

*Orandum  
in tribula-  
tione, vt ex-  
audiamur.*

3 Tertio, discimus orandum in omni tribulatione, vt Deus & nos, & nostras exaudiat petitiones. Exemplo nobis sunt historie veteris Testamenti, & noui Testamenti, & nostri temporis ac superiorum. Nam in veteri testam. filij Israel tam præclarâ habuerunt fidem, vt non dubitauerint siccis pedibus mare transire fide confortati, & edocti, quod Deus poterat ipsos cõseruare ne submergerentur. Postea tamen inciderunt in tantâ incredulitatem, vt contra Deum murmurauerint cibi potusq; causa.

Nam

Nam Exod. 16. quum esset multitudo filiorum Israel in deserto Sin, murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen & Aaron in solitudine, dixeruntque filij Israel ad eos, Vtinam mortui essemus per manum Domini in terra Ægypti, &c. Et ob hanc diffidentiam tantas ac tot pœnas subierunt, vt de sexies centenis millibus, tantum duo venerint in terram promissam, Iosue & Caleb.

Moses ipse per fidem multa signa fecerat in Ægypto: tamen ad aquas contradictionis, ad percussam petram fides eius Num. 20. elanguit.

Idem Moses quum polliceretur Dominus se daturum populo carnes ad integrum mensem, respondit, Sexcenta millia peditum huius populi sunt: & tu dicis, Dabo eis esum carniū Num. 11. mense integro? &c.

Quum angelus Saram concepturam affirmaret, risit ipsa occultè dicens, Postquam consenui, & dominus meus verulus Genes. 18. est voluptati operam dabo?

Minister Prophetæ Elisæi panes aliquot populo proponere iussus, dicebat, Quantum est hoc, vt apponam coram centum viris? 4. Reg. 4. Ex his omnibus constat fidem tam fuisse teneram, vt in rebus vbi eius virtute opus erat, vacillauerit. Ideo est orandum, vt Deus fidem quam dedit, confirmet atque corroboret. Nam quemadmodum hi viri sanctissimi titubabant, ita & nos poterimus dubitare maiori cum incommodo animarum nostrarum.

Secundum probatur ex nouo Testamento. Nam Petrus in mari, vocatus est à Christo: in principio audita voce Christi tantam fidem habuit, vt nõ dubitauerit sese in mare proijcere, & siccis pedibus super aquas ambulare. Quum autem impetu maris deterritus diffidere cœpisset, mergebatur. Quem increpauit Christus, dicens, Modicæ fidei, quare dubitasti?

*Matth. 14.  
& Luc. 8.*

Legimus quod quum procella venti descenderet in stagnum adeo vt nauis cooperiretur fluctibus: quumque Christi discipuli eius dormientem excitassent, ac dixissent, Præceptor, perimus: Christus illis dixit, Vbi est fides vestra? & Matt. 8. cap. ait Christum dixisse: Quid timidi estis modicæ fidei? Hinc docemur semper nobis orandum, & petendum augmentum fidei. Hæc est doctrina Apostolica & Ecclesiæ catholicæ.

*Nobis peccatoribus  
semper petendum fidei augmentum.*

Legimus Luc. 17. A postolos à Christo petiuisse, Domine adauge nobis fidem. Audimus etiam Ecclesiam catholicam dicentem in sacro dominicali, Da nobis, Domine, fidei, spei, ac charitatis augmentum. Hoc petebant Apostoli, postulabant martyres, implorabant doctores, Augustinus, Hieronymus, Cyprianus, quamuis sanctissimi. Hoc & nos peccatores mi ferri, infirmi, ac fragiles indefinenter petamus.

Matib. 2.6

De tertio exemplo nobis sunt historiæ nostri temporis, ac superiorum. Nam in primitiua ecclesia quamplurimi in principio suæ vocationis firmissimè credebant: at vbi ingruerat tentatio, afflictio, vel metus, fides languebat. Testatur hoc acta Petri Apostoli. Legimus in historia Ecclesiast. lib. 6. c. 3. quamplurimos Christianos in tormentis fidem negasse. Iulianus fidem negauit, ac fideles persecutus est persecutione grauissima: Porphyrius nõ solum fidem negauit, verumetiam scriptis turpissimis, ac libellis editis, religionis catholicæ sacramenta obscurare temeraria audacia præsumpsit.

Historia præsens paulo altius inuestiganda occurrit, propter vtilis & necessarias morales doctrinas in ea contentas. Verificatur hîc dictum Apostoli, 1. Tim. 2. quòd Christus vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, hoc est, infirmos in fide ad veram fidei cognitionem adducere. Calamum quassatum non conteret, inquit Isa. cap. 42. & linum fumigans non extinguet. Nouit enim compati infirmitatibus imbecillum, vt patet in Regulo.

Infirmi-  
tes corporis  
& animæ  
comitatur  
gulam, lu-  
xum, &c.  
communi-  
ferè diuiti-  
vitia.

Capharna-  
pinguedi-  
nis et con-  
solationis  
villæ.

Huius filius infirmabatur Capharnaum. Communiter gula, luxum, pompam, superbiam, quæ ferè diuitibus sunt communia vitia, comitatur graues infirmitates cum corporis, tum animæ, iuxta illud Deuter. 32. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus & dilatatus. Sequitur, Dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo. Item Ezechiel. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium, &c. Ecclesiast. 37. quoque dicitur, In multis escis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vsq; ad choleram. Propter crapulam multi obierunt, &c. Capharnaum iuxta quosdam interpretatur ager pinguedinis, aut villa consolationis. Vbi enim abundat pinguedo diuitiarum & deliciarum, vbi est abundantia terrenarum consolationum, ibi rarò desunt huiusmodi infirmitates. hinc Seneca docuit plures enecari luxu, quàm gladio.

Regulus quum audisset quia Iesus adueniret à Iudæa in Galileam, abiit ad eum. Sedulitatem Christi hîc Euangelista nobis commēdat. Nam oppidatim & regionatim sedulo iter habuit, vt ea quæ perierant, quæreret. Hæc partes Christi erant, Christi item vicarijs id muneris incūbit, sacerdotibus diocesanis, vt audiāt, quæ & qualis fama de suis spargatur, quæ fides, quod Euangelium ab eis suscipiatur. Vtinam speciosi eorum pedes possint cantari, qui sibi geminū honorē gaudent dari. Principes prophani, qui & ipsi Deum quodāmodo hîc referunt, & ipsi oppidatim circumirent suos principatus, & terras iudicantes iustè, adeo vt suos obtestari cum Mose & Samuele possint atq; dicere, Si quempiā per me aut per meos satrapas & quæstores sum calum-

Vicarijs  
Christi  
quid mu-  
neris in-  
cumbat.

calumniatus, si oppressi quenquam, si de manu cuiusquam munus accepi, vt contemnam illud & restituam, 1. Reg. 12.

Abiit ad Christum salutem filio rogaturus. Ex quo patet, quod hi qui vel diuitijs vel humana potētia turgent, nec Deum agnoscunt aut quærunt, donec flagellis admoniti fuerint, nec sentiunt, imo ne credūt quidem, se tam miseras creaturas esse, donec in capita ipsorum male incidant. Sola enim vexatio dat intellectū, Isa. 28. Sic Nabuchodonosor cum è regno eiectus inter bestias aliquot annos vixisset, Post finem, inquit, dierum ego Nabuchodonosor leuavi oculos meos, &c. Dan. 4. Sic impius Antiochus, cum nihil non malorum contra Deum cæli egisset, tandem plaga insanabili percussus, Iustum est, inquit, subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire, 2. Machab. 9. Hinc Greg. Mala quæ nos hic premunt, ad Deum ire compellunt. Vnde Manasses captus in Babylone & coangustatus rogauit Dominum, 2. Paral. 33. Quod attendens Dauid, orabat, dicens, In chamo & fræno maxillas eorum constringe qui non approximant ad te. Et alio loco, Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine.

Diuites &  
potentes  
Deū rarò  
quærunt,  
nisi flagel-  
lis admo-  
niti.

Psal. 31.  
Psal. 95.

Sed scelix necessitas quæ ad meliora compellit. vnde quod Regulus hic aduerso casu admonitus ad Christum properat, arguit eos, qui nec flagellati ad Deum conuertuntur, de quibus Ierem. 5. cap. Percussisti, inquit, eos, & non doluerunt, &c. Et in Amos 4. Percussi, inquit, vos vento vrente, & non estis reuersi ad me, dicit Dominus, &c. Sic & modo variè nos percutit exactionibus, pestibus, bellis, fame, inopia, &c. & in medijs malis non reuertimur à vijs nostris pessimis, nec cum Dauid in tribulatione ad Dominū clamamus, sed potius Deum blasphemamus.

Felix ne-  
cessitas  
quæ ad me-  
liora com-  
pellit.

Psal. 119.

Arguit item eos qui in aduersis non ad Deum, sed ad magos vel dæmonum auxilium recurrunt: quod Dominus olim per Prophetam conquerebatur de populo suo, dicens: Me dereliquerunt fontem viuum, & foderunt sibi cisternas, &c. Talibus contingit quod Ochoziæ cōtigit, qui misit ad consulendum deum Accaron Beelzebub, 4. Reg. 1. iuxta illud Leuit. 20. Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata cum eis fuerit, ponam faciem meam cōtra eam, & interficiam eam de medio populi mei.

In aduersis  
non est re-  
currendum  
ad magos.  
Ierem. 2.

Rogabat Christum vt descenderet. In quo infirmā & infantilem suam fidem indicat, quasi Christus non posset sanitatem conferre nisi præsens, imo quasi è vicino tantum esset Deus, & non etiam de longinquo, Ierem. 23. cum tamen eodem capite Dominus dicat, Cælum & terram ego impleo. Aliter sensit Dauid, qui non credidit esse locum in quo non sit Deus, dicens, Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? &c. Longè

Reguli fi-  
des infir-  
ma.

Psal. 138.



perfectiorem fidem habebat Centurio Matth. 8. quando dixit, Nec opus est vt venias, dic tantum verbum, & sanabitur puer meus. Profectò malè nobis cōsultum esset, si Christus non nisi corporaliter præsens seruare nos posset. Verùm meliora sci-mus, nempe, cum & vbique esse & omnia posse, ex sacræ scri-pturæ testimonijs, & quod locis particularibus non concluda-tur. Act. 17. Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo sunt, hic cæli & terræ cùm sit Dominus, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, cùm ipse det omnibus vitam & inspirationem. Ideo in omni loco potest inuocari. Isa. 66. Cælum sedes mea, terra autem scabel-lum pedum meorum.

*Regulus ex  
emplum pa-  
rētibus, vt  
soliciti sint  
pro filiorū  
salute.*

Deinde quòd pro filio rogat, & impensè rogat, vt sanaret fi-lium eius, nec cessat nisi exauditus, exemplum est parētibus, vt solliciti sint pro filiorum salute, imo festinēt suis precibus eos Christo commēdare, antequam moriantur in mala consuetu-dine: quia adolescens iuxta viam suam, etiam cùm senuerit, non recedet ab ea, Prou. 22. Sic Anna fecisse legitur, 1. Reg. 1. Iob quoque sanctificabat filios suos, confurgensque diluculo offerebat holocausta per singulos, Iob. 1.

*Humane  
infirmittatis  
est, tantum  
rogare pro  
corporis sa-  
lute.*

Quod autem pro salute corporis tantum rogat, infirmitatis humane est, qua semper prius sentimus incommoda corporis, quàm mala animæ, cum tamen multo periculosiora sint spiri-tualia mala. Minus igitur quàm oportet de Christo sentit, qui corporalia tantum ab ipso petit, quanquam & ea ab ipso quæ-renda sint, sed non sola. Matthæi sexto, Primùm quærite re-gnum Dei, &c. Eccles. 30. Salus animæ in sanctitate iustitiæ, & melior est omni auro & argento. Hinc Dauid orabat, Ego di-xi, Domine, miserere mei, sana animam meam quia peccaui tibi.

*Psal. 40.*

*Tarditas  
humana in  
re animæ  
arguenda.*

Postremo quòd tandem rogarat Christum cùm inciperet mori, tarditas humana in re animæ arguitur, qui non antè Deum quærimus, quàm actum sit de vita, nec vlla reliqua sit spes sanandi corporis. Augustinus, Laborat ne moriatur ho-mo moriturus, & non laborat vt non peccet in æternum vi-cturus. Ne tardes, inquit Sapiens, conuerti ad Dominum, ne-que differas de die in diem, &c. Ecclesiast. 5. Idem 38. capite di-cit, Fili, in infirmitate tua ne despicias teipsum, sed ora Domi-num, & ipse curabit te, auertere à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum. Nam sera pœnitentia, vt vult sanctus Augustinus, raro est vera. Quare nos monet Isa-ias, Quærite Dominum dum inueniri potest, & inuocare eum dum propè est. Ad Hæbreos quarto, Adcamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur in auxi-lio opportuno.

*Cap. 55.*

Non

Non tamen spernenda opera medici. Eccl. 38. Honora me-dicum propter necessitatem. etenim illum creauit Altissimus. *Non sper-  
nenda me-  
dici opera.* Altissimus de terra creauit medicinam, & vir prudens non ab-horret eam.

*Dixit Iesus ad eum, Nisi signa & prodigia videritis, non creditis.* Arguit eum de incredulitate: Quasi dicat, Ad quid tecum de-scenderem, cùm non credas? Si enim crederes, non me roga-res vt descenderem, sed, vt Centurio, peteres tantum verbum, quo sanaretur filius tuus. Hoc autem dicit Christus, non quòd abominetur Regulum, aut quòd noluerit filium eius sanare, sed vt fidem eius imbecillem hac dura tentatione robustiorem reddat, ac doceat eum credere, non è miraculis, sed è verbo: quia signa non sunt data fidelibus, sed infidelibus, vt ait Apo-stolus, 1. Corinth. 14.

Signanter autem obseruandum, quòd plurali numero lo-quitur Christus: *Nisi videritis, &c. non creditis*: vt sciamus eum non soli Regulo hæc dixisse. Primò igitur hoc verbo Iudæos taxat, qui subinde signa quærebant, aliàs non credituri, quan-tumcunq; verbum Dei audirent. Hinc Moses ad Dominum: Non, inquit, credent mihi, Exod. 4. &c. & tandem Christo aiebant, Ioan. 2. Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Vnde ait illis, Matth. 12. Generatio praua & adultera signum quærit. Atque in hoc plurimum differebant, & degenerabant à fide patrum. Quæ enim signa viderat Abraham, cùm ad ver-bum Domini exiret de terra sua? Item, cùm crederet se futu-rum in gentem magnam, &c.

Deinde etiam nos arguit hoc verbum: Nam & nos signa quærimus, hoc est, volumus alio modo certificari, quàm per verbum. Cùm enim audimus remissionem peccatorum, cor-pus Christi, siue eucharistiam, aliasque Dei promissiones fre-quentari in Ecclesia, tunc nos credituros cogitamus, si aliquo signo sensibili certi redderemur. Atqui fideli sufficere debet verbum Dei, etiam sine signis. Iudæi signa perunt, & Græci sapientiam. Iam enim non dicitur, Ecce signa, sed habetis Mo-sen & prophetas, audite eos, & credite illis, Luc. decimosexto. Satis enim superque nostræ condescendit imbecillitati, quod in exordio & legis & euangelij verbo suo certa signa, ceu quæ-dam sigilla adiunxit, quibus certi redderemur ea esse Dei ver-ba: nunc autem non amplius pro libidine nostra signa dat, sed vult vt verbo credamus. Non enim ambulamus per speciem, sed per fidem, secundæ Corinth. 5. Hinc Ioan. 10. ad Thomam dicit: Beati qui non viderunt & crediderunt. Non igitur im-meritò arguit eos qui etiam nunc signa quærun, & reuera qui post tot signa quibus orthodoxa & catholica fides nostra satis est approbata, nunc tandem signum postulant, ipse porrentum & mon-

*Signa non  
fidelibus  
data, sed  
infidelibus*

*Gene. 12.*

*Verbū Dei  
sine signis  
sufficit fide-  
li.*

*Signa in  
exordio &  
Legis &  
Euangelij  
quasi si-  
gilla.*

& monstrum est habendus, ait sanctus Augustinus. Sed somniator aliquis nouum Euangelium docens, omnesque retro sanctos ignauit & erroris traducens, opus habet tot ac tantis miraculis, quæ priscorum patrum miracula & numero vincant, & quantitate.

*Nolle credere sine signis, est contra naturam fidei, et iniuriosum esse Deo, imo et periculosum.*

*Fides ex miraculis imbibita minus constans est. Prodigium & signum quomodo differant.*

*Bene semper sperandum de Deo, etiam cum videtur iratus.*

Primò enim nolle credere sine signis, est contra naturam fidei, fides enim est substantia rerum earum quæ non videntur, sed sperantur, Hebr. 11. Secundò, nolle credere sine signis, etiam Deo iniuriosum est, quasi ipse falli aut fallere possit, non est enim Deus vt homo, vt mutetur, neque vt filius hominis, vt mētiatur, Num. vigesimotertio. Tertio etiam periculosum est plus obseruare signa, quàm virtutē verbi Dei. Nam & diabolus signa facere potest, id quod videmus in magis Aegypti, Exodi quarto. Hinc & Moses prohibet, Deuteron. decimotertio, ne prophetæ miracula facienti, & interim cōtra legem docenti fides habeatur: quia miracula ex falso verbo non faciunt verum, sed seducunt. Quod si autem vero verbo annexa fuerint, verbum ipsum in sua veritate confirmant & obsignant. Postremo, fides ex miraculis imbibita minus constans est, qui enim non propter verbum ipsum, sed propter miracula credunt, subinde in incredulitatem labuntur tempore tentationis, nec in fide perdurant, id quod videmus in Israelitis, subinde cessantibus miraculis, dubitātibus. Obserua: Prodigium fit præter naturam, vt est aperire oculos cæci nati, & excitare mortuum. Signum autem, quod non fit præter naturam, vt est sanare infirmum.

*Dixit ad eum Regulus: Domine, descende priusquam moriatur filius meus.* Hoc verbo Regulus magis fidei lūæ infantiam prodit: non solum enim non credit quod Christus sclo verbo possit sanitatem cōferre, sed nec credit quod mortuum filium possit resuscitare. Quid autem hoc aliud est quàm parua fides? quid aliud ab homine medico peteret? Atqui malè consultum nobis esset, si Christus tātum in hac vita nobis succurrere posset, non autem etiam in morte, & post mortem. Hinc Christus nos consolatur, Ioan. 11. Ego, inquit, sum resurrectio & vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet.

*Dixit ei Iesus: Vade, filius tuus viuit.* Quem prius terruerat, nunc summè consolatur. Hinc discamus bene sperare de Deo, etiam cum videtur iratus. Vade, inquit, filius tuus viuit. Iob decimotertio, Etiam si occiderit me, sperabo in eum. nō enim in æternum irascitur, neque in æternum comminatur Deus, Psalm. 29. Ira quidem in indignatione eius, sed vita in voluntate eius, Psalm. 88. Hinc de Christo dicit: Si dereliquerint filij eius legem meam, &c. visitabo in virga iniquitates eorum, misericordiam autem meam non dispergam ab eo. Et Abacuc ter-

cuc tertio: Cum iratus fueris, misericordiae recordaberis.

Hoc verbo, *Vade, filius tuus viuit*, ostendit etiam absentem posse sanare. In hunc modum & Heliseus per internuntium mandauit Naaman Syro, vt se in Iordane septies lauaret, nimirum vt homo gentilis hinc disceret virtutem Dei, 4. Reg. 5. Hoc enim vnum idemque dictum & vera de presentibus prophetia est, & sicut ex seruis postea comperit Regulus, imperium vitæ est. Nedum hoc verbo sanitatē filij prædixit Christus, sed etiam effecit. Psalm. 106. Misit, inquit, verbum suum, & sanauit eos. Et iterum Sap. 16. Nec herba, nec malagma, sed sermo tuus sanauit eos.

Obserua autem quod Christus non descendit ad filium Reguli, etiam rogatus, cum ad seruum centurionis, Mat. 8. vltro se venturum obtulerit. Per hoc enim primò ostendere voluit, se plus posse quàm ille speraret, aut peteret. Deinde ostendit alia esse iudicia Dei quàm hominum. nos enim tantum miramur & conspiciamus eos, qui diuitijs, nobilitate, potentia conspiciunt, contemnimus autem pauperes, sicut docet B. Iacobus 2. cap. Deus autem humilia respicit, & alta à longè cognoscit, Psalm. 112. Et plerumque contingit, vt qui ab hominibus magnificentur, apud Deum nulli sint: & e contra, qui apud homines pro nihilo reputantur, magni apud Deum sint. habes de vtroque exemplum, Luc. 16. de diuite & Lazaro. Discamus igitur in hominibus potius pensare naturam qua ad imaginem Dei facti sunt, quàm accidentalìa bona, quibus in hoc mundo præfulgent. *Credidit homo sermoni quem dixit Iesus, &c.* Vno verbo duos sanauit, patrem, & filium. Sicut enim filius è verbo Christi, tanquam ex herba medica sanitatem recepit, ita & pater ex eo robur fidei concepit. Verbum enim Dei & infirmos sanat, & sanos confirmat. Singula autem verba emphasim habent. Primo enim quem prius Regulum, hoc est, mundo deditum nominauit, nunc hominem vocat Euangelista. Tunc enim hominis cognomine digni sumus, cum cordis incredulitatem abijcimus. Apud Matthæum 15. infideles canibus assimilantur: vel admiratiuè hominem nominat: quasi dicat, En homo ille qui hætenus toto mundo deditus erat, quiq; in primo congressu tam infirmam fidem habuit, is nunc ex vno verbo Christi tantum robur accepit, vt nudo verbo Christi crederet. Arguitur itaque hoc verbo incredulitas nostra, qui tot tantaq; à Christo audiuius & vidimus, nec tamen adhuc audemus verbo eius confidere.

*Credidit, inquit, sermoni.* Hic docetur quomodo creuit eius fides: credidit etiam prius, alioqui non accessisset ad Christum, sed infantiliter & ex miraculis, nunc autem credit, sed viriliter & ex verbo, quod vt potens est, ita reddit credentem etiam poten-

*Plus potest Christus quàm homo sperat. Alia iudicia Dei quàm hominum.*

*Quando hominis cognomine quis dignus.*

*Incredulitas nostra arguitur.*



Vera fides,  
qua.

potentem. Atque ea demum vera fides est & robusta hæc, etiam aduersa & contraria videantur, tamen non dubitat de verbo, sed certa est aliquando implendum verbum Dei, potiusque cælum & terram peritura, quàm vnum Dei verbum. Talem fidem habuit Abraham, Dauid, Moses, &c. Talem fidem habuit beatissima virgo Maria, Luc. 1. Paulus Act. 27. vbi credidit certo futurum quod sibi erat dictum: Ne timeas Paule, Cæsari oportet te assistere. Postremò addit: *Et ibat.* Quod vel solum indicat eum verè credidisse. Nam solo & nudo verbo contentus abibat. infidelis autem quisque voluisset certificari; quomodo & quando sanandus esset, num & medicina opus esset, & quæ medicina, & quomodo ea vtendum. hic autem contentus est in eo, quòd filius ex infirmitate liberaretur, quomodo & quando id fiat, Deo committit. In quo docemur quæ sit fidei natura, nempe fiduciam de Deo concipere quòd seruaturus nos sit: quomodo autem & quando & per quas afflictiones, nihil ad nos pertinet. Sic Genes. 12. Abraham egreditur terram suam, nesciēs quo sibi esset eundum. Sic Gen. 22. expectat posteritatem, quanquam filium iuberetur occidere. sic Moses, Exod. 14. educit filios Israel ex Aegypto, quanquam nesciret quomodo Deus eos aduersus vim regis esset defensurus. Sic cum staret ad mare rubrum, nesciens quomodo euasuri essent: iubet tamen eos consistere, visuros magnalia Dei.

Natura fidei.

*Iam autem eo descendente, serui occurrerunt, nuntiantes quòd filius eius viueret.* Hic patet quàm verè dixerit Dauid Psal. 39. Iunior fui, etenim senui, & non vidi iustum derelictum, &c. Quum primum enim Regulus ille in Christum credidit, statim sanatur filius eius, & omnia læta & prospera sunt in domo eius. Ideo serui nescientes vnde tanta prosperitas contingeret, læti occurrunt, nuntiāt, &c. Benè igitur monet Christus, Matth. 6. Primùm quærite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Sic monet & Dauid, Reucla Domino viam tuam, & ipse faciet. Et item Iosaphat, 2. Paralip. 20. Credite, inquit, Domino, & prophetis eius, & cuncta vobis euenient prospera. Summa, Si vitam, pacem, prosperitatem desideras, & dies bonos, declina à malo, & fac bonum. Timentes enim Dominum, non deficient omni bono.

Psal. 36.

Psal. 33.

Officium quoque seruorum, quod.

Observandum hic quoque officium seruorum esse, bona & prospera nuntiare dominis suis, eorumque commodis atque fœlici fortunæ congruere atque propriæ, 4. Reg. 7. dicebant leprosi ad inuicem: Hæc dies boni nuntij est, si tacuerimus & noluerimus nuntiare vsque mane, sceleris arguemur. Malos verò rumores suppressere debent. Seruum mali nuntij afferentem se Saulem interemisse, iussit Dauid rex interfici, 2. Reg. 1. *Interrogabat ergo horam ab eis, &c.* Seruis læta nuntiantibus pater

ter alio spectabat: nuntiabant illi corporalem filij sanitatem, ipse autem & filium & seruos ad perpetuam animæ sanitatem perducere cupiens, interrogabat horam, &c. Iam enim apud animum suum defixerat, vt si hora recuperatæ sanitatis illa esset, in qua dixit illi Iesus: Filius tuus viuit: iam de diuina illius magni Prophetæ potentia non dubitaret, quòd ipse esset filius Dei & Rex Israel.

*Dixerunt ei serui: Heri hora septima reliquit eum febris.* Antiqui diè in duodecim horas diuiserunt. Septima igitur hora est, in qua omnis æger peius habere incipit secundum naturam, quia tunc sol à summo cæli incipit declinare, & cum declinatione solis, omnis virtus ægri incipit cadere & declinare. Hinc igitur patet quòd hæc curatio non fuit naturalis, sed miraculosa. Vnde Iob. 5. dicitur: Ipse vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius sanabunt. Ingens autem consolatio nobis hoc verbo datur: nempe quòd Christus etiam vbi natura deficit, sanare & adiuuare potest. Non igitur est, quod desperemus, si tantummodo decreuerit, confestim liberabimur. In voluntate enim eius vniuersa sunt posita, Esther 13. Imò Deus idè opera sua plerunque diuerso modo agit aliter quàm natura, vt discamus etiam deficiente natura, bene sperare.

*Cognouit ergo pater quòd illa hora esset, &c.* Confert ipsum opus ad verbū Christi, & ex magnitudine operis agnoscit magnitudinem & virtutem verbi, & quia videt opus planè diuinū esse factum in filio, non dubitat quin & verbum ipsum quod à Christo audierat, planè Dei, nō hominis verbum sit. Sic supra, Ioan. 2. Nathanael, cum Christus arcana quædam ei reuelasset, Rabbi, inquit, tu es filius Dei. Sic Ioan. 3. Nicodemus, Scimus inquit, quia à Deo venisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere, &c.

*Et credidit ipse & domus eius tota.* Expertus verbi energiã simpliciter & perfectè credidit, non vni verbo Christi, sed omnibus. Per hoc ergo miraculū Christus manifestè ostēdit se vbiq; esse, & omnia posse, & sola voluntate cuncta perficere, quod quid vel maius vel iucundius annūtiari posset? Si enim vbiq; est, & omnia potest, & solo nutu, non est quòd tanto opere trepidemus, quin potius ad eum cū S. Iosaphat clamemus, 2. Paral. 20. Cum ignoramus quid agere debeamus, hoc vnum residuum est, vt oculos nostros ad Deum leuemus.

Signanter autem addidit, *Credidit cum eo domus eius tota.* Vbi primo videmus Regulum hunc boni patris familias functum officio in hoc, quod familiam suam exemplo & verbo ad fidē prouocauit. Deinde videmus vnius hominis infirmitatē prouocasse ad salutem vniuersæ familie, vt vel hinc discamus Deum idè aduersa immittere, non vt nos perdat, sed vt saluet. Nisi enim

Ingens consolatio Christi deficiente natura, adiuuante re posse.

Quid maius quàm Christum vbiq; esse, & omnia posse.

Boni patris familias officium suum exemplo et verbo ad fidē vocare. Deus quare immitat ad eum uersa.

enim hic filius infirmatus fuisset, forsan nemo ex illa familia credidisset. Huc pertinet quod non seruum, sed filium infirmari permisit, ut eo feruentius pater Christum quereret. Bene igitur monet Sapiens Prouerb. 3. Fili mi, noli negligere disciplinam patris tui, &c. Quem enim diligit, corripit, &c. Si familiam illam, non dilexisset, permisisset eam in peccatis suis citra omnem admonitionem. Hinc beatus Iacobus 1. capite inquit, Omne gaudium estimare, fratres, si in tentationes varias incideritis.

Obseruandum iterum quod ait, *Credidit ipse, & domus eius*, nihil de alijs Capharnaitis dicēs, sicut supra, Ioan. 2. Crediderūt, inquit, in eum discipuli eius, nullam mentionē faciens de alijs conuiuis, ut vel hinc videamus paucitatē eorum qui verē credunt. Maior enim pars, etiam si videat & audiat verbum & miracula Christi, tamen in peccatis manet. Multi vocati, pauci verō electi, Matth. 22.

*Pauci qui verē credunt.*

## EPILOGVS.

1 *Historia de Regulo sic dicto, siue quod esset è regio genere, siue quod alia principatus dignitate fungeretur, vocationis gentium in obedientiam fidei, specimen præbet, & quod merito Iudæi increduli reijcerentur, & gentes admitterentur in consortium regni Dei.*

2 *Formam humilitatis Christus præscribit, & quod personæ respectus non est apud Deum, ad Centurionis seruum accessit, ad Reguli filium non accedit.*

3 *Exemplum potentie fidei cum declaratione fidei.*

## DOMINICA VIGESIMASECVNDA

## POST TRINITATEM, EPISTOLA.

*Philip. 1.*

**F**ratres, *confidimus in Domino Iesu, quia qui cepit in vobis opus bonū, perficiet vsque in diem Christi Iesu: sicut est mihi iustum, hoc sentire pro omnibus vobis, eo quod habeam vos in corde meo, & in vinculis meis, & in defensione, & in confirmatione Euangelij socios gaudij mei omnes vos esse. Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam vos omnes in visceribus Iesu Christi: & hoc oro, ut charitas vestra magis ac magis abundet in omni scientia, & in omni sensu, ut probetis potiora, ut sitis sinceri, & sine offensa vsque in diem Christi Iesu, replei fructu iustitie per Iesum Christum in gloriam & laudem Dei:*

**I**N H A C Epistola diuus Paulus facit tria.

1 Primò laudat Philippenses, quod in fide & verbo Dei constanter permāserint, nec, ut aliæ ciuitates, susceperint pseudoapostolos falsosque prædicatores.

2 Secundò cohortatur Philippenses, ut fortiter, & constāter perseuerent ac crescant in sancto proposito, atque in charitate non ficta.

3 Ter-

3 Tertiò, monet ut quemadmodum cœperunt, à falsis prophetis & apostolis caueant, & doctrinam magis quam vitam respiciant & considerent: cum hæc imponere atque fucum facere, illa verò non possit.

Digerit autem Paulus hanc Epistolam in tres partes.

1 In quarum prima, agit gratias pro diuino beneficio, per quod in cognitionem Euangelij venerunt, gratiæ cælestis participes facti, cum ait: *Confidimus in Domino Iesu, quia qui cepit in vobis opus bonum, perficiet vsque in diem Iesu Christi. Sicut mihi iustum est hoc sentire pro omnibus vobis, eo quod habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione & confirmatione Euangelij socios gaudij mei omnes vos esse.*

In hoc verborum contextu Paulus appellat Euangelium opus bonum: & quod in opere bono perseueramus, non ascribit nostris viribus ac meritis, sed attribuit Deo. Hunc oportet primū lapidem ponere, structuram inchoare, & summum fastigium addere: si modò bonum debeat fieri ædificium. Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere, 1. Corint. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, &c. Item 1. Corint. 3. Ego plantaui, Apollo rigauit: sed Deus incrementum dedit.

Has sententias scriptura nobis ob oculos ponit ad extinguendam arrogantiam gloriamque inanem: ut sapientiores facti, Deo deferamus laudem & honorem, non autem nobis. Iac 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum deforsum est descendens, &c. Non sumus sufficiens cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed omnis sufficientia nostra à Deo est; & Philip. 2. Deus operatur in nobis velle & perficere, pro bona voluntate. Item Rom. 9. Non est volentis, neque currentis, sed Dei misericordis. Ideo August. exponens illum versum Dauidicum, Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum, dicit: Nisi prius Psalmista cor dilatatum habuisset, viam Domini minimè cucurrisset, id est, vsque ad finem in bono perseuerasset. Orandum ergo semper cum Ecclesia: Actiones nostras quæsumus Domine aspirando præueni, & adiuvando prosequere, ut & cuncta nostra operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur.

Dicit Apostolus se confidere, quod qui cepit in Philippensibus bonum opus, perficiet. Vnde est advertendum, eandem esse vocem Græcam quam hîc interpret traducit, *Confido*, cum ea, quam ad Rom. 8. conuertit, *Certus sum*. Ex quo loco quidam conantur statuere, quemlibet iustorum certitudinem posse habere suæ salutis, ac perseuerantiæ in finem vsque vitæ. verum indoctè id faciunt, cum vocabulum Pauli non semper pertinet ad certitudinem, sed frequenter ad probabilitatem

*Euangelium opus bonū & in eo perseuerare, Deo attribuentū.*

*2. Cor. 3.*

*Falsa quorundam persuasio.*

q & con.



& coniecturam. Quod constat ex versione Chrysostomi, Theophilacti, Ambrosij, Hieronymi in Epistola 4. ad Alagariam quæst. 9.

Ex bonis ergo Philippensium initijs, & prospero Euangelij successu, surgebat Apostolo huiusmodi fiducia: quasi dicat, Confido opera bona & sancta quæ in vobis exorsus est Deus, per eum perfectum iri, ex præteritis enim futura conijcio. Si enim homo quicumque sapiens nihil exorditur, quin id velit consummare, multo minus inchoabit quippiam Deus quod consummare non intendat, quin ei non possit deesse neq; perficiundi operis facultas, neque scientia siue ars, neque voluntas, sine quibus nullius operis effectus consummatur, si tamen eius gratiæ nemo ponat obstaculum & obicem, vt de Pharaone legimus in Exodo. Simile est de industrio agricola, qui de agro, euulsis spinis & tribulis, bene culto & bono semine seminato, bonam spem concepit fœcundæ messis.

*Opus bonum in nobis inceptum perficitur, nisi gratiæ diuine ponat obstaculum. Dies quadruplex. Iob. 14.*

*Dies Christi quæ.*

*Psalm. 74.*

*Lucæ 14.*

*Bonum princip. &c. allusum est ad Prouer. Dimidium facti, qui bene cepit, habet.*

Vsque in diem, inquit, Iesu Christi. Duplex dies est, Christi scilicet & hominis. Hominis dies breuis est, iuxta Iob: Breues, inquit, dies hominis sunt, &c. Et in hoc nostro die accommodare debemus voluntatem nostram, vt opus bonum in nobis perficiat Deus. Iuxta monitionem Christi Ioan. 9. Operamini dum dies est, venit enim nox, &c. & ad Galat. 6. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, &c. & iterum 2. Cor. 6. Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim, in tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te, &c. Dies autem Christi, est mortis dies, vel iudicij & retributionis, quando reddet vnicuique secundum opera sua. Tunc enim vocabit operarios, & reddet illis mercedem, Matth. 20. Imo, cum acceperit tempus, iustitias iudicabit. Nec solum de Philippensibus sperabat opus bonum perfectum iri, sed in omnibus etiam futuris Christianis, vsque in diem Christi. Vsque in finem optat nos omnes in bono perseverare, ne inposito fundamento, & non superædificantes, incipiamur illud, & dicatur vnicuique nostrum, Hic homo cepit ædificare, & non potuit consummare.

Sicut mihi iustum est hoc sentire &c. Sensus est, Quare non optimum finem mihi de vobis polliceor, cum optima in vobis videam auspicia? Fieri potest vt mala exordia melior fortuna sequatur, quemadmodum in Paulo & latrone accidisse constat, sed regula communis: Bonum principium, bonum spondet terminum: quamuis aliquando tamen sint, qui cum spiritu expe- rint, carne consummentur. Gal. 3. Sicut de Saule paruit, de quo scriptura perhibet quod non erat vir eo melior in Israël, cum vocaretur ad regnum, qui tamen post ob superbiam & alia delicta, spiritui maligno diuexandus traditus, & à Deo reprobatus est,

tus est, 1. Reg. 8. & 16. Quemadmodum ergo odium optima quæq; mala interpretatur, & oculus nequam nihil bonum cernere potest, etiam in eo qui est optimus, Eccl. 14. ita dilectio bonum facit opinari de dilecto: Charitas non est suspiciosa, 1. Cor. 13. charitas omnia sperat, &c.

Pulchrum quoque est & iucundum fratres se mutuo diligere, & habitare in vnum. Pulcherrimum est pastorem & subditos sibi consentire. Philippenses absentem Apostolum tanquam præsentem coluerunt, Apostolus vicissim Philippensium cura tangebatur. Religionis auspicia cordi fuerunt Apostolo. Successum ergo & continuationem Philippensium Ecclesiæ Dominum Deum precabatur. Non modo, ait, in vinculis meis memoria vestri me oblectat, verum etiam cum vocor ad reddendam rationem, apologiam, & defensionem Euangelij, vestri mihi subit recordatio. Omni enim tempore diligit qui amicus est, & frater in angustiis cõprobat. Pro. 17. Denique cum firmandum mihi Euangelium est, hoc est, cum vel ad carcerem mihi est rursus intrandum, vel aliud supplicium nouum suscipiendum, vos mihi estis præsto, quia vestri causa hoc mihi euenit. Socios vos habeo gaudij, quia vos estis gaudium meum & corona mea coram Deo & hominibus. Missus à Domino, fructum illi attuli, gaudeo fructum eum tenere.

*Simile.*

*Pulchrum & iucundum fratres mutuo se diligere.*

Pressuræ & mala quæ Christi amore Christiani patiuntur, Euangelium Christi confirmant. Vnde Paulus Euangelium vinculis suis dicit confirmari & defendi.

*Pressuræ & mala Christiani-*

Secundo precatur, vt in agnitione Dei, & in operibus iustis & sanctis augeantur in dies, & locuplerentur, & quod Deus in eis cepit, misericorditer perficere dignetur, cum ait, Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi: hoc est, Deus siquidem mihi testis est, vt vestri teneat desiderio ex intimo pectusculo in Christo Iesu. In hoc verborum contextu Paulus effundit, inflammatus spirituali gaudio ac lætitia, totum cordis sui affectum, quod videat Euangelium tam diligenter agnosci, suscipi, & honoribus affici. Similem ferè affectum erga suos declarauit beatus Ioannes in 3. suo canon. d. Maiorem horum non habeo gratiam, quam vt audiam filios meos in veritate ambulare.

*Euangelij Christi si confirmatio.*

Atque hoc exemplum imitari debet quisque verbi minister: vt primo gregem sibi commissum intimo cordis amore prosequatur, non tantum vt lupos ab ouili arceat, sed etiam oues in pascua ducat & reducat. Ioan. 10. Deinde auditores suos ore & scripto doceat, & in tribulatione consoletur. 1. Thes. 5. Tandem pro suo grege supplex oret, & si opus fuerit, vitam pro eis, exemplo Christi, ponat, vt dictum est ex Ioan. 10.

*Exemplum hoc Pauli omnibus verbi ministris imitandum.*

Ad quid  
vocati su-  
mus in for-  
tem reli-  
gionis Chri-  
sti.

Prover. 1. 1.

Et licet mundus sit ingratus, nos tamen, quamdiu vixerimus, non cessare debemus verum Dei cultum exercere, pro beneficijs nobis collatis Deo gratias agere, pro omnibus omnium statuum ordinibus feruenter orare, 1. Timoth. 2. in pietate, fide, charitate nos exercere, sed vsque in finem perseuerare, Matth. 10. Ad hoc enim vocati sumus in sortem hanc foelicissimam religionis Christi, vt ista omnia præstemus, non vt nouum Dei cultum nobis fingamus, sed eos obseruemus, quos ab Apostolis Ecclesia institutos accepit, iuxta hoc, Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ.

3 Tertiò orat Apostolus, vt eorum charitas semper exuberet, ac quotidie copiosior reddatur in agnitione & augmento iustitiæ, omniq̄ue intelligentia, vt probent quæ sint vtilia, vt sint synceri & inoffensi in diem Christi, impleti fructibus iustitiæ, quæ nobis contingit per Christum, cum ait, *Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet in scientia, & in omni sensu, vt probetis potiora, vt sitis synceri & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum, in gloriam & laudem dei.* In hoc verborum contextu Paulus precatur & diligenter orat, vt Philippenses crescant in agnitione Dei, in intelligentia, synceritate, & operibus iustitiæ, idq̄ue propter tres causas.

Doctrinæ  
concionēsq̄;  
discernē-  
dæ, quæ  
veræ, quæ  
falsæ.

1. Thess. 5.

Quarum prima est, vt doctrinas atque conciones discernant, quæ veræ & quæ falsæ, quo sciant pseudoapostolos cauere, seductores fugere, & in verbo Dei vero & sana doctrina, quam catholica tenet Ecclesia, constanter permanere. Matth. 7. Attendite à falsis, &c.

Secunda causa est, vt sint synceri, non hypocritæ, nec offendant alios, neque per alios offendantur, sed veri Christiani reperiantur, iuxta illud, Ipse Deus sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester & anima, & corpus sine querela, in aduentu Domini nostri Iesu Christi conseruetur. Item. 1. Corint. 10. Sine offensione estote Iudæis & Gentibus & Ecclesiæ Dei, sicut & ego per omnia omnibus placeo, &c.

Quare ite-  
ratò repli-  
cet diem  
Christi.

Iteratò replicat diem Christi, vt animis reuoluētes diem aduentus eius, siue in mortem, siue ad iudicium, citius ac celerius ad charitatem, synceritatem, cæteraq̄ue bona opera accingantur fideles, & vt Luc. 12. monet Saluator: Sint lumbi præcincti, & lucernæ ardentes in manibus eorum, sintq̄ue similes hominibus expectantibus dominum suum, &c.

Tertia est, vt repleantur fructibus iustitiæ, quæ contingit per Christum: quo coguntur omnes homines confiteri ac sibi persuadere, nos in eorum esse numero, qui viam fidem in Iesum Christum simus consecuti: & quòd opera nostra bona debeant proficisci ex fide & charitate, per quæ iustificamur, &

beati

beati reddimur, fieriq̄ue ad laudem & gloriam Dei, qui est benedictus in secula.

Præcipuus scopus iustitiæ nostræ debet esse laus & gloria Dei, si fructum inde consequi velimus. Aliàs dicitur, Amen dico vobis, receperunt mercedem suam, Matth. 6. Summa, Illa debet esse primaria cura Christianis, nempe, nouas doctrinas fugere, noua dogmata detestari 2. Timot. 2. & ad Tit. 3. candidè & simpliciter sese gerere, non fraudulenter, non dolosè, Philip. 2. & insistere bonis operibus, maximè charitatis, quæ magis ac magis semper abundet. Nam dum viuimus hic, charitas nostra semper potest augeri, quousque perficiatur in patria, 1. Corint. 13. Charitas nunquam excidit: Sicut enim constat ignem crescere lignorum adiectione, & eorū subtractione diminui deficereq̄ue necesse est: ita nimirum & ipsa charitas, quæ est ignis ille, quem Christus venit in terram mittere, & voluit vehementer accendi, Luc. 12. verbi cælestis auditu, & operum bonorū pabulo seruetur & crescat, & ampliores semper, nutrimento suo crescente, vires acquirit. Vnde & in Leuit. 6. cap. dicente Domino, legimus, Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet sacerdos, subijciens manè ligna per singulos dies. Illud vtique præcepto legis figurante, quod in altari cordis, ignis charitatis conseruari, & cum omni instantia per singulos dies nutriri debet. Vnde etiam Exodi 27. Dominus præceperat filijs Israel, vt semper arderet lucerna in tabernaculo testimonij, figuratiuè designans, quod in tabernaculo cordis humani, debeat ardere lucerna charitatis.

Doctrina, quam concionatores & auditores maximè vt imitentur aduertere debent, est hæc, scilicet quæ sit forma petitionis Pauli, & quid precetur Philippensibus: nempe, abundantiam charitatis, scientiam seu intellectum rerum spirituum, synceritatem, vt sint sine offensa, vt sic in pietate vsque in diem Christi persistant, vt non tantum habeant iustitiam, verum repleantur iustitiæ fructibus, vt omnia illa vertant in gloriam Dei.

## EPILOGVS.

1 Quia Christianismus habet rudimenta, auctus, & fastigium. Charitas est (quæ omnia sperat) de ijs qui inceperunt esse Christiani, persuasum habere quod perstituri sint.

2 Deus pietatis exordia donat. Id quod cepit in electis, perficit vsque ad illum diē quoad vêturus est Iesus Christus, premium æternum repensurus rectè factis, ne quis in se aut suis viribus, sed in Domino gloriatur.

3 Exemplum Christi proponit, qui non solum mali iam non habet, sed etiam bonitate redundat, vt & nos non solum synceri simus ab omni corruptione, sed etiam iustitiæ fructu abundemus.

Præcipuus  
iustitiæ no-  
stræ sco-  
pus, quis.  
Quæ pri-  
maria cura  
Christianis  
esse debeat.

Simile.

Doctrina  
& concio-  
natoribus  
& audito-  
ribus maxi-  
mè obser-  
uanda, quæ.



*Matth. 18.* In illo tempore, dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum celorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum servis suis. Et cum cepisset rationem ponere, oblatas est ei vnus qui debebat ei decem millia talenta. Cum autem non haberet unde reddere, iussit eum dominus eius venundari & uxorem eius, & filios eius, & omnia quae habebat, & reddi. Procidens autem seruus ille rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia tibi reddam. Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit illi. Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eum dicens: Redde quod debes. Et procidens conseruus eius, rogabat eum dicens: Patientiam habe in me & omnia reddam tibi. Ille autem noluit, sed abiit & misit eum in carcerem, donec redderet vniuersum debitum. Videntes autem conserui eius quae fiebant, contristati sunt valde, & venerunt & narrauerunt domino suo omnia quae facta fuerant. Tunc vocauit illum dominus suus, & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? & iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoad usque redderet vniuersum debitum. Sic & pater meus caelestis faciet vobis, si non remisistis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.

**H**oc Euangelium de Rege volente cum seruo rationem ponere, complectitur tria.

*Cōcio legis.* Primo, concionem legis. Videmus enim in hoc Rege severam austeritatem, qua Rex seruum, qui decem millia talentorum debebat alloquitur. Nam cum non haberet unde redderet, iussit eum venundari, & uxorem eius, & filios, & omnia quae habebat, & reddi. Literalis sensus intentus à Spiritu sancto est, ostendere officium legis: Regem hunc esse Deum omnipotentem, de quo Apocal. 19. Rex regum, & Dominus dominatum. Cuius est lex? Mosi, quae adeo est aspera, vt huic seruo terrorem incutiat, eumque perturbet. Ipse vero Domini pedibus aduolurus veniam orat, pluraque quam praestare possit, pollicetur.

*Quid lex.* Est enim lex, humanae vitae speculum, in quo contemplamur animi nostri maculas, defectus, atque vitia. Est enim decalogus, veluti rationarius libellus, qui debita nostra descripta continet. Debemus enim Deo fidem, charitatem, spem, honorem, sanctificationem, & glorificationem.

*Deo quid debeamus.* Debemus Ecclesiam catholicam eius sponsam agnoscere, in ea, scilicet Romana, verbum Dei audire, septem eius sacramenta confiteri, eius praecepta (quae ad salutem sunt necessaria) custodire, & iuxta mandata decalogi, vt vitam aeternam promeremur, actiones nostras instituire, gratiasque semper pro beneficijs acceptis agere.

Proxi-

Proximo quoque debemus eum amorem, quem nobis ipsis *Proximo* impendimus, opera charitatis & misericordiae, quae sunt *quid.* pacisci, potare, vestire, tristem consolari, infirmum visitare, mortuum sepelire, captiuum redimere, non laedere, sed potius prodesse, inferuire, & auxiliari, Matth. 25. Haec ita debemus proximo, vt quemadmodum sine fide, ita sine his operibus impossibile sit ingredi vitam illam aeternam. Mat. 19. Si vis ad vitam intrare, serua mandata, & c.

Debemus etiam animabus nostris carnis mortificationem, *Quid etiam* & renouationem spiritus, Rom. 6. Ephes. 4. Coloss. 3. Nam *animabus* quamuis in sacramento baptismi fiat plena peccatorum remissio, non tamen fit plena renouatio, sed renouamur de die in diem. 2. Corinth. 4.

2. Secundo complectitur concionem Euangelij. Videmus *Cōcio Euā-* enim in hoc Rege immensam gratiam atque misericordiam, *gelij.* qua Rex hunc ærumposum seruum ad pedes iacentem ac pœnitentem erexit, & oranti omne debitum remisit. Nam *proci-* procidens seruus illi, orabat eum, dicens: Patientiam habe in me, et omnia *dam* reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum, & *debitum* debitum dimisit illi.

Literalis sensus à Spiritu sancto intentus est, ostendere officium Euangelij, quod est valde consolatorium, suauissimaque recreatio animarum: quod apparet ex consolatione quam per indulgentiam hic seruus habuit, vt sibi visi fuerint caeli, terra ac omnes creaturae ablandiri.

Est enim Euangelium, liber consolationum plenissimus, *Euāgelium* quibus afflictata corda fragilitatem suam agnoscentia, recreantur *liber conso-* atque reficiuntur. Quae enim maior consolatio, quam verbum *lationum* illud, Venite ad me omnes? Matth. 11. Quid enim dulcius, quam *plenissim?* verbum illud, Non veni vocare iustos, sed peccatores? Matth. 9. Quid suauius, quam verbum illud adulterae dictum, Nec ego te condemnabo? Ioan. 8. Quid plausibilius, quam verbum illud, Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet. Ioan. 11. Docet enim Euangelium, primam iustificationem impij, remissionem peccatorum in sacramentis, donumque perseverantiae gratis sine vllis nostris meritis nobis donari per Christum. Docet etiam hanc iustificationem bonis operibus augeri posse. Qui iustus est, iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc. Docet insuper, operibus nostris ex charitate factis Deum placari, ipsique nos cultum gratum exhibere, ac pro pœnis ob peccata debitis posse satisfacere, ac tandem iisdem operibus coronam iustitiae aeternae vitae posse promereri. Hoc reuelauit Spiritus sanctus, quamuis negent caro & sanguis, quia animalis homo non percipit ea quae sunt Spiritus Dei.

Apoc. 22.

1. Cor. 2.

Ingratitudo hominū  
supplicio  
dignissima

3 Tertio, complectitur ingratitude hominum. Quare etiam videmus in hoc rege grauissimum supplicium, quo rex hunc ingratum seruum affecit. Nam cum vidissent conserui, quod seruus ille cui dominus remiserat decem millia talentorum, propter centum denarios coniecisset conseruum in carcerem, tritati sunt valde, & venerunt, & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerant; & iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus.

Ingrato homine nihil  
peius.

Literalis sensus intentus à Spiritu sancto est, ostendere de pessimo ingratitude vitio, quo maxima pars hominum laborat. Ingrato homine nihil peius. Hinc sunt versus:

Lex, & natura, cælum, Deus, omnia iura

Damnant ingratum, tristantur eum fore natum.

Ingratitudinis præmiū.

Nihil autem æquè perit, atq; id quod confertur in ingratum. Est enim ingratitude, vt Bernardus ait, hostis gratiæ, salutis inimica, Legis & Euangelij annihilatio, vt nihil ita displiceat Deo quemadmodum ingratitude. Postquam enim hic seruus tot beneficia à rege consecutus erat, debebat merito conseruum similibus prosequi: sed cum beneficiorum omnium obliuiscitur, ingratus euadit. Rex igitur commotus, non solum beneficia reuocat, & quæ dedit, data non vult: sed etiam ingratum seruum; tradit tortoribus in vincula conijciendum. Hoc præmiū est ingratitude. Porro quis hunc iuuabit? Habet suā culpa inclementissimum dominum, præterea cōseruos inimicissimos, iam detrusus in carcerem, cogitur æternā morte perire, & cruciari, ibi enim nulla est redemptio: in quod malum præcipitatus fuit ob ingratitude diabolicam, qua nullum peius, nullum detestabilius peccatum est in terris. Hinc concludit Christus, *Sic & pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.*

Documenta ex eodem Euangelio.

Deus quomodo placandus.

1 Docemur hinc quomodo sit placandus Deus quando exegerit debita, & non fuerit vnde soluamus: nempe humilitate, oratione, & debiti agnitione & confessione, ac eius offensionis dolore.

Cognitio Legis & Euangelij necessaria.

2 Docet hoc Euangelium necessariam esse omni Christiano cognitionem Legis & Euangelij. Absque Lege enim & Euangelio impossibile est vitam æternam consequi.

Officiū Legis et Euangelij, quod

3 Docet officium Legis esse, debitum nobis declarare, Galat. 3. Maledicos non esse, nisi soluamus, & Deum terribilem & seuerissimum nobis ostendere.

4 Docet officium Euangelij esse, ostendere thesaurum quo possimus debita soluere, ipsi satisfacere, & ipsius indulgentiam promereri: ostenditque nobis, Deum, benignum, dulcem, ac planè esse fauorabilem.

5 Docet

5 Docet præterea quomodo Rex æternus velit vt agamus cum proximis nostris.

6 Futurum esse iudicium, Deumque esse exacturum à nobis rationem eorum, quæ nobis concessit.

7 Quare nobis Deus remittat debita, nempe, vt nos remittamus: nostri miseretur, vt nos proximorum misereamur.

8 Per impletionem legis nos Deo placere, & per ipsius transgressionem nos ipsum offendere, ac nos ab ipso puniendos.

9 Diabulos esse ministros Dei, quibus incumbit æterna ingratorum puniatio.

10 Hunc fuisse condemnatum, non quia caruit fide, sed misericordia in proximum.

11 Luciferum, ob ingratitude, altissima sua sede exturbatum, itidem Adamum, Isa. 12. Gene. 3. Nabuchodonosor, Daniel. 4. Saulem, 1. Reg. 15. populum Israeliticum atque Iudæum, Isa. 5. Sic faciet & nobis Pater noster cælestis, si non egerimus gratias pro acceptis beneficijs.

Est considerandum hic verbum illud, omnia reddam tibi. vnde colligitur præsumptio humana: semper fuit hominibus innatum multa polliceri, & nihil præstare. Ita Petrus dum in mensa esset, Matth. 26. Et si oportuerit, inquit, me mori tecum, non te negabo: at postea ad vocem vnus puellæ negauit. Ita & nos.

Discimus ex hoc Euangelio, quanto interuallo superent debita illa quæ Deo debemus, & debita quæ homines nobis debent. Siquidem debitum regis, decem millium talentorum pretio comparat: debitum vero conserui, valori centum denariorum. Docti intelligent hoc discrimen. Arguit nostram iniquitatem, quum Deus summa & grauissima debita nobis dimittat: nos autem proximis nostris, nec minimam velimus offensam condonare: vide caput vigesimoctauum Ecclesiastici, vbi dicitur, Homo homini reseruat iram, & à Deo quarrit medelam? In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? Memento nouissimorum, & desine inimicari, &c.

Discimus etiam quanta facilitate Deus condonet, ad primum verbum serui, scilicet, Patiētiam habe in me, & omnia reddam tibi, misertus est dominus, dimisitque eum, & debitum remisit illi. At quanta improbitate & seueritate nostra debita à proximis repetamus: ram seuerè, vt aliquando teneamus & suffocemus, donec reddant nobis debita: hoc docet multitudo litium, tribunalium, contentiones quotidianæ, & alia deploratissima vitia, quibus homines scatent, vide Iac. 2.

Quia quum dominus potuisset paucissimis dicere, sicut Mat. 6. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis

9 5

Pater

Ingratitudinis puniatio exēpla.

Præsumptio humana, multa polliceri, et præstare nihil.

Discrimen debitorum quæ nos Deo debemus, & quæ homines nobis.



Pater vester cælestis peccata vestra: Si autē non dimiseritis hominibus peccata, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Maluit id per parabolam proponere, quo tanquā rem vtilissimā ac necessariam mentibus nostris infingeret altius ipsam charitatem & misericordiam, & eius vinculo nos firmitus con-necteret, iuxta id Pauli, Super omnia hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectionis, & pax Christi exultet in cordibus vestris, in quam & vocati estis in vno corpore: quod nō fecerimus, addit quoque grauissimam comminationem iudicij futuri in nos. Idcirco consultum duximus paulò penitius parabolam introspicere atque resumere, propter morales doctrinas, quas ex eā elicere possumus.

Coloss. 3.

Alteri faciendum, quod nobis velimus fieri.

Monemur hic iuris naturalis concordantis cū diuino, quod exigit, vt quisque faciat alteri quod sibi vult fieri: & quod sibi fieri nolit, alteri quoque non faciat. Dicit quippe Christus Matth. 7. Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis. Hæc est enim lex & prophetæ. Et Tob. 4. hortatur pater filium, dicens, Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquādo alteri facias. Summa, Tales exhibeamus nos proximis, qualem optamus Deum nobis fore, vt liberè dicamus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris.

Regnū cælorū præsens ecclesiā.

Regnum cælorum præsens intelligitur Ecclesia militans, in quo regnat Deus per gratiam, sicut in cælo per gloriā, & quia legibus cæli subijcitur. Licet enim in terra peregrinetur, cælum tamen sibi patria est. Ephes. 2. Non enim estis hospites & aduenæ, sed ciues, &c.

Rex huius regni, De<sup>o</sup>.

Huius regni Rex, Deus omnipotens, Apocal. 19. & Zach. 9. Serui regis in hoc regno sunt Christiani, quibus cōmisit bona sua, vt negotiarentur, atq; sibi quæstum facerent ex eis, donec veniat. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum, vnicuiq; secundum propriam virtutem, &c. Hinc Apostolus ait, Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.

Rex quādo incipit rationem ponere.

Rex incipit hic, & vult rationē ponere cum setuis suis, cum nunc virtute verbi Dei, nūc terrore mortis, nunc flagello conscientię, nunc gehennæ metu, aut similibus, ad cogitandum gratiarum dispensationem compellit, vt secum cogitet homo pretiosum tempus, quod sine linea transegit: multa mala quæ commisit, & bona quæ facere neglexit, etiam quum rationalis sit homo, an secundū rationem vixerit, vt homo, an secundum passionem desiderij, vt brutum. Vult insuper rationem nobiscum misericorditer ponere, si animam ad similitudinē Dei creatam, terrenis imaginibus inuoluerimus, vt sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis, 1. Corinth.

rinth. 15. Si corpus animæ habitaculum, Domino cōsecratum, fornicationi, luxui, comessationi, aut varijs mundi delitijs exposuerimus, vt idem exhibeamus seruire iustitię in sanctificationem, Roma. 6. Si temporalia in subsidium pauperum data, ad voluptatem potius, quā ad necessitatem expendimus, vt de cætero faciamus nobis amicos de mammona iniquitatis, Luc. 16. Sic olim incepit rationem ponere cum rege Ezechia, Isa. 38. vnde mox conuersus ad parietem obortis lachrymis dixit, Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.

Qui ergo cum hoc rege nunc debirē factorum suorum rationem ponens, humiliter pœnitet, pōst in iudicio securè ad iudicem veniet. 1. Cor. 11. Si nosmetipsos diiudicauerimus, non vtique diiudicabit nos Dominus. Exactam enim tunc positurus est rationem, quoniam non solum in medium profertur facta, Matth. 16. 2. Cor. 5. sed & verba, Matth. 12. imò etiam cogitationes, Sap. 1.

Debitorum sunt omnes homines. Omnes enim peccauerunt & egent gloria Dei, Roma. 3. Et in multis offendimus omnes, Iacobi 3. vnde & meritò orare debemus, Dimitte nobis debita nostra, Matth. 6.

Debita sunt scelera in Deum & proximum commissa, quorum indices crescit aceruus. Peccatum est, donorū Dei abusus. Talentum facit sexcentos coronatos, qui octingentos aureos constituebant. Sic centena talenta faciunt sexaginta millia coronatorum. Quod si ita numeres, centenarius in immensum excrescit, quis adsequetur summam decē millium? Quis principum tantum thesaurum habeat? Hæc adferre placuit, vt inde homo colligat quantum Deo suo debeat. Per decem millia talenta intelligit ergo Dominus aceruum peccatorum, quæ tanta sunt, vt debeamus dicere cum Psal. Non intres in iudicium cum seruo tuo, Domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Tam ingentem summam sese debere olim profitebatur rex Manasses, 2. Paralip. vlt. d. Peccaui super numerum arenæ maris, &c.

Sunt potissimum quatuor peccata nos offerentia Deo: Sanguinis innocentis effusio. Sic vox sanguinis Abel clamauit ad Deum de terra, Gen. 4. Enormitas peccati, qualis est Sodomia, de qua Genes. 18. Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis: Oppressio pauperum & pusillorum, de qua Exod. 3. Clamor filiorum Israel venit ad me, vidiq; afflictionem eorum, qua ab Aegyptijs opprimuntur. Item Eccl. 35. Nonne lachrymæ viduæ ad maxillas descendunt, & exclamatio eius super deductentem eas? Mercedis defraudatio, de qua Iac. 5. Ecce merces opera-

Debitorum  
omnes ho-  
mines.

Debita, sce-  
lera in  
Deum &  
proximum  
commissa.  
Peccatum,  
donorum  
Dei abusus

Psal. 141.

Peccata  
quorūpli-  
cia nos po-  
tissimum  
Deo offe-  
rentia.

operatorum vestrorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ defraudata est, clamat, & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit.

Hinc versus,

Clamitat in cælum vox sanguinis, vox Sodomorum,  
Vox oppressorum, merces decemta laborum.

Conscientia  
accusatrix  
nostra.

Apo. 12.

Demum offert nos & accusat conscientia peccati, teste Apostolo Rom. 2. Vnde nec primus homo latere potuit, quem conscientia reatus demonstrabat in publicum, tametsi velaret pudenda folijs, & inter frutecta absconderet, Genes. 3. & malitia diaboli. ideoque accusator fratrum nostrorum dicitur.

Venditio  
quid si-  
guet.

3. Reg. 21.

Quum autem hic debitor non haberet unde redderet, iussit eum dominus eius venundari. Nisi enim Dominus dederit de ære suo, hoc est, nisi gratiam impartitus fuerit, soluendo non sumus. Per nos quippe in peccatum cadimus, sed per nos resurgere non valemus. hinc David ait Psal. 93. Nisi Dominus adiuuisset me, paulominus habitasset anima mea in inferno inferiori.

Venditio hæc alienationem signat à Deo, qui enim venditur, alterius dominij fit. Sic peccator in potestatem fit diaboli, & alienatur à Deo, vt de peccato ruat in peccatum. Roman. 1. Propter quod tradidit illos Deus in reprobum sensum, &c. Isa. 59. Iniquitates vestrae diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis. Sic venundatus dicitur fuisse Achab, vt faceret malum in conspectu Domini.

Vxorem et  
filios venū-  
dari, quid.

Pro. 14.

Secundum beatum Hieronymum sensus verborum est hic, Iussit eum Dominus, id est, permisit eum iusto iudicio venundari, id est, spirituum immundorum seruum fieri: & vxorem eius, id est, concupiscentiam de qua concipiuntur mali filij: & filios eius, id est, mala opera: & omnia quæ habebat, scilicet temporalia. Vxorem ergo & filios venundari, est pro concupiscentijs interioribus & prauis operibus exterioribus pœnam soluere. Iacob. 1. Concupiscentia quum conceperit, parit peccatum. peccatum verò quum consummatum fuerit, generat mortem. Summa: Per peccatum perditur totus homo, nec proderunt sibi quoque diuitiæ in die vindictæ: adeò miseros facit populos peccatum.

Commina-  
tiones diui-  
nae quo tē-  
dant non-  
nunquam.

Procidens autem seruus ille orabat eum, dicens, Patiētiam habe in me, & omnia reddam tibi. Seruus hic videns vinculum obligationis suæ quod debebat, & defectū restitutionis, quum quod redderet non haberet, ac iussum punitionis quo vendi debebat, ad humiles & deuotas se conuertit preces. Ecce quo tendant nonnunquam comminationes diuinæ: nō vt perdamur, sed reuertamur. Terrere vult, inquit Chrysost. vt per minas ad supplicationē inducat. Isa. 36. Quum feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores orbis. Voluit enim dominus seruum reatum

reatum suum agnoscere, & veniam petere. Quia ergo sponte noluit, coactus pœnituit, vitæ resipiscentiā, & emendationem, & iuxta diuinæ legis sanctionem, satisfactionem pollicens, Quasi dicat, Domine, ne in furore tuo arguas me, Psal. 6. & illud Iob. 10. Dimitte me vt plangam paululum dolorē meum. Lauabo per singulas noctes lectum meū, lachrymis meis stratum meum rigabo. Sic terruit Dauidem, & supplex Domino factus est. 2. Reg. 12. Peccaui, inquit, Domino: cui Nathan, Dominus quoque transtulit peccatum tuum à te. Sic terruit Ezechiam ægrotantem, Isa. 38. demandans illi per Isaiam, Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues. Et conuertit Ezechias faciem suam ad parietem, & orauit ad Dominum, & dixit, Obsecro, Domine, memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim, & fleuit Ezechias fletu magno. Summa: Vox peccatoris hic exprimitur, poscentis tempus viuendi, & spatium corrigendi.

Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei. Hic palam fit quàm efficax sit pœnitentiæ robur, & quàm ingens Domini misericordia omnia remittēs: petierat dilationem, & accepit remissionem omnium debitorum. Psalm. 102. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timētibus se. Verum miserationes eius super omnia opera eius, Psal. 144. quia non solum electis, sed & reprobis qui ad tempus credunt, siue fructus pœnitentiæ exercent, peccata remittit. Ezech. 18. Si impius egerit pœnitentiā ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiā, vita viuet, & nō morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus est, nō recordabor. Hinc Dominus, Nonne, inquit, vidisti Achab humiliatum coram me? Quia ergo humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus suis. Bernardus, Sic ex toto dimisit omnem offensam, vt non damnaret vlcisendo, nec confunderet impropere, nec minus diligeret imputando. Quod contrā plurimi, qui etsi non vlcisantur, tamen impropere, aut non ex animo indulgent. Summatim huc facit hoc Apostoli, Deum cumulatè facere omnia, quàm perimus aut cogitamus. Ad eam ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

Egressus autem seruus ille inuenit vnum de cœsernis suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eum, dicens, Redde quod debes. Rectè dicitur egressus: quia nullus qui in Deo manet, expers compassionis est. Egressus ergo est à via charitatis & naturalis pietatis, sicut Cain à facie Domini, Genes. 4. non reueritus misericordiam, nec timens potestatem, & oblitus Domini erga se clementiæ:

Psal. 6.

Efficax pœ-  
nitentiæ ro-  
bur, & in-  
gēs Domi-  
ni miseri-  
cordia.

3. Reg. 21.

Ephes. 3.

Hebr. 4.



mentiar: debito suo liber, iniquitatis seruus prout in iniecta manu exegit debitum. Attende quàm exiguum sit ad præcedens, quo ad numerum, quia pars centesima: & quantum ad pondus, quia denarius ad talenta. Væ illis, inquit Apostolus Iudas, qui in viam Cain abierunt, &c.

*Procidens conseruus eius, rogabat eum dicēs, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Totidem & iisdem verbis obsecrat conseruum suum, quot ille dominum: sed talem ille non inuenit conseruum, qualem ille inuenit dominum. Nam creditor inexorabilis repulit supplicem, contortumque rapiebat ad solutionem, iam debito liber: & non solum remittere debitum noluit, sed nec dilationem dedit: noluit enim intelligere vt bene ageret cum proximo suo. Sic Iacob Esau, Genes. 33. & David Sauli, supplices facti sunt, 1. Reg. 24. & 26.

*Tyrannica et crudelis debiti exactio notatur.*

*Ille autem noluit, sed abiit, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum.* Notatur hic tyrannica & crudelis exactio debiti, qua debitor per vim vel asperas obiurgationes ita opprimitur, vt vix excusandi vel respondendi habeat facultatem.

In carcerem mittitur, quum coram iudice sistitur, ac per districtam iustitiam vndique coarctatur, vt nullus euadendi sit locus. Talia exempla quotidie videmus, siue in spiritualibus siue in corporalibus, è quorum oculis quum sit extracta trabs, festucam nolunt è fratrīs oculo demere. Sic sic, inquam, loquuntur impij Opprimamus iustum, pauperem, & non parcemus viduæ, &c. Sap. 2. & Iacob. 2. Nonne diuites & præpotentes tyrannidem exercent, & iisdem trahunt plebem miseram ad tribunalia? Nonne ipsi blasphemant bonum nomen quod inuocatum est super eam? Scilicet, miseri nocere non possunt, Deus dormire videtur, superest vt vsque ad finem miseri patientes existant: nempe, vsque ad diem Domini, Iac. 5.

Obseruandum hic officium condonandi requirere Deum in Ecclesia propter varias causas, & habet præmia, iuxta illud, Remittite, & remitterur vobis.

Sed magistratus mādato diuino cogitur punire scelera. Primum, propter iustitiam, qua iustitia Dei vult tolli sceleratos. Secundò, ad tuendos innocētes. Tertiò, exempli causa. Et vult Deus magistratum in hoc suo munere non esse ignarum & negligentem. Vult disciplinam & pacem seuerè defendi, vt lex inquit, Non parces ei, sed rolles malum de terra. Et illud, Maleficos non patieris viuere. Ideoque quum magistratus se poluit societate scelerum, hoc est, quum negligens est in puniendo, totę gentes delentur, vt modò ex hæresi & enormibus diffimulatis criminibus fieri videmus. Quum dormirent homines, venit inimicus homo, & superseminauit zizania.

Pij itaque monendi sunt magnum discrimen esse defensionis,

*Condonandi officium requiritur in Ecclesia. Magistratus mādato diuino cogitur punire scelera.*

*Deut. 13. Exod. 22. Matth. 13.*

nis & priuatæ vindictæ. vt si quis instantem litem tibi moueat de agro, de vinea, de domo, &c. iustum est vt legitima defensione, hoc est, auxilio magistratus, quo res tuas retineas: sed nō accedat odium & cupiditas nocendi aduersario Sic de cōiitijs iustum est respondere defensionis causa, vt Christus Ioan. 8. responder, Non habeo dæmonium: sed nō accedat odium, & rabies atrociora faciendi contra aduersarium.

Defendere est famam, vitam, res retinere certo ordine, sine cupiditate nocendi alteri. Vindicta est nocendi cupiditas in animo irritato. Si quis tibi vitam aut res iniuste eripere conatur, implorare auxilium magistratus iustum est, sicut Paulus prouocat ad Cæsarem, Act. 25. Sed non addas & cupiditatem nocendi. Si verò conuitia dicuntur, considera quando necessaria sit confutatio, & quando non. Tunc est necessaria, cū Euāgelium contumelia afficitur, aut quum inurunt notas scādali, quæ deformant Ecclesiam, aut quum nocent paci, vel amicorū concordie, sicut Athanasius refutauit obiecta criminis magis, & machinationum contra imperatorem. In talibus defensio necessaria est, iuxta illud, Bona conscientia nobis opus est contra causa, bona fama propter proximum. Et talis defensio congruit cum hoc dicto, Benedicite maledicentibus vos, Lucæ 6. Roman. 12.

Sed alia multa sunt conuitia, vt inscitia, ignobilitatis, stoliditatis, & similia, quæ nec lædunt Euangelium, nec scādali notas inurunt, nec nocent paci, hæc non necesse est refutari: sed plerunque ex arrogātia aut superbia oritur refutatio, iuxta illud, Qui velit ingenio cedere, nullus erit. Et contentio paulatim crescens, auget dissidia, quæ quum latius vagantur, sæpe rotas respublicas euertunt Hoc periculum pij intelligāt, & reprimant iracūdiam, & aliquas iniurias prorsus dissimulent atque condonent, publicæ tranquillitati consulentes. Neque de omnibus prauis & magnis rebus statim pugnandum existimemus, quia ait, Mihi vindictam, & ego retribuam. Nam in paruis defensione nihil opus est, contra hic seruus nequam fecisse traditur, quare sequitur.

*Videntes autem conserui eius quæ fiebant, hoc est tantam crudelitatem conserui in conseruū, constrictati sunt valde de vnus culpa & alterius pœna, & venerunt, & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerant.* Conserui angeli sunt, o fores mali, & amātes boni, Apocal. 22. qui vt gaudent, super vno peccatore penitentiam agente, Lucæ 15. ita tristantur de præcipitio iusti, & fratris oppressione, qui dum bonis inspirationibus impios corrigere nō valent, ad Deum altè suspirant.

Sic etiam iusti atque pij catholici conserui sunt, qui zelo iustitiæ accensi, dum vident bonos ac simplices ab impijs oppressi

*Discrimen defensionis & priuatæ vindictæ.*

*Vindicta. quid.*

*Conuitia quando cōfusiunda, et quando nō.*

*Bona conscientia bona fama proximi necessaria.*

*Roman. 13.*

*Cōserui angeli, o fores mali, amātes boni. Conserui etiam pij et iusti.*

primi

primi iniquè, hoc ipsam altis suspirijs apud Deum cōqueruntur, nec paruipendenda talium suspiria. Luc. 18. Deus non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die nocte, & patientiam habebit in illis? dico autem vobis, quia cito faciet vindictam illorum. Crudelitates enim & oppressiones in Ecclesia deferendæ sunt. Nam nisi homines huiusmodi crudelitates accusent, lapides clamabunt. Sic Ioseph patri suo fratrum suorum detulit commissa, non delator, non proditor, sed designatus senatus, & magistratus spiritualis. Accusationem eam Apostolus multis verbis prosequitur, dicens *Quod si quis non obediatur sermone nostro, per epistolam hunc indicare. Accusatio isthæc blasphemijs & sacrilegijs itidem & scandalis omnigenis, Roman. 2. Ezech. 36. nisi obstaret, in cælum vsq; scandala & sacrilegia excreverent. Utinam Apostolica ea præscriptio teneat adhuc.*

2. Theff. 3.

*Accusatores quare contristati dicantur.*

Contristati hic dicuntur accusatores: quia pij religionis tractu, gloriæ Dei respectu, vitiorum odio, talibusq; pijs affectibus impelluntur. Alij quippe proditores, aut voluptate, aut lucri, vel mensæ cupiditate, aut vindictæ ardore, aut huiusmodi affectibus pravis accusant. Iusti verò videntes crudelitatem hominum erga proximos, contristantur: quia ad eandem virtutem pertinet, gaudere de bono, & tritari de opposito malo. Rom. 12. necnō ex eodem charitatis affectu deferunt ad Ecclesiam, Matth. 18. Ex hoc ergo loco consuetudo Ecclesiæ, qua certi censores & vitia, & errores aliorum ad ecclesiam deferunt, est nata, cui diaconatus est obnoxius, eò quòd oculi sint Episcoporum: ideoque tenentur eisdem præuaricationes, tū clericorū, tum laicorum significare. Nec quisquam iudicet tales esse malevolos, quando huiusmodi præuaricationes iudicant, quum teste beato Augustino, magis innocentes non sint, si fratres suos, quos indicando corrigere possent, tacendo perire permittauerint.

*Diaconi oculi Episcoporum.*

*Vocatio hac quādo.*

*Tunc vocauit illum dominus suus.* Hæc vocatio modo fit in conscientia, Prouerb. 1. sed post fiet in iudicio, de qua Apostolus Rom. 14. Omnes enim stabimus ante tribunal Christi, & reddet vnusquisque nostrum pro se rationem Deo. Et 2. Corint. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria, &c.

*Et ait illi, serue nequam,* nocius in proximum, & domino infidelis: nõne ego dominus tantam summam tibi donauit, non ob aliud, nisi quoniam rogasti me? nõ igitur par erat vt tu cōseruus conseruo paululum pecuniæ condonares, & supplicis miserereris? Certè mea in te tam recēs lenitas, re docere debuit lenitatem in conseruum, oportuit propter præcepti obligationem, Matth. 7. propter naturalem inclinationem, quia confrater &

ter & conseruus. Ecclesiast. 13. Omne animal diligit simile sibi, &c. & propter diuinæ bonitatis imitationem, quia miserus fui debitoris decem millium talentorum. Obstupescat hic cælum, quoniam in ferarum mores humanum genus detrusum est. Hinc admonet Apostolus, Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis, cum omni malitia. Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus donauit vobis in Christo, supportantes inuicem, & donantes vosmetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut & Dominus donauit vobis, ita & vos. Chrysosto. Si graue videtur damnum, aspiceret oportet lucrum: si graue videtur præceptum, cogita præmium: si graue sit remittere ei qui te contristauit, hoc est, grauius incidere in gehennam. Nam sequitur:

*Iratus Dominus eius,* non passionis commotione, sed iustitiæ executione. Maxima autem est pœna, nunquam videre dominum placatum, sed dicentem, Matt. 25. Ite maledicti in ignem æternum. Etenim decem milia fulmina melius est sustinere, quàm faciem mansuetam videre auersam à nobis, & tranquillum illum oculum non ferentem videre nos.

*Tradidit illū tortoribus,* id est, dæmonibus, qui executores sunt diuinæ iustitiæ, quoadusq; redderet vniuersum debitum, id est, æternaliter. Nam quia nunquam reddet quod debet, ideo nunquam exibat, & pœnam quam nunquam soluet, semper patietur: Iustè enim æternaliter Deus punit peccatorem obstinatum, qui si semper daretur viuere, semper delectaretur peccare. Ecce qui primò misericors, modò iratus dicitur: quia misericordia & iudicium sibi cohærent, nouit Dei iram, qui ait, Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me.

Ad hanc imaginem vobiscum ager Pater meus cælestis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Illi nemo vestrum non debet plura, in quem nemo non frequenter delinquit, & grauius: quo maior est is in quem delinquit, quoque maiora ab illo beneficia accepit. Peccant homines in homines, sed longe leuiora. Hinc beatus Hieronymus, Formidolosa sententia, si iuxta nostram mentem sententia Dei flectitur, atque mutatur. Si parua fratribus non dimittimus, magna nobis à Deo non dimittentur. Et quia potest vnusquisque dicere, Nil habeo contra eum, ipse nouit, habet Deum iudicem, non mihi curæ est quid agere velit, ego ignoui ei. confirmat sententiam suam, & omnem simulationem excludit flecte pacis, dicens, Si non remiseritis de cordibus vestris. Sunt enim qui rogantium importunitate victi, pacem magis simulant, quàm faciunt.

Ephes. 4.

Coloss. 3.

*Maxima pœna nunquam videtur placatum.*

*Dæmones diuinæ iustitiæ executores.*

Psal. 6.

Psal. 27.



Vindicta  
cupiditas  
quantum  
malum.

Matth. 5.

Pater meus, ait, non vester, vt ostendat istos indignos esse, quorum pater Deus vocetur, quum ita nequā sint, vt homines fratres suos odio prosequatur, nec velint ignoscere ex corde. Cogita ergo quārum malum sit vindictæ cupiditas, quandoquidē donationē Dei reuocat, & irritat. August. Qui diuini beneficii oblitus suas vult vindicare iniurias, non solum de futuris peccatis veniam non merebitur, sed & præterita quæ sibi dimissa iam credebat, ad vindictam ei replicabuntur. Vbi enim homo homini iniuriā seruat, Deus liuoris & retentæ iniuriæ vlci scitur venenum, vt dicit Chrysostr. Eccl. 28. Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam, & peccata illius seruās seruabit. Iac. 2. Iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecit misericordiam. Itaque charissimi erudimini, erudimini Succurrat hic vobis quod dicitur: Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est. dimitemur, dimittentes: etiam non rogati exorari debemus, memores debiti vnusquisque sui ter maximi.

EPILOGVS.

1 Hæc parabola duo complectitur, vt agnoscamus nos peccatores, & aliorum peccata dimittamus. Postremum facilius est, propter primum. hinc verissima hæc sententia veterum: Nemo lædetur nisi à seipso. vide Chrysostr.

2 Benignitas Dei ad indulgendum peccatoribus supplicantibus prona ostenditur, Isaie 55. Multus est enim ad ignoscendum & crudelis vindicta hominum in homines, quæ donationem Dei reuocat & irritat: iuxta illud Ezechiel. 18. Si auerit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, &c. omnes iustitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur propter prauaricationem qua prauaricatus est, & in peccato suo quod peccauit, in ipsis morietur.

3 Parabola Regis, qui confert rationem cum seruis, quid sibi velit, Christus ipse exponit formidolosam sententiam, dicens, Sic faciet vobis Pater meus, si non dimiseritis, &c. vt promissus ad remittendum debita debitoribus nostris. nam indulgentiæ plenariæ sunt ignoscere fratri peccanti.

DOMINICA VIGESIMATERTIA

POST TRINITATEM,

EPISTOLA.

Philip. 3.

Fratres, Imitatores mei estote, & obseruate eos qui ita ambulāt sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulāt, quos sæpe dicebam vobis: nunc autem & sensus dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio in caelis est. Vnde etiam saluatorem expectamus Dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ secundum operationem, qua possit etiam subijcere sibi omnia in Christo Iesu Domino nostro.

IN

IN hac Epistola Paulus facit tria. 1 Primò, hortatur Philippenses, vt se tanquam verum Apostolum vnā cum alijs pijs ac sanctis concionatoribus sequantur. Et ait, Imitatores mei est. te, fratres, & obseruate eos qui ita ambulāt, sicut habetis formam nostram: id est, quemadmodum nos habetis pro exemplari. quasi dicat, Inter vos habituri estis lupos & canes, vt prospiciendum sit vobis, ne seducamini & laceremini. Non enim omnes sinceri sunt, nec sanam & sinceram doctrinam docēt, qui se apud vos, vti magnos & quasi diuinitus ad vos missos doctores ac prædicatores Euangelij & verbi Dei gloriose venditant. Nam in Prophetarum atque Apostolorum numero satan quoque suos transfiguratos in angelos lucis habet, 2. Corin. 11. Quare ait Apostolus, Imitatores mei estote. hoc est, Sicut ego credo, doceo & operor, ita & vos credatis, doceamini & operemini. à lupis autem & canibus vos attendite. Matth. 7. Attendite à falsis prophetis, &c.

Duplici de causa prudenter satis proponit se Apostolus imitandum: Prior est, quia Paulus suæ doctrinæ oprimus & certissimus fuit interpres, sua vita & conuersatione. Posterior est, quia doctrina à pseudoapostolis & falsis prophetis facile peruertere potest. vita autem & conuersatio, quoniam aperta sunt, peruertere tam facile non possunt. Hinc Christus Iudæis opera sua discentianda obtulit.

Quemadmodum veri ac strenui ducis est, nō ore exercitum in aciem & conflictum instigare, sed quum in medios hostes se inijcit, vt viriliter sequantur, adhortari: ita integri pastoris est & ducis gregis Dominici, non voce duntaxat, sed & moribus dirigere subditos, & ad sese imitandum sedulo prouocare. Magno quippe probro datur doctore, si culpa redarguat ipsum, quam in alijs detestatur. Qui alium docet, inquit alio loco Apostolus, te ipsum non doces? &c. Necessarium ergo est, vt planè ad normam legis Christianæ mores componat, qui boni ducis seu pastoris munere fungitur. Sic Iesus cœpit facere & docere, Act. 1. B. Petrus vult eos formam gregis fieri ex animo, 1. Pet. 5. Paulus Timotheum adhortatur, dicens, Exemplum esto fidelium, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate, 1. Timoth. 4.

Et obseruate eos, inquit, qui ita ambulāt, sicut habetis formam nostram. Optat Apostolus minoribus ac infirmioribus perfectionem maiorum: ac si dicat, Qui secundum regulam Euangelicam incedunt, eos diligenter obseruate, eos suscipite, eos in summo pretio habete: factiosorum verò consuetudinem atque clamoribus vulgus fugite, ne cum peruersis peruertamini, sed cum sanctis & electis, sancti & electi efficiamini, Psal. 17. Ideo mirum bonorum exemplum imitandum Apostolus cupit, quia

Duplici de  
causa d.  
Paulus imi-  
tandus.

Ioan. 5.  
& 8.  
Simile.

Roma. 2.

Obseruandi  
qui secun-  
dam euan-  
gelij legem  
incedunt.  
Exemplum  
bonorum  
quare imi-  
tandum.

12

vt ho-

vt homo malo faciliè corruptitur, ita & bono etiam ædificatur. Quamuis enim homo, malo fomite titillante, ad peccandum procliuor est, non parum tamen piorum exemplis, et à prauitate abstrahitur, et correctioribus moribus imbui solet, præsertim ea de causa, quod videat eos, quos æmulari disponit, eadem secum fragilitatis imbecillitate laborare, contempta tamen ista vita, ad supernam requiem alacriter festinare. Istuc Augustinum ad ouile Christi reduxit, Vnde de seipso scribens confitetur, quod antequam baptismi sacramento initiaretur, vehementer formidabat aggredi, quod supra vires arduum arbitrabatur, sed exemplo plurimorum puerorū, etiam & puellarum edoctus, ac quodammodo correptus, quos videbat in fide erudiri, ad baptismum duci, ac in Ecclesia famulari, seipsum ignauitæ arguens, inquit, Quod illi possunt, tu quare non posses? Vnde tandem quod illorum exemplo, etiam sibi possibile fore cognouit, sceleriter aggressus est.

2. Secundo, Apostolus reuocat Philippenses à falsis prophetis & doctoribus, excitat & inflammat eos ad veram fidem, charitatem & patientiam, & admonet non esse omnes promiscuè imitandos, & præscribit eis certa signa, quibus pseudo-doctores cognoscere debeant, atq; ait, *Multi enim ambulant, quos sepe dicebam vobis*. Ambulant aliter à recta via quam docui, ac non rectè viuunt, quos sepe dicebam non imitandos, sed cauendos, cum vobis essem præsens, utpote, per latam viam ad perditionem ambulantes.

*Nunc autem & flens dico, Inimicos crucis Christi, etc.* Grauius eorum crimen deplorat, quod tantæ cæcitatibus erant aliqui, vt illius essent inimici, per quem tanta bona euenerunt, cuius sanguine & cruce salus omnibus aduenit: in qua maximè Apostolus gloriabatur: Mihi, inquit, absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, &c. Galat. 6. quodque per luxum & lasciuiam defluentes, ad æternæ perditionis interitum properabāt. Sic olim rex Dauid impium filium, tum etiam quum patri bellum inferens, animam eius quærebat: lugebat tamen interemptum flens, & dicens, Absalon fili mi, fili mi Absalon. Quis mihi det vt ego moriar pro te, fili mi Absalon, Absalon fili mi, 1. Reg. 18. Ipse proinde Christus de immenso pietatis suæ fonte ciuitatis sanguinum promeritum excidium defleuit, Luc. 19. Hæ partes sunt Episcoporum & aliorum in Ecclesia prælatorum, maximè Abbatum, orare, & deflere peccata populi, ne frustra vtantur suo sudario, aut, vt dicitur, nasitergio, quod illis commissum est ad abstergendas lachrymas, quas vbertim pro grege sibi commissio fundere debent.

*Multi enim ambulant, quos sepe dicebam vobis inimicos crucis Christi, etc.* Erant enim inter illos nonnulli, qui quum Christianismi

Partes episcoporum et aliorum prælatorum, que. Inimici crucis Christi, qui.

Matth. 7.

sacris initiati essent, per otium & luxum vitam ducebant, in Christi Euangelio nec verbo nec opere laborantes, quos Paulus inimicos crucis Christi appellat. Crux enim animam quærit: & ad subeunda pro Christo pericula facit impavidos, iuxta illud, Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me, Matth. 10. & 16. Hi verò quum soluti essent & laxi, vitam agebant à Pauli doctrina, vita, & à cruce longè alienam.

*Quorum finis interitus.* Siquidem stipendia peccati, mors, Roma. 6. & qui secundum carnem viuunt, morientur, Roma. 8. Res clara est in diuine epulone, Luc. 16. Non enim impunè peccatur: sed quæcunque seminauerit homo, hæc & metet. Qui seminauerit in benedictione, in benedictionibus & metet: qui vero in carne, de carne metet corruptionem, 2. Cor. 9. Hos itaque sic errantes, ac tandem interituros, trifariam distinguit Apostolus, quum dicit,

*Quorum Deus venter est: & gloriari in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.*

Sicque appellat Paulus pseudodoctores malos operarios, quia in messe Domini quærunt non Dei gloriam & honorem, sed proprium commodum, neque fideliter laborant in vinea Domini. Curant non oues commissas, sed potius ad res proprias diligenter attendunt, Philip. secundo. Sunt etiam mali operarij, quia cum dispendio animarum fidelium curant ea, quæ suæ placent carni: quorum crudelitatem vindicaturus est Christus.

Vocat eos canes, quia contra Euangelicam doctrinam & puritatem, & contra Ecclesiam, vota, & sacros ordines non aliter atque canes, leones, et lupi crudeliter latrant, rugiunt atque fremunt. vocat eos canes impudentissimos, dormientes, & non latrantes.

Vocat eos concisionem, quia circuncisionem aliasque legis ceremonias, docebat ad salutem esse necessarias: quo peruerso dogmate, alienabantur ac rescindebantur à fide corda recetium Christianorum. & rapiabantur à via salutis ad interitum.

Vocat ventres, quia habent Deum ventrem. Nihil enim faciunt, nisi vt per doctrinam falsam ac turpia meadacia, simplicem arque innocentem plebem seducant. Hi sunt de quibus Sap. 2. scribitur, Venite, inquit, fruamur bonis que sunt, &c. Vino pretioso & unguentis nos impleamus, &c. Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, &c. Hæc cogitauerunt & errauerunt, exæcauit enim illos malitia eorum, & nescierunt sacramenta Dei, neque mercedem sperauerunt iustitiæ, nec iudicauerunt honorem animarum sanctarum. His Christus minatur, vae æternum. Luc. 6.



*Inimici crucis Christi, quare.*

Vocat etiā pseudo-inimicos crucis Christi; quia nolunt imitari vitam ac mortem Christi, recusant hic temporarias cum eo ferre afflictiones, abhorrent ab eius cruce: per quam tamen solam ad æternam vitam, ac immortalem illam beatitudinem patet accessus. Huiusmodi crucis Christi inimici hoc calamitoso seculo exurgunt non pauci, qui, proh dolor, adeo imperterritè viuunt, ac si Deum nunquam cognouissent, qui suis falsis dogmatibus populum seducunt, quos ipse Christus proprio sanguine, & per crucem sibi copulauit, qui propter crucifixi amorem, omnem laborem, omne mundanum tædium subire recusant, omnia cruci contraria, vt voluptates, cupiditates, lasciuias agentes, & insuper eadem hominibus suadentes. Quos præuissè videtur Petrus 2. sua canon. 2. cap. d. Erunt in vobis magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & cum qui erunt eos, Dominum negant, superinducentes sibi celerem perditionem, & multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur, & in auaritia fictis verbis de vobis negotiabitur, quibus iudicium iam olim non cessat, & perditio eorum non dormitat.

*Quare vocat eos terrestria cogitantes.*

Appellat eos tandem terrestria cogitantes. Quia eò nituntur, vt in hoc mundo gloriosi euehantur ad summos honores & magnas diuitias: quò Sardanapali vitam agere possint. De quibus Horatius, Nos numerus sumus, & fruges consumere nati, Sponsi Penelopes, nebulones, Alcinoique, &c. Hi iure terrena animalia vocantur, quippe qui ad terrena semper inclinati, nil aliud nisi quod corporali sensu cognouerint (brutorum instar animalium) concupiscunt. Non sic ille qui ait, Mihi mundus crucifixus est, Galat. 5. qui terrena omnia vt stercora est arbitratus, vt Christum crucifaceret, Philipp. 3. Nec rursus ille terrena sapuit, qui ait, A te quid volui super terram? sequitur post pauca, Deus cordis mei, & pars mea, Deus in æternum. Sed longè diuersum est eorum votum, qui sic terrena sapiunt, vt dicant, Coronemus nos rosis antequam marcescant, Sap. 2. Et rursus, Vnus est interitus hominum & iumentorum. Quis scit si spiritus iumentorum descendat deorsum, & spiritus filiorum Adam ascendat sursum? Eccles. 3. Dicit enim insipiens in corde suo, Non est Deus. non enim proposuerunt Deum ante conspectum suum, sed terram. ideoque nec mirum est, si, qui de terra sunt, etiam de terra loquuntur.

*Psalms. 13.*

*Ioan. 3.*

*Prover. 2.*

Horum gloriam dicit Apostolus esse in confusione. De his quippe rebus gloriantur, de quibus omnino erubescendum est, sicut per Salomonem dicitur, Gaudent quum malefecerint, & exultant in rebus pessimis, quorum viæ peruersæ, & infames gressus eorum. Longè dissimili modo erubuerunt olim rex Manasses, 2. Paralip. vi. & Publicanus, Luc. 18. Vterque autem horum

horum fordatam probris cōscientiam spectans, salubriter erubuit, tantum abfuit vt gloriarentur quum in sua tum aliorum confusione. Sed hi, quorum in confusione est gloria, peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt, Isai. 3. & per Ieremiam 3. à Domino dicitur: Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Sed istorum huiusmodi gloria quid detestabilius? Sanè sicut de admissis, humilis erubescētia Deum placare probatur: ita & de sua vel aliorum confusione gloriari, iram Dei vel maximè prouocat. Denique eorum qui de bonis non suis gloriantur, profectò etiam est gloria in confusione: quales sunt qui huius seculi vanis & transitorijs diuitijs gloriantur: quibus per Apostolum dicitur, 1. Corint. 4. Quid habes quod non accepisti? quid gloriaris quasi non accepisti? Si quis gloriaretur de conductis vestimentis, vel de pecunia, quam sub obligatione triplicis vsuræ mutuam accepit, huius profectò gloria esset in confusione: quum illi potius de his erubescendum sit, quàm gloriandum. Alterius plumis decoratur auis.

3. Tertiò, consolatur Apostolus Philippenses, & omnes Christi fideles spe certa resurrectionis, in qua reddentur glorioso corpori Christi conformes, quum ait, *Nostra autem conuersatio in cælis est, vnde etiam Saluatorem expectamus, &c.* Est autem conuersari in cælis nihil aliud, quàm huic mundo renuntiare, cælestia atq; diuina meditari. Qui mente & affectu superna Dei bona considerat, & illic suam spem collocat, eaq; versat animo, eius profectò conuersatio est in cælis. Hic Apostolus, vt aquila prouocans ad voladum pullos suos, super eos volitat, *Nostra, inquit, conuersatio in cælis est.* Eorum verò conuersatio, qui ventrem pro Deo colunt, in terris est. Aues quippe, quæ sese volatu nequeunt à terra in altum sustollere, feris & aucupi sunt obnoxia: quibus autem integer est alarum vsus, volatu euadunt insectantium insidias. Nos itaq; ne efficiamur præda rugientibus præparatis ad escam, sollicitè caueamus ne proprijs affectibus, ac si alijs, seculi huius amore, quasi quodam tenaci visco infectis, in terra deorsum permaneamus: sed hanc relinquentes, spiritali volatu conuersemur in cælis, ac surgamus, circumueamus, & quæramus cum sponsa dilectum, quem diligit anima nostra, Cantic. 3. Quod vt nos Christus doceret, & in cælum ipse conscendit, vt vbi fuerit corpus, illic sequantur & aquilæ, Luc. 17. vnde ait B. August. Ascendamus interim corde, vt quum dies promissus aduenerit, sequamur & corpore. vnde consequenter subdit,

*Vnde etiam Saluatorem expectamus, dominum nostrum Iesum Christum.* Expectare Est autem expectare Saluatorem nihil aliud, quàm credere Christum Iesum, quæ Iudæi reijciunt, & Gentes contemnunt, è cælo

*Erubescētia peccatorum humilis Deum placat, at gloriatio de malo iram Dei prouocat.*

*Conuersari in cælis, quid.*

*Simile.*

*Expectare Saluatorem, quid.*

*Resurre-  
ctionis me-  
moriam ani-  
mos Chri-  
stianos in  
tribulatio-  
nibus cor-  
roborat.  
Transfigu-  
rari quid.*

venturum iudicatum viuos & mortuos. Apostolus in omni-  
bus suis epistolis & concionibus libenter infert resurrectionis  
memoriam. Nihil enim est, quod perinde animos Christianos  
in suis afflictionibus & tribulationibus fulciat atque corrobo-  
ret, & ad studium bonorum operum inflammet, atque resurre-  
ctionis articulus, dum serio perpenditur, lege 1. Cor. 15.

Est autem transfigurari nihil aliud, quam corpus nostrum  
vile, ignobile & contemptibile, corruptionique subiectum, à  
Christo dum venerit, transformatum iri, ac transfiguratum, vt  
sit cōforme glorioso ac impassibili eius corpori: ita vt amplius  
non sit obnoxium corruptioni, putrefactioni, alijsq; id genus  
miserijs, quibus nunc affligitur: qua de causa ab Apostolo cor-  
pus humilitatis dicitur. Et hanc nostri corporis glorificatio-  
nem potest facere Christus secundum operationem, qua potest  
etiam sibi subijcere omnia. Sua namque virtute & angelos sibi  
subiecit & dæmones. Quum itaque hæc maiora fecerit, multo  
magis & id quod est minus, faciet. Qui omnia ex nihilo crea-  
uit, etiam potens erit humiliatam creaturam, puta passibilem,  
mortalem, onerosam, grauem, carnalem, animale, obscu-  
ram & deformem reformare, & facere impassibilem, immor-  
talem, expeditam, agilem, & carnalibus prorsus desiderijs libe-  
ram, & spiritualem, claram denique & immarcescibili decore  
gloriosam.

*Terrena nō  
sunt tra-  
ctanda ba-  
ptizatis &  
dei filijs.*

Est igitur nobis hic considerandum, nos qui baptizati sumus  
& filij Dei, ac hæredes æternæ vitæ effecti, non debere terrena  
tractare, sed cælestia, atque ita erit nostra conuersatio in cælis,  
id est, in rebus cælestibus. Deinde considerandum hic, quod  
nulla cogitatio sic animos Christianorum in bono confirmet,  
atque illa de resurrectione.

*Misericor-  
dia Dei  
quanta er-  
ga miseros  
peccatores.  
1. Cor. 15.*

Considerandum insuper quanta misericordia atque bene-  
uolentia Deus nos miseros peccatores prosequutus fuerit, vt  
quos mortales atque corruptibiles inuenit, immortales, incor-  
ruptibiles & impassibiles pollicitus sit se effecturum. Oportet,  
inquit Spiritus sanctus per Paulum, mortale hoc induere im-  
mortalitatem, &c. Non enim ideò debemus terreri aut perhor-  
rescere quòd corpus nostrum humo tegetur, à vermibus cor-  
rodetur, & à morte deuorabitur: sed potius læta spe & fiducia  
expectare Christum mox venturum, nos ab omnibus malis  
liberaturum. Hæc resurrectionis fides Iob in magnam spem  
euexit. Vnde & ait, Scio quod redemptor meus viuit, & in  
nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursus circunda-  
bor pelle mea, & in carne mea videbo Deum: quem visurus  
sum ego ipse, & oculi mei conspexerunt, & non alius. re-  
posita est hæc spes mea in sinu meo, Iob. 19. Hęc fides Eleazarum,  
& septem fratres vnà cū matre fortes & alacres reddidit  
ad

ad perferendam martyrij mortem, Machab. 6. & 7. Cū igitur  
tanta sit fidelibus reposita gloria pro tã exiguo labore & certa-  
mine breui, monet fideles in proposito sanctitatis firmiter sta-  
re, & incōcus, & quæ recta sunt semper operari, cū dixit: *Itaq;  
fratres mei charissimi, & desideratissimi, gaudiū meū & corona mea, sic  
state in domino charissimi* Ac si dicat, Et si illos carnales homines,  
quorum Deus venter est, perspicitis luxui esse addictos, vobis  
tamen præstandum est, vt stetis spe certiores, vtpote qui sitis  
habaturi tandem hanc, quæ dicta est, corporum gloriam, nec  
propter illos in vllam partem à recto declinetis.

Est quoque hic aduertendum quantis hos laudibus prose-  
quatur. nam & fratres appellat, & charissimos dicit, desidera-  
tissimosque, hoc est, aliquando per se conquisitos, inuentos  
demum & visos. Nec gaudio solum hos esse sibi, sed & coronæ  
affirmat, qua nihil est gloriosius decertanti. Vos inquit, estis  
gaudium meum, de quorum fide & moribus gaudeo, & coro-  
na mea in futuro, per quos & in præsentem lætificor, & in futu-  
ro coronabor. Discipulis enim in agone victoribus dignus erit  
corona magister. Nihil itaque restat, quam vt perseueranter  
steris in Domino, sicut & hæcenus stetitis, & sicut me & mihi  
similes stare cognoscitis. Qui enim perseuerauerit in finem  
hic saluus erit.

*Nihil glorio-  
sius corona  
decertanti.*

*Matth. 24.*

Postremò, se speciatim conuertit ad exhortationem sancta-  
rum quarundam dominarum duarum, d. *Euchodiam rogo et Syn-  
tichen deprecor id ipsum sapere in domino*: ac si dicat, Omnes quidē  
monitos volo generaliter, sed specialiter has venerabiles do-  
minas id ipsum in fide sapere in Domino, hoc est, secundū Do-  
minum. Has mulieres potissimum rogat, quia præ cæteris re-  
ligiosæ erant, & Christi Euangelium prædicantes solebant re-  
cipere, eisque de suis facultatibus ministrare. Vnde apparet,  
has tanquam primates in Philippensium Ecclesia fuisse. Cæte-  
rùm commendat has Apostolus miræ virtutis viro, qui harum  
alteri vel vir erat vel frater. d. *Etiā rogo te germane compar, Ad-  
iuua illas quæ mecum laborauerunt in Euangelio, cum Clemente & cæ-  
teris adiutoribus meis quorū nomina sunt in libro vite.* Fortassis car-  
ceris hic erat custos, quem B. Lucas testatur grandi miraculo  
per Paulum ad Christi fidem fuisse cōuersum: dicens illi, Nūc  
verè germanus es frater, nunc virum te proprium & coniun-  
ctissimum geres, si in opere Domini, & iugum pariter ipse  
traxeris, sanctis hisce mulieribus opem ferens. Potest etiam  
hic locus sic accipi, *Rogo te germane compar*: q. d. Te rogo mi fra-  
ter & germane in Christo, compar in ministerio Euangelicæ  
prædicationis, adiuua confortando illas ne deficient, quæ in  
Euangelio mecum laborauerunt. Vnde patet eas scientes le-  
gis fuisse, quæ in Euangelio mecum laborauerunt. Euangelium

*Act. 16.*



mecum verbo, quantum potuerunt, confirmantes, & opere necessaria mihi ministrantes: quæ etiam non modò mihi cooperatæ sunt, sed etiam cum Clemere & cæteris coadiutoribus & commilitonibus meis, qui etiam in Evangelica prædicatione laborauerunt, illis, sicut & mihi, necessaria ministrando. Et ne molestè ferant sua nomina in hac Epistola non comprehensa, addit, *Quorum nomina sunt in libro vitæ.* Vides quântum virtutis hisce tam mulieribus quàm viris inesse testificetur, vt etiã cælo inscribidigni sint: quod grãdi munere donatum esse Apostolis Dominus testatur, dicens: Gaudere & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cælis.

Lucæ 10.

Sanctorum exempla bona imitanda.

Dogma.

Ecclesia Romana sic docet imitanda atq; sequenda Sanctorum exempla, vt non peccet in Dei mandata. Quomodo enim Sancti imitandi sint, tradit Paulus in prima illa ad Corinth. Epistola, cap. 4. vbi ait, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. In quibus Adamum terrenum, & nõ diuinum sunt secuti, nobis sancti imitandi haud proponuntur, sed in quibus imitati sunt Christum: quod tractat Augustinus elegantissimè, lib. 2. contra secundam Gaudentij epistolam, cap. 23.

EPILOGVS.

1 Hortatur Apostolus, vt se exemplar electum Dei organum, imitentur Philippenses, non falsos Apostolos, qui spem passionis Christi, per quæ peccata dimissa, auferentes, in legis ceremoniis collocabant: quod & istos hodie arguit, qui neglecta vera pietate, fiduciam habent in frigidis hominum ceremonias, planeque in multis ironicas.

2 Descriptio falsorum apostolorum, inimici crucis Christi qui terrestria curant quorum Deus venter est, et gloria in dedecore, quorum finis perditio.

3 Conuersatio nostra in cælis est, ex quo Saluatorem expectamus Dominum Iesum, qui transformabit corpus nostrum humile. Hinc credentes & habent scopum Evangelicum & miram consolationem in formis crucis salutaribus, scientes quod corruptibile induet incorruptionem, & mortale immortalitatem.

## DOMINICA EADEM

EVANGELIVM.

Matth. 22.

In illo tempore, abeuntes pharisæi, conciliũ inierunt vt caperent Iesum in sermone: et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes: Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominis. Dic ergo nobis quid tibi videtur; licet cæsum dare Casari, an non? Cognita autem Iesus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritæ? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Iesus: cuius est imago hæc & superscriptio? Dicunt ei: Cesaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cesaris, Cesaris: & quæ sunt Dei, Deo.

Hoc

Hoc Evangelium complectitur duo. 1. Primo insidiosam Pharisæorum quæstionem: qua captiosè Christum tentare, & illaqueatum in sermone, reum mortis agere conabantur. Et quoniam neque eius doctrinam, neque viram poterant accusare, insidijs eum adoriuntur: hoc etiam scelerationes, quod fraudem addunt malitiæ, quemadmodum sceleratior est, qui veneno occidit, quàm qui gladio. Sic Ioab 2. Reg. 20. & Iudas, Matth. 27. grauius peccauerunt signo pacis, hoc est, osculo, committendo homicidium, quàm si hic cum Iudæis Christum cruci affixisset, iste verò gladio aperto Amasam & Abner iugulasset.

Abeuntes Pharisæi consilium inierunt, vt caperent eum in sermone. Agitant causam vltro citroque habitis verbis, dicentes: Non conuenit vt persona propria Christum accedamus, quoniam suspecti sumus: & fortassis cum perspexerit fraudes nostras, nos coloribus nostris depingeret, & populo audiente, conuitorum plaustra in nos effunderet. Mittamus ergo discipulos nostros cum Herodianis. Huc quadrat quod Chrysostomus inquit, Omnis malitia confunditur aliquoties, corrigitur nunquam, maximè eorũ, qui proposito malo, non ignorantia peccant, Eccle. 7. Nemo potest eum corrigere, què Deus despexit. Sicut enim non potest fieri, vt ligna mittendo extinguas ignem, sic non potest fieri, vt rationem reddendo places hominem malum. Quemadmodum si aliquis occludere voluerit aquæ currentis meatum, quæ, si vna parte exclusa fuerit, violentia aliunde sibi semitam rumpit: sic eorum malignitas vna ex parte confusa, alium sibi aditum adinuenit. Marc. 12. Et mittunt ad eum quosdam ex Pharisæis & Herodianis. Luc. 20. Et obseruantes, miserunt insidiatores, qui se iustos simularent, vt caperent eum in sermone, & traderent illum principatui & potestati præsidis.

Consilium inierunt tale, inquam, cuius Isaias 8. cap. meminit: Inite consilium, & dissipabitur: loquimini verbum, & non fiet. Et quale consilium, tales & consiliarij. Nam homines coloni cuius terram possident, eius auxilio opus habent: qui verò iustitiam tenet, nullius patrocinio indiget, nisi Dei: qui autem in diaboli iniquitatibus ambulat, diaboli adiutoriũ necessarium habet. Stulti ergo consilium ceperunt, nescientes consiliũ non esse contra Dominum. Qui dissipat cogitationes malignorum ne possint implere manus eorum, quod ceperant, qui apprehendit sapientes in astutia sua, & consilia prauorum dissipat. Isa. 29. Væ qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera, & dicunt, Quis videt nos, & quis nouit nos? &c.

Mittunt ad eũ discipulos suos cū Herodianis, qui inter se diffidelæt dogma-

Quæstio Pharisæorum insidiosa.

Malitia confunditur aliquoties, corrigitur nunquam. Simile.

Simile.

Quale consilium, tales &amp; consiliarij.

Proue. 21. &amp; Iob 5.

*Similia.**Pharisæorum commentum.*

dogmatis, sed consentiebant in odium Christi. Iuvenes quidem erant qui mittebantur, sed malitia pares mittentibus, similes serpentibus paruulis, qui licet ætate & magnitudine cæteros non æquent, veneno tamen æquales sunt: similes quoque luporum catulis, qui tametsi iugulare non valeant, tamen sanguine gaudent & morsibus ludunt. Hos ergo mittunt ut blando exordio, ex Christo, tanquam veritatis magistro atque doctore, quærant vtrum liceat censum dare Cæsari, an non. Cum enim Iudæa tributaria facta esset Romanis, quibusdam indignum videbatur populum Deo dicatum, qui in primitiis, decimis, & sacrificiis Deo seruebat, pendere tributum principibus idololatriæ. Rursus alij Cæsari fauentes iustum iudicabant, ob pacem & terræ negotia conseruanda per suos, quod sine expensis fieri non potest. Euit igitur hoc eorum commentum. Si dixerit dandum, irritabit vniuersum populum Iudæorum, qui accusabunt eum legis Mosaicæ & libertatis publicæ euersorem atque oppressorem, utpote, minus fauentem religioni diuinæ, & adulantem principibus prophanis: si autem dixerit non dandum, excirabit Herodianos in capitis sui perniciem: qui eum, ut seditiosum, & læsæ maiestatis Cæsareæ reum comprehendent, dabitque pœnas, quas antè Theudas & Iudas dederant, qui dixerunt hoc illicitum, quare ut seditiosi sunt puniti, Act. 5. Sic eo trucidato liberabimur, & tamen non videbimur causam præbuisse mortis.

Sed quomodo se gerunt Pharisæorum discipuli? Primò, veniunt tanquam filij Dei facti & homines sinceri, cum tamen essent honoris diuini fures, verbiq; diuini falsi interpretes, & omnium mandatorum Dei hostes maximi. Veniunt tanquam Cæsaris fidelissimi subditi, cum tamen essent Cæsareæ maiestatis hostes infensissimi: ut qui sæpius multitudinem ad arma excitassent, multasque fecissent seditiones in populo, ut eo nomine non semel cladem acceperint. Veniunt, ut capiant eum in sermone, quem non poterant capere in opere: quia facilius labitur homo verbo quam facto. Iaco. 3. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir.

*Malitia prima hypocritarum, simulata laudatio.*

Secundò, captant beneuolentiam à persona Christi, quem laudant atque extollunt, aliud gerentes in ore, & aliud in pectore, dicentes, *Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo; non enim respicis personam hominum.* Hæc prima hypocritarum malitia, simulata laudatio. Laudant enim, quos perdere volunt, ut per delectationem laudis, corda hominum ad simplicitatem confessionis inducant. Prouerb. 11. Simulator ore decipit amicum suum. Psalm. 27. Pacem loquuntur cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Exordiantur à blandiloquentia, sicut apes mel ore

gestantes, & retrò pungentes, quasi falli possit blandimentis, qui toties declarat sese nihil nescire: tanta erat cæcitas, ut re toties frustra tentata, non conuiescerent.

Magistrum vocant, cuius tamen nolunt esse discipuli. Lucæ 6. Quid vocatis me magister & domine, & non facitis quæ dico?

Veracem prædicant, veritate vitæ, doctrinæ & iustitiæ, cuius tamen vitam imitari, conciones audire, atque iustitiam timere nolunt. Dicunt namque illum non curare quenquam, nec respicere personam hominum. Non pudet eos inconstantiæ, qua nunc magistrum appellant, & laudant, cum antè calumniati sint illum spiritum Beelzebub habere, Matth. 12. Luc. 11. Ioan. 8. voracem, vini potatorem, publicanorum & peccatorum amicum esse, Matth. 11. & Ioan. 7. & Matth. 27. seductorem.

His dulcibus verbis arbitrantur eum liberius prolaturum, que sentiat de Cæsare, daturumque illis optatum responsum: nempe, tributa non debere solui, ut audientes Herodiani, statim seditionis contra Romanum principem teneant authorem.

Tertiò, proponunt quæstionem, *Dic nobis, inquit, quid tibi videtur? licet censum dare Cæsari, an non?* Quasi dicerent, *Noti nos esse populum Dei, cui debemus & soluimus primogenita, victimas, decimas, & holocausta legalia: Iniquum ergo nobis videtur Cæsari tributa dare.* In hanc opinionem induxerunt eos Pontifices, Pharisæi & Scribæ. Inculcabant Iudæis eos esse liberos, & nullis legibus obnoxios, eò quòd semen essent Abrahæ. Laqueum igitur parant, quem difficile effugiat, ut sibi videbatur: sed comprehensus est in illo pes eorum, Psalm. 9.

2. Secundò, hoc Euangelium complectitur prudentissimum Christi responsum, quo suis ipsorum laqueis captos Pharisæos confundit, & omnium circumstantium ludibrijs præbuit deridendos. *Cognita enim eorum malitia, ait, Quid me tentatis hypocritæ? Sunt autem hypocritæ & simulatores, qui simulant pietatem, cum sint intus & in cute impiissimi homines: qui simulant æquitatem, cum sint impostores nequissimi.* Simulata enim æquitas, est duplex iniquitas: de quibus Iob 36. *Simulatores & callidi prouocant iram Dei.* Pharisæi ergo blandiebantur, ut perderent, sed Dominus increpabat, ut saluaret. Prouerb. 27. Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis.

*Simulata æquitas, duplex est iniquitas.*

*Ostendite mihi numisma census.* Hoc dicto prostravit eos suis ipsorum gladijs. Marc. 12. *Afferte mihi denarium ut videam.* Dabatur enim denarius pro censu, habens imaginem Cæsaris, qui valebat decem nummos.

Offe-



*Prouer. 1.*

*Prouer. 26*

*Inscriptio  
quid ar-  
guat.*

*Veritas li-  
berè profe-  
renda, etiã  
si capitis  
periculum  
impēdeat.*

*Subditi  
que de-  
beant su-  
perioribus.*

Offerentibus illis denarium, ait: *Cuius est hæc imago & super-  
scriptio?* Non de ignorantia quærit, sed vt competenter eorum  
verbis respondeat. Sapientia enim semper sapienter agit, vt  
suis potissimum tentatores sermonibus confutentur, & per  
responsionem ipsorum obnoxios eos ostendat, qui nec Deo  
nec Cæsari redderent, quod deberent. Simulat quoque se nul-  
lam habere cognitionem monetæ nec scire literas, vt cogitare  
possent Iudæi, Eia, captus est, sibi meruit, adulatorus est Cæ-  
sari, non audeat liberè, quæ sentit, eloqui. Sed frustra iacitur  
rete ante oculos pennatorum, Prouer. 1. Et qui fodit foueam,  
incidet in eam.

Et cum dicunt, *Cæsaris*, respondit: *Reddite ergo quæ sunt Cæsa-  
ris, Cæsari: & quæ sunt dei, deo.* Inscriptio hæc arguit Cæsarem  
longè lateque per orbem regere, dominari, militare, contra-  
ctus vestros tum disponere, tum confirmare: decet itaque vt  
ideo tributa illi pendatis & census. Quia autem & ad Deum  
decimæ pertinent atque primitiæ, illas quoque ministris eius  
date sacerdotibus, vt pro vobis orare possint Dominum. Vtrunq;  
Christus impleuit, quando in spiritualibus sedulo studuit im-  
plere voluntatem patris sui cælestis. Interim & Cæsari quod  
suum erat tribuit. Namque matrem suam voluit ascendere  
in Bethlehem, cumque Iosepho nomina dare sub Augusto  
Cæsare, Luc. 2. Pro seipso quoque & Petro soluit didrachma,  
Matth. 17. Nec inuenies vsquam, quod aduersus Magistratum  
dixisset Dominus, quoad dignitatem & potestatem,  
atque ea omnia, quæ subditi suis superioribus præstare tenen-  
tur. Quasi ergo dicat, Hactenus detraxistis Deo honorem,  
nunc etiam præsumitis Cæsari præripere tributum, estisque  
authores seditionum maximarum, peccantes in Deum & in  
Cæsarem, digni qui crudelibus vtriusque supplicijs afficia-  
mini. Nam tantum vobis largitur Deus, vt vtrunque illud  
bene possitis persolvere, plura largiturus si vtrunque præsta-  
reris.

Hinc discimus, Primo, quod Iudæi dicunt, *Magister, scimus  
quia verax es.* id sibi dictum putent omnes concionatores, vt li-  
berè veritatem loquantur, etiam si periculum capitis impen-  
deat. 2. Thimoth. 2. Sollicitè autem cura reipsum probabilem  
exhibere Deo, operarium inconfusibilem, rectè tractantem  
verbum veritatis.

Secundo discimus, cum Christus ait, *Reddite quæ sunt Cæsa-  
ris, Cæsari:* vt id sibi dictum censeant subditi omnes, imo etiam  
clerus ipse, tempore necessitatis, pro Ecclesiæ defensione, vt  
vult B. Ambrosius, quorum est pensiones, tributa, atque vecti-  
galia soluere, Rom. 13. cõgruam subiectionem & obeditionem  
reddere, 1. Pet. 2. Rom. 13. deuotam venerationem & reueren-  
tiam

tiam exhibere, Rom. 13. 1. Pet. 2. demum feruidam orationem  
pro ipsis fundere. 1. Timoth. 2. Obsecro primùm omnium fieri  
obsecrationes, postulationes, orationes, gratiarum actiones pro  
omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus qui in subli-  
mitate sunt constituti, vt quietam & tranquillam vitam agamus  
in omni pietate & castitate: hoc enim bonum & acceptum est  
coram Saluatore nostro Deo. Nam Prouerb. 21. Sicut diuision-  
es aquarum, sic cor Regis in manu Domini, quocunque vo-  
luerit, inclinabit illud. Vnde ad populi peccata Dominus per-  
misit Dauid cadere in peccatum superbiæ & inobedientiæ, nu-  
merando populum, quare Dominus peste percussit vna die sep-  
tuaginta millia virorum.

Adlit, *Reddite quæ sunt Dei, Deo.* Id sibi dictum censeant ma-  
gistratus omnes mundani, quorum est Ecclesiam catholicam  
Romanam ab iniurijs hæreticorum defendere, pacem confer-  
uare, viduas ac pupillos ab iniurijs defendere, eorumque cau-  
sas tueri, Psal. 81. Isa. 1. Deinde Ecclesiastici, quorum est Euan-  
gelium syncerè prædicare, sacramenta iuxta ordinationem Ro-  
manæ Ecclesiæ cognoscere, & administrare. Cæterum omnes,  
cum prophani, tum ecclesiastici debitum censum reddere tenen-  
tur Regi cælesti Deo. Chrysost. Numisma Cæsaris, aurum est:  
numisma Dei, homo. Ideò diuitias vestras Cæsari dare; Deo  
aurem conscientiam vestram solam innocenciam reseruare, vbi  
Deus videt. Sicut enim in denario census imago Cæsaris ex-  
primitur, sic Deus requirit à nobis animam lumine vultus sui  
insignitam, Psal. 4. Nam ad imaginem Dei homo creatus est,  
Genes. 2. Vile numisma titulum & imaginem habebat Cæsa-  
ris: si hunc agnoscis, & pendis Cæsari quod debetur; quanto  
magis reddendum Deo, cuius imaginem gerit omnis homo?  
In baptismo character Dei impressus est animo tuo, ne cum  
tradas diabolo. Christiani titulo gloriaris, reddas ergo illi  
quod debes ex professione. Deuter. 10. Et nunc o Israël, quid  
Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominum Deum  
tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum, ac seruias Domi-  
no Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua, custodiasque  
mandata Domini? &c.

Ex hoc Euangelio eliciuntur aliquot doctrinæ.

1. Christus docet Ecclesiæ auctoritatem & regnum diuersa  
esse à regno, & auctoritate mundi: sic tamen vt neutrum reii-  
ciat, sed potius confirmet. Ad regnum mundi pertinent cen-  
sus, tributa, vectigalia, decimæ, pensiones, & huiusmodi: per-  
tinent & ius, & auctoritas effundendi sanguinis humani, quã-  
do res postulat. Potest ius dicere ciuibus dissidentibus aut dis-  
sentientibus, & quod suum est, unicuique tribuere, rebelles de  
bis pœnis punire.

*Simile.*

*2. Reg. 24.*

*Magistra-  
tus officium,  
quod.*

*Ecclesiasti-  
corum offi-  
cium.*

*Numisma  
Cæsaris, aurum;  
numisma  
Dei, homo.*

*Ecclesiæ re-  
gnum & au-  
thoritas di-  
uersa à re-  
gno mundi.*

Ad

**Regnū Dei** Ad regnum Dei pertinent ex doctrina huius Euangelij, in  
quid pote- suis causis ius dicere, filios rebelles punire, ac pœnas meritas  
statis ha- eis infligere. Habet hoc regnū potestatem spirituales, qua pec-  
beat. cantes beneficijs spiritualibus priuat, corporalibusque pœnis  
castigat. Habet enim carcerē, tribunalia, auctoritatemq; diui-  
nitus concessam, qua animas ipsas ligare possit, si iusta sublit  
causa, Ioan. 20.

**Magistra- 2** In verbo, *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo:*  
sus nō de- ostendit Christus quod magistratus non debeat exercere tyrā-  
bet tyrā- nidem in subditos, & cuncta diripere, quæ possidēt: sed debent  
nidem exer esse contēti telonio & tributis debitīs. Non dicit, Reddite Cæ-  
cere in sub sari omnia, sed quæ sunt Cæsaris. Non instituit Deus magistra-  
ditos, sed tum, vr pro suo arbitratu & libidine expilaret subditos: sed vr  
contentus ab illis moderatē exigeret, quæ ad Remp. honestē gubernādā  
esse tributis spectarent. Si autē ingruat grauis & magna necessitas Reipu-  
debitis. tunc contribuendum est magna promptitudine: idque adeo vr  
Respub. habeat quo possit imminens periculum vitari, peccar-  
etque mortaliter, qui hoc ferre recusaret.

**Magistra- 3** A magistratu politico seu prophanō habemus protectio-  
tui obediē- nem corporis atque bonorum, iuxta leges patrias; A Deo au-  
dum si ni- rem habemus ipsum corpus, & ipsam animam, & post hanc vi-  
hil præcepe- tam, æternam beatitudinem. Magistratus potest tantum occi-  
rit contra- dere corpus: Deus verò corpus & animam perdere, & in gehē-  
dei manu- nam mittere, Matth. 10. Si magistratus aliquid contra Dei mā-  
datum. datum præceperit, obediendum magis Deo, quàm hominibus.  
Aēt. 5. Sic Matathias noluit obedire Regi præcipienti aduer-  
sus mandata Dei, 1. Mach. 2.

**4** Sicuti Deus auctoritatem regendi populum præstitit ma-  
gistratui, & semper promouet: ita magistratus debet Deo, &  
ipsius sponsæ Ecclesiæ Romanæ omnem obedientiam, & sicuti  
Romana Ecclesia docet populū magistratui esse subiectum:  
ita & ipse (qui non sine causa gladium portat) debet Ecclesiam  
defendere, & subditos suos ad eius obedientiam & reuerētiam  
compellere: quod ex diuino iure prophanus magistratus debet  
ecclesiastico: & sic adimplebunt præceptum Christi, Reddite  
quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Videant ma-  
gistratus, qui non modò Ecclesiæ Romanæ rebelles se præ-  
stant, verum etiam vr è medio ipsam tollant, omnem lapidem  
mouent, quid responsuri sint Deo, qui eam gubernat, qui eam  
fouet, & eius causam in se recipit: isti enim confusi à facie ip-  
sius fugient in die iudicij, eò quòd non reddiderint Deo, quæ  
Dei erant.

## EPILOGVS.

**1** Tributum soluebāt Iudæi, cum res eorū ad Romanorū manus venis-  
set: & viderēt Theudā & Iudam hac de causa quasi seditiosos punitos.  
Hac

Hac ergo interrogatione Christum in similem suspicionem conantur inji-  
cere, & tanquam factiosum præsi tradere, sed non est consilium con-  
tra Dominum. Prouerb. 21.

**2** Christus interrogatus de censu Cæsari dando, sic prudentia serpenti-  
na Iudæis respondet, notans illorum vitam, qui solliciti quid deberent  
Cæsari, non illud potius curabant quid deberetur Deo.

**3** Cum audis, Reddite Cæsari, quæ sunt Cæsaris, illa solūm dici non du-  
bita, quæ pietati & religioni non officiant. Nam quod virtuti & fidei  
obest, non Cæsaris, sed diaboli tributum & vectigal est.

DOMINICA VIGESIMA  
QUARTA POST TRINITATEM,  
EPISTOLA.

**F**ratres, non cessamus pro vobis orantes & postulantes, vt implea-  
mini agnitione voluntatis eius, in omni sapientia & intellectu spiri-  
tualī: vt ambuletis dignè, Deo per omnia placentes, in omni opere bono  
fructificantes, & crescentes in scientia Dei, in omni virtute confortati, se-  
cundum potentiam claritatis eius, in omni patientia & longanimitate  
cum gaudio gratias agentes Deo & Patri, qui dignos nos fecit in partem  
sortis sanctorum, in lumine. Coloss. 1. c.

**I**N HAC Epistola Paulus primo, Colossensibus gratiam &  
pacem optat pro salutatione. Deinde collaudat eos, quod  
pseudoapostolis nō auscultauerint, sed in doctrina Christi con-  
stantes permanerint. Tertio exhortatur eos, vt in Euangelicæ  
puritatis eloquio perseuerent: bonamque conuersationem ha-  
bentes, salutaria proferant opera, bonosque fructus edant.

Perit autem à Deo sex dona Colossensibus eroganda: Prin-  
cipio, Ex qua die, inquit, audiuius, scilicet, fidem vestram & cha-  
ritatem, non cessamus pro vobis orantes, &c. Concordat Epistolæ  
Euangelium. Ibi orat Archisynagogus, hic Apostolus: ille pro  
filia, hic de Ecclesia sollicitus orat, postulat. Orat Apostolus tā-  
quam caput Ecclesiæ, orationis partes præcipuè commissas in-  
sinuans Episcopis. Sacerdotum quippe potissimum, & pontifi-  
cum est sedulo orare pro populo, sacra facere, septem horas ca-  
nonicas persolvere, quod ex sacris scripturis satis lucidè pro-  
bari potest. Nam Christus ait, Luc. decimo octauo. Oportet  
semper orare, & non deficere. Consonat dictum Apostoli, 1.  
Thessalon. 5. Sine intermissione orate. Item hoc Psalmogra-  
phi, Septies in die laudem dixi tibi, & illud, Media nocte sur-  
gebam ad confitendum tibi. Si stramētitijs auctor quibusdam  
videtur Iacobus, d. Infirmatut quis in vobis, inducat presby-  
teros, & orent pro eo, &c. audiatur iterum Apostolus, Omnis  
pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus cōstituitur  
in his quæ apud Deum aguntur, vt offerat dona & sacrificia  
pro  
Quotupli-  
cia dona  
petat Pau-  
lus erogā-  
da.  
Sacerdotū  
potissimū  
est, sedulo  
orare pro  
populo.  
Psal. 118.  
Ibidem.



*Sacerdotale munus propriè orare & oratione hostes prosternere.*

*Ecclesie arma orationes & lachrymæ. Och Heere en wi'tse niet vergeet, die daer dolen ende den wech wel weten.*

*Lucæ 12. Orationis conditio- nes quot.*

*Oratio quid.*

*Matt. 7. & Ioan. 16.*

*In oratione quid petendum.*

*Sapientia, quid.*

*Psal. 1.*

*Prudentia spiritalis, quæ.*

pro peccatis. S. Hieronymus in Leuiticum, exëplo Moſis declarat, ſacerdotale munus eſſe propriè orare, & oratione hoſtes proſternere. Vnde etiam Ambroſius dicit, Eccleſiam arma non habere, niſi orationem & lachrymas. Denique Chriſti, Petri, Pauli, & omnium Apoſtolorū exempla declarant Pontificum & ſacerdotum eſſe orare pro ignorantijs populi. Sed quia magna iam pars illorum extra Chriſti viam oberrant, & ſcandalizant plurimos in lege, & vix pro ſe orant, quin potius abiectis armis ſpiritalibus, externis ſe defendere atque vindicare volunt, neceſſe habent, vt & pij catholici ſupplices apud Deum pro ipsis intercedant, quatenus digni operarij fiant in meſſe Domini, Lucæ 10. dicantque, O bone Deus, ne, quæſumus, obliuiſcaris eorum, qui cum gnari ſint viæ mandatorum tuorum, nihilominus longè extra eam aberrant. Ad eos torſit Chriſtus verbum hoc Euangelium, Seruus ſciens voluntatem domini ſui, & non faciens, plagis vapulabit multis.

*Non ceſſamus, ait, pro vobis orantes & poſtulantes.* Sic ait etiam, Rom. 1. Sine intermiſſione memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis. Orationis conditiones ſunt duæ. Prima eſt, vt homo cum corde, tum ore Deum precetur. Corde primùm, deinde ore, quia oratio præcipuè eſt mentis aſcenſio in Deum. Ore fieri debet, quo cordis noſtri intima manifeſtamus Deo. Altera cõditio eſt poſtulatō, hoc eſt, chariſmatū vel donorum cæleſtium petitiō: Orare eſt poſtulare, qui nō poſtulat, nō orat. Petite, ait Saluator, & dabitur vobis, &c. Omnis qui petit accipit, &c. Si quid petieritis Patrē in nomine meo, dabit vobis. 1. Apoſtolus petit vt impleantur agnitione voluntatis Dei in omni ſapientia ſpiritali, quæ eſt ſana doctrina fidei, charitatis, & cognitionis Dei. Item omne quod pertinet ad Dei gratiam & virtutem, vt agnitiō peccatorum, eorundem contritiō & confeſſiō, reconciliatiō, iuſtificatiō, Spiritus ſanctus arrhabo noſtræ ſalutis. In ſumma, ſapientia, quam hīc Paulus precatur Coloffenſibus, eſt qua homo nouit, quid ſit Deus, quid ſit homo, quid ſit Chriſtus, quid pro nobis fecerit, & quid nos ipſe facere iubeat, ita vt in terris nihil præſtantius, pretioſius & excellentius exiſtmet, quàm Dei verbum incarnatum, crucifixum, mortuum, & reſuſcitatum, cuiusq; gratiam & mandata, vtque etiam ſemper in lege Domini ſit voluntas eius die ac nocte.

Petit quoque hīc, vt impleantur agnitione voluntatis Dei in omni prudentia ſpiritali, quæ eſt externa cū hominibus conuerſatio, qua poterimus colligere & iudicare, quodnam opus externum pium Deo placeat, aut impium illi diſpliceat. Huc pertinent ſacrarum ſcripturarū exhortationes ad vigilijs, preces, obſequia, auxilia, & pietatem. 2. Tim. 3. Omnis ſcriptura diui-

diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſticia, vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus. Item, quæ adhortantur ad honorum exhibitiones, charitatis officia, liberorum educationem, & rei domeſticæ adminiſtrationem. Vocat autē illam ſpiritualem prudentiam, vt eam ſeparet à carnali & mundana; quæ de Deo & eius voluntate aliter ſentit, exiſtimatq; afflictoſ à Deo derelictos, cum ſint beatiffimi, & Deo vnice chari, Matth. 5. Gregor. Inutilis eſt intelligentia ſine ſapientia. Sapia-entia indicat, intelligentia capit.

Nemo ergo aliter poteſt facere voluntatem Dei, niſi prius impleatur agnitione voluntatis eius. Hinc orabat Dauid, Doce me facere voluntatem tuā, quia Deus meus es tu. Vult enim dicere Apoſtolus. Dixerim vos iam aliquid aſſecutos ad veſtri intellectus illuminationem, ſed non omne quod neceſſarium eſt. Quod enim ſitis per fidem ad Deum deducti, non ignoratis: quod verò id per interceſſum filij ſit effectum, vobis cum deſit lateatque, precor ſuppleri: Id namque voluit Deus, & id illi beneplacitum fuit, vt Filium pro nobis, non angelos traderet, Ioan. 3. Heb. 2. At quoniam Philoſophi impoſtores in vos ſubintroierunt, velim vos, inquit, in omni ſapientia & intelligentia ſpiritali, & non ſophorum adinueniōne inſtructos. Nam hæc eſt voluntas Dei in ſuis fidelibus, Matth. 10. Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes, &c.

2. Petit Apoſtolus, vt ambulent dignè Deo, hoc eſt, qui iam cognouerunt Dei voluntatem, & ſunt donati ſapientia, & prudentia ſpiritali, qua agnoſcant Chriſtum, per quem ſolum (non autem per angelos Simonis) nobis contigit reconciliatio: ſic vitam inſtituant, vt hæretici & Gentiles videant ex eorum operibus, quæ ſit Chriſtianorum prudentia, ſapientia, ratio vitæ, & Dei noſtri voluntas. Quod fiet profecto, ſi ita in ſanctitate & iuſticia coram ipſo viuunt, atque conuerſentur, quemadmodum requirit diuina maietas, vt omnes dicant: Benedictus ſit Deus omnipotens, qui hos viros dedit nobis & iuſtè viuunt, (quemadmodum de ſeruis Dauid teſtificatum narrat Regum hīſtoria.) Non grauantur promp-è & ſtudio-è, proximis in ſeruire, opem ferre, & cõſolari, nemini ſuam operam denegāt, & omnibus cõſilio & ſubſidio ſuo adſunt. Quod & Chriſtus præcipit. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, &c. Et Philipp. 2. Sitis ſine querelâ, ſicut filij ſimplices in medio nationis prauæ, &c. Item, conuerſationem inter gentes habete bonam, &c. Hæc vera & præclara charitatis opera teſtimonium reddunt infideiibus de Dei noſtri bonitate, hoc eſt, dignè Deo ambulare.

*Voluntatem Dei nemo implet ſine eius agnitione.*

*Pſal. 142.*

*Ambulandum dignè Deo.*

*1. Reg. 25.*

*Matth. 5.*

*1. Petr. 2.*

*1. Cor. 12.  
Ambulare,  
currere,  
& hoc ge-  
nus voca-  
bula mo-  
tus, quid  
significent.  
Iter sancto-  
rum, sancta  
conuersatio,  
Opera bo-  
na, quæ.*

Vt in harum virtutum viam dirigamur, submonet petendum à Deo. Nam sine eo nihil possumus, Ioan. 15. Neque possumus dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto: sic nec bona opera edere valemus sine eodem duce. Dignè ergo Deo ambulare, non est solum credere. Ambulare, currere, & hoc genus vocabula motus, in scriptura ferè pro operibus bonis indulgere accipiuntur. Iter sanctorum, sanctam significat conuersationem. Hebr. 11. sicut stadium & brauium sedulitatem adumbrat cursus religionis perfectæ: Operibus bonis dignè Deo ambulatur, & per omnia placetur, & nō sola fide: non enim placent Domino stulti super arenam solius fidei ædificantes, Matth. 7.

*Operagen-  
tium,  
qualia.*

3 Petit ut per omnia placeant, in omni opere bono fructificantes. Sunt autem bona opera, quæ sunt ex Dei mandato, uti sunt præcepta, & quæ Ecclesia instituit, & obseruanda fidelibus mandauit, quæ Christiani sua sponte tacere & exercere debent ad honorem Dei, profectum proximi, carnis mortificationem, & ad renouandum interiorem hominem: quæ omnia ut vita æterna sint digna, debent propter Deum & ex charitate fieri. Nam si propter alium finem malum facta fuerint, non erunt meritoria, non fructificantia, nec æterna vita digna. Et si finis fuerit malus, & contra Deum, tunc, inquit Augustinus, etiam illa opera quæ bona videntur, in peccata vertuntur. Possunt enim gentiles bona moralia quamplurima facere, nulla autem quæ vitam æternam promereantur. Quia non est aliud nomen datum hominibus sub cælo, in quo nos oporteat saluos fieri, nisi in nomine Domini nostri Iesu Christi. Actuum 4. Ideo exhortatur Paulus Colossenses ad bona opera, & ad pietatis studia, quæ ex charitate procedunt. quia opera sunt sacrificia, quæ Deo propter dignitatē Spiritus sancti, cuius gratia sunt, & propter charitatem mirificè placent, Hebr. 13. Deinde quia sunt dona Dei, quibus vitam æternam promeremur.

*Ioan. 15.*

*Quare in  
operibus  
bono fru-  
ctificandū.*

Iterum ergo Apostolus seipsum exponit, docens quid sit dignè Deo ambulare, cum dicit, *In omni opere bono fructificantes.* Fructificare vult nos in opere bono, fructum vult nos ad terre semper mansurum, pecuniam vult ad scænus expendi nobis creditam. Sic Saluator: Ego elegi vos, inquit, & posui vos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat, ac si dicat: Ad hoc vos ab erroribus vestris ad lucem veritatis (non secus atq; arborum plantas è deserto) ad hortum meum conclusum vos transplantavi, ut bonorum operum fructum adferatis, non ad meam, sed vestram vtilitatem: & fructus inde proueniens maneat vobis, ne sterili ficulnæ similes inuenti, vel excisionis, vel execrationis indicium accipiatis. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Matth. tertio. & Pater familias dicit, Matth.

Mat. decimotertio. Ecce anni tres sunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio: succide ergo illam, ut quid etiam terram occupat? Ficulneam alteram secus viā consistentem, Matth. vigesimoprimum, execratione sua metuenda aridam effecit, quod folia tantum habens, ferret fructum nullum. Prior nec folia legitur habuisse. Nō omnis qui dicit, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, Matth. 7. Contrā, seruos quæstuosos facientes voluntatem Patris laudat, & maximis meritis honestat: Euge, inquit, serue bone, quia in paucis fuisti fidelis, supra multa te constituam, &c. Matth. 25. Rom. 6. Apostolus ostendit fructum sanctificationis in maximum surgere præmium, Eccl. 24. Flores mei fructus honoris & honestatis, ait æterna Sapientia.

4 Petit ut crescant in agnitionem Dei. Significat autem crescere, augeri, & proficere, id quod Lucæ 1. de Ioanne, & Luc. 2. de Christo dicitur: Puer crescebat, & confortabatur spiritu & sapientia, sicut enim positurus arborem, atq; plantaturus, duo in primis curat; nam primo truncum insitioni destinatum humidiori solo committit: deinde terram circumfodit, ut succum imbibere possit radix: ita Deus per verbum suum inserit hominem nouum veteri Adamo, qui est syluestris truncus: & per illam insitionem, quæ fit per fidem, charitatem, spem, timorem, & alias virtutes, quas Deus misericorditer ipsi largitur, fit ut truncus terrenus, syluestris, & infrugiferus, plantatus secus decursus aquarum, sit insitus paradiso, & domui Domini, sole iustitiæ totus & calefactus, rore & pluuia cælestis gratiæ perfusus, lege putatus & repurgatus, Euangelij gratia irrigatus, Ecclesiæ doctrina ac institutis excultus, ita ut crescat, floreat, frondeat, & fructificet. Vide Psal. 1. & Ierem. cap. 17.

Crescere dicit eum fructum in scientia Dei, Quod dupliciter est intelligendum. Primo, de profectu gratiæ: secundo, de accessione gloriæ. Respiciunt enim se semper gratia & gloria: fructificationem enim operum bonorum sequitur maior gratia, hoc est, augmentum scientiæ Dei. habenti enim dabitur, qui fidelis est in minori, maius illi creditur. Observatio mandatorum (ut aiunt Theologi) disponit ad cognitionem. Hinc Psal. Super senes intellexi, quia mandata tua quæsiui. Sequitur & maior gloria. vnde alij præficiuntur super quinque ciuitates, alij super decem. Sunt enim in domo cælesti mansiones multæ.

5 Petit ut in omni virtute confortati, iuxta potentiam claritatis Dei, sint in omni patientia & longanimitate cum gaudio. Nam omnis nostra virtus & robur à Deo est. inde dicitur frequenter, Sanctus & fortis, datum, & non innatum nobis est velle & posse: quid habes quod non accepisti? Omnis suffi-

*Crescere,  
augeri, &  
proficere,  
quid.  
simile huic  
loco apri-  
stimum.*

*Crescere est  
fructum  
quotupli-  
citer intel-  
legendum.*

*Psal. 118.*

*Ioan. 14.*

*Virtus om-  
nis & ro-  
bur nostrū  
à Deo.*



1. *Corin.* 4  
2. *Corin.* 3  
cientia nostra ex Deo est: omnia accepimus in gloriam datoris. Nec mirum, quod diuina claritas, vel vt Græcè ponitur, gloria, potentiã habeat confortandi nos in virtute, cum etiam Sol iste visibilis potentiam habeat tantam, vt faciat terram germinare, florere, & fructificare. Ostendit autem potentiam, quod ex nihilo cælum condidit, solem & stellas cælo apposuit, Genesis primo. Tor genera animalium creauit, & omnes creaturas adhuc conseruat. Ioannis quinto, Pater meus vsque modo operatur.

*Lucæ* 12.  
*Prouer.* 16  
Exprimit proinde Apostolus ex cæteris omnibus duas animi virtutes, videlicet, paciẽtiam & longanimitatẽ. quasi dicat: Eriam hoc peto, vt paciẽtia & longanimitate præditi sitis confortatiq; quia nusquam deerunt hostes fidelibus virtutẽ sectantibus: Porta inferi Christi Ecclesiam impugnabunt, satan tentabit pios cribrare sicut triticum. Opus ergo erit in primis paciẽtia, vt fortiter feratis aduersa, nec reddatis malũ pro malo, neq; maledictum pro maledicto, 1. Petr. 3. nec vosmetipsos vllatenus vlciscamini, sed per paciẽtiam vincatis. Melior est paciẽs viro forti, & qui dominatur animo suo, &c.

*Paciẽtia*  
(teste Cicerone) quid  
Paciẽtia (teste Cicerone in Rhetoric.) est honestatis & utilitatis causa, rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diutina perpeffio.

*Longanimitas* quid.  
Longanimitate proinde perseueretis, vt sine indignatione, seu murmure consolationis, & refrigerij tempus, quod modo differtur in hac vita hominis, quæ est militia super terram, Iob septimo, æquanimiter præstolemini, exemplo prudentis agricolæ, Iac. quinto. Longanimitas est animi virtus, qua spei promissæ dilationem fortes expectamus. Facit huc illud Apostoli, Hebr. sexto. Abrahæ promisit Deus: Nisi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te, & sic longanimiter ferens adeptus est repromissionem. Cum gaudio, addit, iuxta illud: Omne gaudium existimate fratres, cum in varias tentationes incideritis. Sic ibant Apostoli gaudentes à conspectu consilij, &c.

*Gratiæ deo agenda pro tribus summis beneficijs nobis collatis. Simile.*  
*Sors quomodo accipitur hic.*  
6 Petit vt nos vnà cum ipsis gratias agamus Deo Patri pro tribus summis beneficijs nobis exhibitis. Primò, quod nos idoneos fecerit ad participationẽ sortis sanctorum in lumine: Quasi dicat, Cum sol exoritur, tum diem simul adfert, & totum mundum radijs suis illustrat, calorem, ardoremq; præbet, quorum beneficio viuit omne quod in mundo est: cum autem sol occidit, omnia videntur mortua iacere: sic vbi verus ille iustitiæ sol non fuerit in cordibus nostris exortus, priuabimur lumine & ardore Spiritus sancti. Sors hinc accipitur pro electione, quæ nõ meritis nostris, sed diuina electione datur. Hæc sors est vocatio ad gratiam, ad regnum cælorum & Ecclesiam

Ecclesiam, Apocalyp. quinto. Fecisti nos Deo nostro regnum, Matthæi vigesimoquarto. Appropinquauit regnum cælorum, quod erat Christi Euangelij exordium. Quod autem addit, in lumine, significat sortem hanc esse gratiam gratiam æternæ lucis, quæ Deus est. *Ioan.* 8.

Secundò, Quod eripuerit nos à potestate tenebrarum, ac transtulerit in regnum filij sibi dilecti. quasi dicat: Nos sub regno tenebrarũ fuimus, in quos satanas plenã potestatem atq; imperium habuit: sed Pater omnipotens singulari bonitate motus à tam crudeli seruitute nos liberauit, atque transtulit in aliam ditionem, nempe, in Christi regnum, Ecclesiam scilicet, de qua Dauid: Elegi abiectus esse in domo Dei magis, quàm habitare in tabernaculis peccatorum. *Psal.* 83.

Tertiò, Quod per Christum habeamus redemptionem & remissionem peccatorum. q. d. Deo omnipotenti gratias agere debemus pro ineffabili gratia, qua nos per filium suum eripuit à morte, peccatis, & inferno, atque mediatorem illum dedit, per quem solum poterimus in gratiam diuinam redire, amissamq; vitam æternam recuperare.

Nos peccato vndique cooperti, quando peccatis assensum præbemus, redigimur in potestatem diaboli: iam igitur pro meritis nostris in crucem adigendi, æternæq; mortis afflicti supplicio: quod miserabile fatum nostrum aspiciens Iesus Christus profiliit, & pro capitibus nostris pretium exoluit, atque pro æterna morte Patri satis fecit, & pro temporali, satisfaciendi nobis dedit virtutem. Et hæc quidẽ fuistis, sed abluti estis, sanctificati & iustificati in nomine Domini nostri Iesu Christi. *1. Corin.* 6.

## EPILOGVS.

1 Oratio Apostoli perpetua pro Colossensibus, quorũ fidem in Christum & charitatem erga sanctos audierat.  
2 Quia credidisse Euangelio rudimentum est salutis, a soluitur autem ac perficitur pijs actionibus, orat Paulus et poscit, vt impleantur agnitione voluntatis Dei, in omni sapientia et prudentia spiritali  
3 Maximè seria res est Christianismus, nec fert torporem et ignauiam. Et est dignè deo ambulare per omnia illi placere, in omni opere bono fructificare et crescere in agnitione Dei, omni virtute roborari. Procul hinc Sardanapali, & Epicuri de grege porci, cum populo Afotorum.

Oratio Apostoli.  
Credere euangelio, rudimentũ salutis.  
Res seria Christianismus.

Matth. 6.

**I**n illo tempore: Loquente Iesu ad turbas, ecce princeps vnus accessit, & adorabat eum, dicens, Domine, filia mea modo defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam, & viuet. Et surgens Iesus sequebatur eum, & discipuli eius. (Et ecce mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retrò, & tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat enim intra se Si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero. At Iesus conuersus & videns eam dixit, Confide filia, fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora.) Et cum venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines & turbam tumultuantem, dicebat, Recedite: non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum. Et cum eiecta esset turba, intrauit, & tenuit manum eius, & dixit, Puella, surge. Et surrexit puella. Et exijt fama hæc in vniuersam terram.

**H**oc Euangeliū complectitur duo præclara exempla: Alterū fidei in Iairo archisynagogo, & in muliere ægrota. Fides autem Iairi deprehenditur ex eo quod accesserit, & procciderit ad pedes Iesu, & adorauerit eum, dicens: Domine, filia mea modo defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam, & viuat. Lucas habet, Et ecce vir cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogæ erat, & cecidit ad pedes Iesu, rogans eum, vt descenderet in domum eius, quia vnica filia erat ei, ferè annorū duodecim, & hæc moriebatur. Marcus autem sic: Deprecabatur eum multum, dicens: quoniam filia mea in extremis est. Non quod sibi dissentiant Euangelistæ, quod Marcus dicat in extremis filiam extitisse, & Lucas comemoret quod moriebatur, & secundum Matthæum dixerit eam mortuam. Non tamen absolutè, sed modò, ait, defuncta est: quasi dicat, Adeò ægrā eam reliqui, quod credam eam iam exhalasse animam: vel exaggerationis verba fuerunt, (nam proprium est rogantium, propriam augere miseriam) vt amplius prouocaret Christum, & ad subuentionem inclinaret.

Fides autē mulieris deprehenditur ex eo quod accedens retrò, tetigerit fimbriam vestimenti Christi, dicens intra se: Si tetigero tantum vestimenta eius salua ero. Hæc mulier, inquit Marcus, fuerat multa perpetua à cōpluribus medicis, & erogauerat omnia sua, nec quicquā profecerat, sed magis deterius habebat. Adeò verū hinc effe liquet, quod vulgo dicitur, Qui medicè viuit, miserè viuit. Viderint hinc ipsi medici & chirurgici, ne suis pharmacis quæ ægrotis aliquando ingerunt, aut naturam eorū debilitent, aut prorsus extinguant, nec non audacter occidant, ne in die districti iudicij multorū homicidiorum rei inueniatur. Cognoscant hinc quoq; vt vt de sua arte sese iactitent, nihil se posse efficere suis potionibus, nisi ad sit supremus medicus cælestis, à quo (teste Ecclesiast. 38.) omnis est medela. Nō reijci-

*Medicè qui viuit, miserè viuit.*  
*Ars medica nihil potest sine celesti medico.*

tur ars medicinæ, quæ & donū est spiritus, sed eam effectu suo carere, nisi Deus ipsam efficiat efficacem.

Hæc, inquam, mulier quum audisset de Iesu, venit in turba retrò, & tetigit fimbriam vestimenti eius. Quia immunda erat, ob pietatem non accessit manifestè, ne repulsam pateretur: & quamuis putabat se latere, sperabat tamen se sanitatem consecuturam si rangeret: & accessit retrò, atque tandem eluctata per collidentium se globos hominum, tetigit extremam oram vestis illius, quæ in compressu multitudinis huc & illuc ferebatur. Iudæi enim sicut religione, ita & vestitu erant distincti ab aliis nationibus, Num. 15. Loquere filiis Israël vt faciant sibi fimbrias per angulos quatuor palliorum, ponentes in eis virtas hyacinthinas: quas quum viderint, recordabuntur omnium mandatorum Domini, nec sequetur cogitationes suas, & oculos, per res varias fornicantes, sed magis memores præceptorū Domini faciant ea, sintque sancti Deo suo. Vtinam & modò Iudæi inter Christianos commixti, à magistratu cogantur gestare suas fimbrias, aut alia quædam signa, quibus à Christianis possent dignosci atque vitari, vrpote, qui sunt aperti crucis Christi hostes, & inimici fidei nostræ.

Fortior itaque erat fides mulieris, quàm Iairi archisynagogi. Nam quod Iairus pro sanitate & vita filie rogauerat (ait enim, Veni, impone manum tuam super eam, & viuet.) argumentū est certæ, sed imperfectæ fidei. Nam si non credidisset, ad Christum non accessisset, nec auxilium implorasset. Verum credidit quidem Christum iuuare posse, sed tantum si adfuisset præsens, manumque imposuisset. nihilominus aliqua ex parte cōmendandus est hic Iairus, quod archisynagogus & paterfamilias suis dedit exemplum inquirendi in necessitatibus, atque oradi, Christum. Superiorum ac prælatorum vita subditorum est regula. ait Cyprianus. Patribus familias quoque incumbit curā filiorum agere seduloque Deum pro salute ipsorum interpellare. Nam qui suorum maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, ait Apostolus 1. Tim. 5. Idipsum quoque spectat ad Prælatos Ecclesiæ, quorum interest humiliter ac deuotè pro subditis intercedere ad Dominum, vt dignetur eos à morte culpæ suscitare ad vitam gratiæ, iuxta illud Ioel. 2. Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicent, Parce, Domine, parce populo tuo, &c. Sic rogauit Moses, Exod. trigesimo secundo, d. Obsecro, Domine, peccauit populus iste, &c. Similiter Daniel nono cap. orauit Dominum dicens: Auertatur obsecro Domine ira tua, & furor tuus à ciuitate tua Ierusalem, &c.

Quod autem mulier hæc tantam fiduciam in Christo conceperit, & certo ac firmissimè crediderit se saluam futuram, si

*Iudæi à Christianis aperto aliquo signo distinguendi sunt.*

*Prælatorū vita subditorum est regula. Patris familias est fami-  
liæ curam agere.*



*Tangere  
quid signi-  
ficet.*

*Lucæ 7.*

modò sùmbriam vestimenti eius tetigisset, præclaræ fidei signū est. Tangere hic significat credere. Citra fidem Christus non tangitur. Et quamvis vestimentū Christi sanitatē mulieri non restituerit, sed fides, quod ex verbis Christi constat, tamen quia ex diuinitate ad humanitatē Christi virtus illa procedebat, ita poterat ex humanitate ad ipsas vsque vestes descendere, & in illis hanc virtutem sanandi potuit Christus ponere. Neque solum Christum credidit habere virtutem sanandi, sed & omne quod tangeret: quoniam sic ille tetigit leprosum, & sanatus est, Matth. 8. tetigit & feretrum in quo ferebatur adolescentis cadauer, atque resedit qui fuerat mortuus.

2 Alterum quod complectitur præsens Euangeliū, est charitatis exēplum in Christo, qui vtrique tā clementer auxiliatur. Mulierē quæ sanguinis profluio laborauerat annos duodecim sanauit. Nam Christus cōuersus ad turbam dixit, *Quis me tetigit?* Non quærit vt doceatur, cui omnia nuda & aperta sunt, sed vt mulier confiteatur suum morbum, eiusque exemplo doceret omnes quantum valeret firma fiducia, nec non confirmaret fidem archisynagogi, quam intelligebat non nihil vacillare. Iesus enim pro suo beneficio nihil aliud præmij flagitat, nisi confessionem mali, & agnitionem clementiæ diuinæ.

Negantibus autem omnibus dixit Petrus, & qui cum illo erant, Præceptor turbæ te comprimunt, & dicis, *Quis me tetigit?* Etenim Iesum euntem in ædes archisynagogi, densissima hominum turba comitabatur, partim quia nō poterat diuelli à Iesu, partim quo spectatores fierent rei gerendæ, & rogāris nobilitas acuebat spectandi desiderium.

Et dixit Iesus. Tetigit me aliquis, nam ego noui virtutem de me exisse. Subindicabat se non de vulgari contactu loqui, de quo sentiebant discipuli, sed de bonis operibus, fidei fructibus tangi. Quoties enim ex fide & amore Dei benè operaris, faciem igni admoues, Isaia 29. habes contrarium, vbi dicitur, Hic populus labijs me honorat, & ore suo mihi appropinquat meque glorificat, cor autē eorum longè est à me. Quemadmodum infidelitas & trāsgressio legis causa sunt abiectiois, sic attingitur Deus, ad eum etiā acceditur, appropriatur, imò illi in-

*Isai. 8. 15. feritur homo per fidem, charitatem, humilitatem, cæteraque  
et Mat. 21. opera bona.*

Videns autem mulier quòd non latuisset, tremens procidit ad pedes Iesu, & ob quam causam tetigisset eum, indicauit coram omni populo, & quemadmodum confestim sanata fuisset. Hæc Dominus teste turba prædicari voluit, non vt pudefaceret mulierculam, aut sibi laudem apud homines vindicaret, sed vt innueret non sufficere fidem mentalem, quin etiam deberet fateri ore ad aliorum ædificationem, Rom. 10.

Et

Et ait Christus ad mulierem, *Confide filia:* credenti insinuans fidem subinde fouendam, ne moriatur. Fouetur autem primò, verbo Dei, quod nobis insinuat in verbo *Confide*. Nam quoties verbum Christi prædicatur, nobis vt confidamus dicitur: Sapiens audiens sapientiam, sapientior erit. Fides etiam bonis operibus fulcitur, quod nobis hoc loco designatur in dictione *Filia*. Filiam vocauit, cuius promptam voluntatem non ignorauit. Filij vocabulum imitationem importat. Patrem, ait ille, sequitur sua proles. Estote perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est. Breuiter monet ergo, ne in vacuum gratiam Dei susceperimus.

*Fides tua te saluam fecit.* præcipuè fidem commendat, quòd per eam Christo primò inserimur, Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius. Gala. 3. Omnes enim filij Dei estis per fidem quæ est in Christo Iesu. Fides est principium iustificationis. Quicquid enim fit citra fidem, peccatum est, Rom. 14. Vnde nec Socrates, nec Plato, nec Aristoteles, neque alij quicumque Philosophi beati prædicari possunt, teste Bonauentura & Magistro in sententijs, sine fide impossibile est placere Deo, Heb. 11.

*Et salua facta est mulier ex illa hora.* Marc. 5. Et confestim siccatu est fons sanguinis eius, & sensit corpore quia sanata esset à plaga, & ab eo flagello. Ecce vim & virtutem fidei, charitatis, ac humilitatis huius mulieris. Quum autē Deo diffideret, diis vero suis ac medicis fideret, nihil proficit, omnia illi aduersa, depauperatur bonis, & debilior fit corpore. At postquam Christo credidit, abiectis diis suis, cuncta illi eueniunt prospera, sanitatem recuperat, & diuitias non tantum temporales, sed æternas sibi acquirit. Huc facit verbum Iosaphat, 2. Paral. 20. Credite in Domino Deo vestro, & securi eritis: credite prophetis eius, & cuncta eueniēt prospera. Et illud Eccles. 2. Crede Deo, & recuperabit te.

Quibus rebus etiam ostendit Christus, sese in cunctis angustiis & necessitatibus, etiā in morte saluare posse: quod cum ita sit, tamen adeo cæci sunt homines, ac potissimū Iudæi, vt nulla doctrinā quātumuis sana, nulla opera quantumuis iucunda, nullaq; miracula quantumuis admiranda, ipsos ad fidem sollicitare potuerint, nec promouerint, quin semper duri manserint. Metuendum est, ne & nobis contingat quod Iudæis.

Filiam Iairi archisynagogi adolescentulam à mortuis suscitauit. Nam Christus motus oratione Iairi, surgens sequutus est eum, re ipsa comprobaturus quod antea docuerat. Non opus habent hi qui sani sunt medico, sed qui malè habent. Attende hic benignitatem boni medici seruatoris omnium, qui venit curare infirmos, & perdita restaurare omnia. Non vult cala-

*Fides sub-  
inde fouē-  
da ne mori-  
atur.  
Prouer. 1.*

*2. Cor. 6.*

*Fides est  
principium  
iustifica-  
tionis.*

*Luc. 8.*

*Fidei vir-  
tus magna*

*Saluator  
in cunctis  
angustijs,  
Christus.*

Isa. 42.  
Matth. 13.

calamum quassatum conteri, sed vult granum sinapis in præcipuum olus accrescere.

Exemplum  
tætationis.

Et quum in itinere esset, & quidam ad principem synagogæ venissent, dicentes: Filia tua mortua est, quid ultra vexas magistrum? dixit, Noli timere, crede tantum, & salua erit. Quibus verbis fidem eius confirmauit. Videmus hic etiam exemplum tætationis. Nam primo decumbit Iairi filia morbo correpta, quæ res erat satis acerba. Secundo, orat Christum vt ægritudinem adimat. Quod quum polliceretur se facturum, & iam esset in itinere, vt fides probaretur, venerunt qui mortuam nuntiauerunt. Tandem hanc fidem lapsam crexit Christus, atque consolatus est illum.

Tibicines  
quare ad-  
bibebantur  
in funeri-  
bus virgi-  
num.

Et quum ingrederetur domum Iairi, vidissetque tibicines, & turbam tumultuantem, flebant enim omnes atque mortuam plangebant, dixit, Quid turbamini, & ploratis? Recedite: non est enim mortua puella, sed dormit. Tibicines nuptiales (teste Theophylacto) adhibebantur in funcribus virginum innuptarum, in signum virginitatis. Videbat ergo Christus quod immoderatus & nimius tibicinum esset crepitus & turbarum tumultus, nimirum quia filia principis erat, sicut & modo largior campanarum tinnitus auditur, copiosior populorum concursus ad diuitis cadauer, quam ad pauperis videtur. Attendens ergo Christus hanc personarum acceptionem, atque superfluum funebrem pompam, iussit recedere turbam tumultuantem: non quod malum sit lugere mortuos, aut impium corpora defunctorum ad fossas deferre, aut tumultuosa concomitari, sed immoderatum fletum & indecentem pompam damnare videtur. Antonius sine aliqua pompa sepeliuit Paulum heremitam, de cuius morte D. Hieronymus sic scribit: Paulo pauperculo paradus pater, vos auratos gehenna suscipiet. Ille Christi vestem, licet nudus seruauit; vos vestiti sericis, indumentum Christi perdidistis. Paulus vilissimo opertus puluere iacet resurrectorus in gloriam; vos operosis saxis sepulchra premunt, cum vestris opibus fortassis arduos. Parcite quæso vos, parcite saltem diuitijs quas amatis. Cur mortuos vestros auratis obuoluitis vestibus? Cur ambitio inter luctus lachrymasque non cessat? Facite vobis amicos, inquit Saluator, de mammona iniquitatis, vt quum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

Pompa fun-  
nebris in-  
decens. &  
fletus im-  
moderatus  
dånatur.

Luc. 16.

Iustorum  
mors, dor-  
mitio.

Non est mortua, inquit, sed dormit. Christo qui vita est, nemo mortuus esse potest, si illum vitæ destinauerit. Iustorum mortem vocat Christus dormitionem, eo quod dulciter requiescât in terræ puluere, expectantes vocem filij Dei, & tunc resurgent ad vitam, Ioan. 5.

Quare eum  
deridebāt.

Et deridebant eum. Quod deridebant ratio est: quia vim verbi incarnati non intelligebant, & quod non esset abbreviata, ma-  
aus

aus Domini vt saluare nequeat, & quod esset resurrectio & vita, Ioan. 11. Stulti enim quod non intelligunt, irrident & subsannant. Vnde Sapiens ait, Prouerb. 24. Exosa stulto sapientia. Hinc 1. Corint. 1. Crux Christi Iudæis scandalum est: Græcis autem atque Gentibus stultitia. Sic hodie multi omnia irrident Ecclesiæ, quia non capiunt mysteria regni cælorum. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei, stultitia enim est illi, &c. at spiritualis diiudicat omnia. Tandem eò deduxit homines hic risus, vt erubescant multi bene agere, magis verentes homines, quam Deum.

Stulti  
quod non  
intelligunt,  
irrident.  
1. Cor. 2.

Vides etiam ex hoc verbo in domo Iairi fidem Christi nullam fuisse in qua deridetur. Illorum derisorum causa descendit medicus Christus cum Iairo, significans synagogæ incredulitatem eam fore eijciendam. Adhibuit secum testes sacramenti eius magni, Petrum, Iacobum & Ioannem filios Zebædæi. Et eiecit turbam, apprehendit manum puellæ, sanctæ & viuificæ carnis ex Maria virgine assumptæ virtutem nobis declarans, & ait, Thabita cumi: quod interpretatur, Puella, tibi dico surge, verbi Dei energiam exprimens. Tacta & vocata, confestim reuersus est spiritus eius & surrexit, Imperabat virtus, & statim obsecundabat effectus. Hæc namque hora erat, de qua dixit Ioan. 5. Venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent.

Verbi Dei  
energia  
quanta.

Et iussit illi dari manducare, quo certior esset fides miraculi, & in signum perfectæ sanitatis. Nam edere non solum vitæ, sed & prosperæ valerudinis indicium est: Dei enim perfecta sunt opera.

Māducatio  
signū per-  
fectæ sani-  
tatis.

Ac præcepit ne alicui dicerent quod factum erat, docens in rebus bene gestis vitandam esse suspicionem affectatæ gloriæ, necnon humilitatis exemplum relinqueret.

Vana glo-  
ria in re-  
bus bene  
gestis vi-  
tanda.

Et exijt fama hæc in vniuersam terram illam Virtus enim diuina occultari non potest, sed quanto magis cælatur, tanto plus inflammatur. Dei enim magnalia non reticenda, hoc attestante Psalm. & dicente, Venite & audite, narrabo quanta fecit Deus animæ meæ, Psalm. 45.

Virtus di-  
uina occul-  
tari non  
potest.

Hinc discimus quatuor. Primum, Deum non esse personarum inspectorem, sed æquissimum adiutorem omnium pauperum ac diuitum, Iudæorum atque Gentium, si modò crediderint. Actor. 10 ait Petrus, In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus: sed in omni gente qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Deut. 10. Qui personam non accipit. Item 2. Paralip. 19. Ephes. 6. Coloss. 3. 1. Per. 1. Aequa benignitate excepit Christus mulierem pauperulam, atque venit ad ædes Iairi archisynagogi. Eodem modo nos & pauperes & diuites sanandos excipiet, si tamen ad ipsum ve-  
nerimus.

Personarum  
inspector  
non est  
Deus.



nerimus. Festinemus ergo ad Christum omnes qui in aliqua calamitate sumus.

*Care Christi diuinitati coniuncta habet sanandi potestatem. Reliquiarum virtute multi aegri curantur.*

2 Christum in curandis aegrotis, non modo verbis uti solitum, sed & membris suis, & attractu vestimentorum suorum: quæ significant carnem suam diuinitati coniunctam habere eam potestatem, ut viuificare & sanare animas & corpora nostra possit. Quod si tactu potest viuificare mortuos, quanto magis immortales erimus qui Christi carnem veram & verum sanguinem in Eucharistia comedimus & bibimus? Ioan. 6.

Confirmatur etiam hic dogma illud quod Ecclesia catholica Romana tenet de reliquiarum virtute: qua quamplurimi aegri curantur. Si Christus per tactum fimbriæ vestimenti sui mulierem runc sanauit, quare non modo poterit tactu eiusdem fimbriæ sanare tangentes? Si Pauli semicinctia & sudaria expulerunt languores Christianorum aegrotantium, Act. 19. quare aliorum sanctorum reliquiæ, virginis Mariæ, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, &c. id modo non præstabunt? Si Christiani Ephesini, Act. 19. summa reuerentia venerabantur semicinctia & sudaria Pauli, & utebantur sine idololatria ad suas aegritudines depellendas; quare & nos modo non venerabimur ossa illa & vestes, in quibus habitauit Spiritus sanctus? B. Antonius pluris fecit tunicam aut potius cilicium Pauli heremitæ, quam Cæsi diuicias: cuius vitam depingens D. Hiero. in fine sic ait, Obsecro quicumque hæc legeris, ut Hieronymi peccatoris memineris: cui si Dominus optionem daret, multo magis eligeret tunicam Pauli cum meritis eius, quam regum purpuram cum regnis suis. Lutherus, Brentius, Calvinus, arguunt Christum, reprehendunt Paulum: nos catholici, quod facimus, ab illis discimus. Si mortuus ex solo contactu cadaueris Elisei resurrexit, ut legimus, quare ex cōtactu Apostolorum non sanabuntur aegritudines?

4. Reg. 13.

3 Quamuis mulier, quæ obnoxia sanguinis profluuio ab annis duodecim, impendisset omnem in medicos substantiam, tamen à nullo fuerat curata. Quo exemplo discimus medicinam ideo non esse cōtemnendam. Nam aegrotos aliquot Deus sibi cōseruat, in quorū sanatione glorificetur suo tempore, Ioan. 9.

Eccle. 38.

Attendendum quoque hic, plurimum prodesse cum fidelibus consuetudinem habere. Archisynagogus inter eundem siquidem per fidem mulieris tanquam præsentissimo exemplo in fide est corroboratus. Expediit ergo ut infidelium consortia vitemus, maximè hæreticorum, qui in vestimentis ouium lupos agunt rapaces, Matth. 7. & bonorum consortia amplectamur, hoc nobis consulente Catone: Cum bonis, inquit, ambulat. Nam cum viro sancto sanctus eris, & cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris, ait Psalm.

*Consortia bonorum expendenda, malorum vitanda. Psal. 17.*

4 Chri-

4 Christianorum mortem discimus non esse veram mortem, sed somnum. Quemadmodum enim homines cubitum eunt, non ut in lecto perpetuò iaceant, sed paululum quiescant, surgantque alacriores: sic mortui in terram conduntur, non ut in æternum istuc maneat, sed ut ad tempus quiescant, in nouissimo die glorificatis corporibus resurgant ad vitam æternam. Fuerunt enim habitacula Dei omnipotentis, & viua templa spiritus sancti, ideo resuscitabuntur in nouissimo die ad beatitudinem & gloriam æternam, Amen. I. Cor. 15.

## EPILOGVS.

1 Iesus expositus ad benefaciendū omnibus qui cum simplici fiducia postulabant aliquid, siue pauperes essent, siue diuites, siue Iudæi, siue externi Iairi præfeti synagoge filiam mortuam in vitam reuocat, & mulierem hæmorrhoidiam in itinere profluuio sanguinis liberat. Vbiq; Iesus, vbiq; & omnibus benefactor, Act. Qui pertransiit benefaciendo, &c. Iesus omnib; ad benefaciendum expositus.

2 Signum veræ carnis in Christo quod tangitur. Hinc in Luca dicit, Tergit me aliquis.

3 Fæminam in medium producit, non ostentationis causa, sed ut fidem mulieris aperiret. Hinc & filiam appellauit. Et certè fides eius filiam eam Christi effecit, Ioan. 1. Proinde certissimum futura resurrectionis argumentum, quod puellam mortuam virtute verbi sui reuocat ad vitam. Nam penes ipsum sunt clauis vitæ & mortis, deducit ad inferos & reducit. Fæminam quare in medium produxit Christus.

## DOMINICA VIGESIMA QUINTA

## POST TRINITATEM, EPISTOLA.

Fratres, iustū arbitror quandiu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in cōmonitione: certus quod velox est depositio tabernaculi mei secundum quod & Dominus noster Iesus Christus significauit mihi. Dabo autem operā & frequenter habere vos post obitum meum, ut horum omnium memoriā faciatis. Non enim indoctas fabulas secuti, notā fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem & præscientiam: sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo patre honorem & gloriā, voce delapsa ad eū huiuscemodi à magnifica gloria, Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui: ipsum audite. Et hanc vocem nos audiuius de celo allatā, quum essemus cum ipso in monte sancto. Et habemus firmiorē propheticum sermonem cui benefacitis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat, et lucifer oriatur in cordibus vestris hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia propria interpretatione non sit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati loquenti sunt sancti dei homines. 2. Pet. 1.

POST QUAM in præcedentibus grauitè nos exhortatus fuit Petrus, ut in sanctis operibus præstādīs nos exercitarem, & quæ ipsa sint, quibus vitam nobis comparamus æternam, Opera sancta exercēda.

& ne otiosa & infrugifera esset charitas, quam accepimus, sed suos proferret fructus: iam deinceps admonet ne fidem semel acceptam faciamus missam relabentes ad Iudaismum, sed tenaciter asseruatam retineamus, & in sanctis studiis nos exercentes, probemus nos serio amare Christum, & eius fidem ac religionem, in qua nos speramus saluandos. Et hoc facit triplici modo:

1 Primò, adhortatione, vbi ait: *Iustum arbitror, quandiu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in cōmuniōne: certus quod velox est depositio tabernaculi mei, secundum quod et Dominus noster Iesus Christus significauit mihi: id est, Quamuis confirmati sitis in veritate huius doctrinæ Christi, de qua nunc scribo vobis, iustum tamen arbitror quandiu viuo, vos admonere. Adiungendæ sunt semper exhortationes doctrinæ. Est enim duplex ministerium in Ecclesia: scilicet, doctrinæ & exhortationis. Est autem docere, verum sacre scripturæ sensum declarare, atque fideliter ijs interpretari, qui ignorant, veræ pietatis inscij. Exhortari autem est, ijs denuntiare verbū, qui prius audierunt atque nouerunt: apud quos instandū, ne præcepta sacra dogmata ventis tradāt, sed bonis operibus insistentes meliores in dies euadāt. Sumus enim pigro corporis aqualiculo prægrauati, ac perdita mole carnis atque sanguinis ita circumdati, vt ad deterrima semper procliuiiores simus. Necessè est ergo vt concionator iugiter instet docendo & exhortando, non aliter quàm diligens paterfamilias domesticos suos ad opera extimulat: licet ipsi sciant quæ debeant ex officio facere.*

Quòd autem Petrus dicit, corpus suum esse tabernaculum, hoc idem affirmat etiam Paulus. 2. Cor. 5. Scimus quod si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd adificationem ex Deo habeamus, &c. Nam in nostro corpore non aliter atque peregrini obābulamus, & anima in corpore, quasi in casa habitat, & quiescit.

Quòd autem dicit breui futurum vt tabernaculum sit deponendum, vult indicare se certè habiturum vitam æternam, eamq; ex Christi promissione, qui facientibus vocationem suā certam bonis operibus, pollicitus est vitam æternam.

1. Cor. 2.

Quòd verò addit, Dabo semper operā in istis exhortationibus reiterandis, vt vos, post obitum meum, horum memoriam facere possitis: id est, Non tantum viua voce vos admonebo, sed scripta etiam relinquam, ne, quæ necessariò sunt vobis credenda & agenda ad salutem, faciliè obliuiscamini.

2 Secundò, hoc facit historie narratione, vbi ait, *Non enim indoctas fabulas sequuti, notam fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutē et præsentiā, sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiēs enim à Deo Patre honore & gloriam voce delapsa ad eum huiuscemodi à magni-*

Ministeriū duplex in ecclesia, docere & exhortari, quid.

Corpus anime & casa & tabernaculum.

*magnifica gloria. Hic est filius meus dilectus in quo mihi cōplacui, ipsum audite. Et hęc vocem nos audiuius de celo allatam, quum essemus cum ipso in monte sancto.* Hanc historiam recitat Matthæus cap. 17. in hęc verba: Assumit Iesus Petrum, Iacobum, & Ioannem, ducit illos in montem excelsum seorsum. Et transfiguratus est ante eos, respenditque facies eius sicut sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Apparuerunt illis Moses & Elias loquentes cum Iesu: nubes lucida obumbravit eos, & vox de nube dixit, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite.

Hęc fuit transfiguratio Christi, vbi discipuli fuerunt in summa admiratione & maxima iucunditate. Vnde Petrus dixit, Domine, bonum est nos hęc esse: si vis, faciamus hęc tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnum, & Eliæ vnum. Vbi discipuli audientes ceciderunt in faciem suam, & rimuerunt valde: vbi accessit Iesus, & tetigit eos, dixitque, Surgite, & nolite timere: vbi tandem leuantes oculos neminem viderunt, nisi solum Iesum.

Vult ergo dicere Petrus: Nostrum Euangelium quod vobis prædicamus, non à nobis habemus, neque confictum accepimus: non est inuentum humanum, sed diuina Dei voluntas. Non prædicamus ea quæ nobis videntur, sed quod testimonio constantissimo accepimus auribus nostris, & oculis nostris vidimus, quum essemus in monte, vbi coram nobis transfiguratus est Christus, & nos gloriam eius vidimus atq; audiuius. Hęc propter nos facta sunt, vt sciremus Petro & Paulo, alijsque Apostolis tanquam certum & infallibile Dei verbum annuntiantibus, omnino sine hæsitacione esse credendum. Sunt autem scripturæ Petri & Pauli, quas Romana Ecclesia ipsorum esse declarauit. Vnde docemur nullam aliam doctrinam, nullumque aliud Euangelium esse à nobis prædicandum aut audiendum, nisi illud quod Christus Apostolis, Apostoli Ecclesie, Ecclesia verò Christi catholica nobis tradidit ac prædicauit.

3 Tertiò, facit hoc duabus pulcherrimis sententijs, vbi ait, 1 *Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes quasi lucernæ luceti in loco caliginoso, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris.* Hac sententiā Petrus ostendit quare suæ doctrinæ magis, quàm Simonis hæretici doctrinæ debeant fideles fidem habere: nempe, quia scripturam Apostolorum cōfirmabant vniuersæ scripturæ Prophetarum. Legat igitur fideles Prophetas, & damnabit doctrinam Simonis hæretici, & nostram inueniet Prophetarum testimonijs comprobata.

2 *Hoc primū intelligentes, quòd omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non sit, nō enim voluntate humana allata est aliquando propheta:*

Transfiguratio historia.

Euāgelium non humanum inuentum, sed diuina voluntas.

Galat. 1.

Fides magis doctrinæ Petri, quàm Simonis hæretici habenda.

2. Tim. 3.

phesia:



Scriptura  
non est hu-  
mano inge-  
nio, sed Spi-  
ritu inter-  
pretanda.

pheta: sed Spiritu sancto inspirati, loquuti sunt sancti Dei homines. Hac sententia Petrus probat, quod sicut scriptura sacra non est hominis ingenij inuenta, ita non est humano ingenio, sed spiritu interpretanda. Quamuis interpretes sint baptizati, non licet eis priuata sua libidine aut voluntate sacras scripturas interpretari. hoc proprium est officium Ecclesie nostrae matris, non filiorum. Nam Ecclesie promissus est Spiritus sanctus, cuius assistentia semper fruitur, dicente Christo, Matth, ultimo. Ecce enim vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Et Ioan. 14. & 16. Christianis vero singulis datur Spiritus sanctus in baptismo. Non est tamen singulis facta promissio de perpetua assistentia Spiritus sancti. Et ideo Ecclesia sola potest sacras scripturas sine errore interpretari: quia est magistra, columna & firmamentum veritatis, & eam docet sponsus Christus per sanctum Spiritum, & illi incumbit filios docere mandata Dei. Neque debet hoc presumere priuatus homo, etsi sit baptizatus, & quamuis linguas calleat Hebraeam & Graecam, pro sui priuati iudicij censura scripturas enarrare: quoniam hoc est officium Ecclesie, cui semper adest Spiritus sanctus. Verus igitur ac germanus scripturae sacrae sensus non poterit elici e propria humanae rationis interpretatione. Hoc optime nouit Ethnicus princeps Herodes A scalonita, qui congregans omnes principes Sacerdotum & Scribas populi, sciscitatus est ab eis ubi Christus nasceretur.

In Ecclesia  
Dei quid  
praedicandū  
& docen-  
dum.

Conclusio autem huius Epistolae est, nihil prorsus in Ecclesia Dei esse praedicandum aut docendum, quod non sit de sumptum ex scriptura sacra, traditionibus diuinis, ordinationibus Ecclesiae catholicae, sacris doctoribus. Conuincuntur ergo hac manifesta Petri scriptura haeretici nostri temporis, qui doctrinam docent pestilentem, scripturis & testimonijs Prophetarum, legis, & Apostolorum contrariam.

## EPILOGVS.

Petrus do-  
mus Dei  
verum pa-  
tremfami-  
lias agit.

1 Verum domus Dei patrem familias agit Petrus, qui Spiritu admonitus, diem suae mortis instare cognoscens, paterno quodam ductu amore munus saluberrimae eruditionis toti Ecclesiae relinquere voluit, cui adhuc in epistolis suis loquitur.  
2 Docet fideles in Asia religionem quam acceperant, sanctam & veram esse, ut in ea perseverent, sicque salui fiant.  
3 Hortatur ut puritati doctrinae, vitae, & innocentiae studeant, in quo ut firmiter persistant, & pseudoprophetas venturos facilius vitent, testimonia verae religionis adducit, quibus si attendant benefacere, dicit; Nam propheticum sermonem lucernam vocat, quod qui hunc sequitur, in errorem impingere non possit. Psalm. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, &c.

DOMI-

IN illo tempore, Egressus Iesus de templo ibat: Et accesserunt discipuli eius ut ostenderent ei edificationes templi. Ipse autem respondens, dixit illis: Videtis haec omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruetur. Sedente autem eo super montem oliueti, accesserunt ad eum discipuli secreto, dicentes, Dic nobis quando haec erunt? & quod signum aduentus tui & consummationis seculi. Et respondens Iesus dixit eis, Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus, & multos seducent. Audituri enim estis praelia & opiniones praeliorum. Videte ne turbemini, oportet enim haec fieri: sed nondum est finis, &c.

Hoc Euangelium complectitur signa de templi Ierosolymirani deuastatione, & seculi consummatione. Et autem vtrumque tempus suborientur & surgent primo pseudo christi, qui nitentur hominibus persuadere se esse Messiam. Huius generis fuerunt apud Iudeos Iudas Galilaeus, Theudas, Act. 5. Magus Aegyptius, Simon Magus in Samaria, Act. 8. & Ben Cuziba sub Hadriano Caesare.

Deinde pseudoprophetae, qui populum sub specie religionis seducunt. Huius generis fuerunt apud Christianos, Mahometus, Arrius, Cherinthus, Donatus, Ebius, Manichaeus, Sabellius, Pelagius, Lutherus, Melancthon, Bertiarius, Anabaptistae, Sacramentarij.

Posit autem Christus tria signa deuastationis templi, secreto interrogatus a discipulis in monte Oliueti. Primo furorem armorum, cum dicit, Audituri estis praelia, &c. Deinde, obsidionem Sestij Galli: de quo Iosephus belli Iudaici lib. 2. cap. 23. Tertio, abominationem desolationis a Daniele praedictam cap. 9. nempe C. Caligulae Caesaris imaginem, quam templo Petronius intulit, eamque adorari praecipit, Philone teste: vel statuam quam Pilatus in templo posuit, imaginem Caij Caesaris: vel quam Helius Adrianus posuit, quae ad tempora Hieronymi durauit, ipso teste, in templo desolato & destructo. In scriptura enim idololatria abominatio dicitur.

Ostendit autem Christus quibus medijs haec mala possint effergere, & ait: Tunc qui in Iudea sunt, fugiant ad montes; et qui in medio eius discedant: et qui in regionibus, non intrent in eam. Qui in templo, non descendat tollere aliquid de domo sua. Qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam quia dies visitationis huius sunt, ut impleantur omnia quae scripta sunt. Nec ideo tamen incidet haec calamitas, quia sic fore praedixerunt Prophetae: sed ideo praedictum est, quod Deus prauidet hominum pernicitatem impietatem, quae diuinam visitationem in se prouocarent. Vae autem praegnantibus & nutriendis in illis diebus, quonia onustae sarcina, quam deponere nec volent nec possunt, non erunt expeditae ad fugam. Nam pueros ob amorem, neque

Tria signa  
deuastatio-  
nis templi.  
Iaco. 19.  
Marc. 13.  
Luc. 21.

sine cura relinquere possunt, nec secum auferre. Et secundum Origen. tunc non erat tempus miserendi, cum Romani & pregnantantes & lactantes interficiebant.

*Hyems incommoda peregrinatio. Simile.*

*Orate autem ut non fiat faga vestra in hyeme vel sabbato.* Hyems ob rigorem & lucis breuitatem incommoda est peregrinantibus, & in monte habitantibus: & sabbato legis obstat religio, quo minus procul fugiatur. Orandum & ne finiantur fructus vestri operis cum fine temporis. Hyeme enim finitur fructus, sabbato tempus. Hieronymus, Sicut militem sine armis exire ad bellum non conuenit, ira homini Christiano procedere quolibet sine orationibus non expedit.

*Psalms. 77.*

*Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet.* Daniel 12. Veniet tempus quale non fuit ex eo, ex quo gentes esse ceperunt. *Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro.* Recordabitur enim quia caro sunt, spiritus vadens & non rediens: sed propter electos breuiabuntur dies illi, quamuis interim malorum peruersitas internecionem mereatur. Nam fidelis est Deus, qui non patietur suos tentari supra id quod possunt, sed facit etiam cum tentatione prouentum, ut possint sustinere. 1. Cor. 10.

*Tunc si quis vobis dixerit Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere.* Exorientur pseudochristi qui sibi nomen meum vendicabunt falsò, meamque personam. *Surgent enim pseudochristi, surgent & pseudoprophetae, qui fucata sanctimonie specie se mententur esse prophetas, & dabunt signa magna & prodigia, demonum arte adumbrata, videbunturque imitari pro oneras ac me, ita ut eiusmodi prestigijs in errorem inducantur (si fieri posset, aut si quis vis valeret aduersus Deum) etiam electi, Exaggerariuus sermo est, ut vim prædicationis illorum ostendat.* Augustinus, Electi ex eo quod homines sunt, errare possunt: sed ex eo quod electi sunt à Deo, in errore permanere non possunt. Ecce, inquit, prædixi vobis: vos ergo videte, nihil aliud superest quam ut memineritis.

Si quis in deserto Gentilium, aut Philosophorum dogmate dicat morari Christum, aut in hæreticorum penetralibus, qui Dei pollicentur arcana, nolite exire. Nolite credere, si qui sub nomine Christi se iactare voluerint. 1. Ioannis 4. Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint. quoniam multi pseudoprophetae exierunt in mundum, qui dispergunt videntium oculos in apparitione demonum, ut quosdam decipiant: atque adeo, nisi valde sobrij sint, & iusti seducentur. Hieronymus, Nolite credere quod filius hominis vel in deserto gentilium sit dogmatum, vel penetralibus hæreticorum, sed quod ab oriente usque in occidentem fides eius in catholicis Ecclesijs fulgeat. Stultum est igitur eum in paruo loco

loco vel abscondito quærere, qui totius mundi lumen est. Ioannis 8. Ego sum lux mundi, &c.

Nec opus erit aduentui Christi, qui illum demonstrat, sed manifestus erit omnibus. Nam sicut furgur coruscans sub celo lo in ea quæ sub celo sunt, fulget; ita erit filius hominis in die sua. Primum autem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac. Non erit talis aduentus qualem hunc vidistis, *lucus. 17. Aduentus Christi fulens, humilis, sed subitus, ac maiestatis fulgure totum orbem subito complectens.* Psalms 49. Deus manifestè veniet, & non filebit.

Hæc horribilia calamitatum exempla nobis quoque metueda sunt, & maximè obseruanda. Nam ante consummationem seculi audientur prælia, & rumores præliorum: exurget gens contra gentem: tumultus rerum omnium speciem præbebit iam instantis mundi finis. *Exempla calamitatum horribilia.* charitas iacebit reiecta & extincta, abundabit iniquitas: multi iactabunt solam fidem, nusquam *Nusquam tuta fides.* tuta fides: oppressa iacebit iustitia. Osee quarto, Non erit veritas, non erit misericordia, non erit scientia Dei in terra. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundabunt, & sanguis sanguinem tangeret, Euangelium prædicabitur in toto orbe. Quantumuis insurrexerint impostores, malæ doctrinæ prædicatores, aderit Christus suo Evangelio, non erit prædicandi obstaculum, non enim venturus est mundi finis prius, quam hoc Euangelium regni celorum per omnia regna mundi prædicetur, omnesque nationes occuparit, ne qui parere noluerint, prætexere queant ignorantiam. Hoc ubi factum fuerit, tum veniet mundi consummatio. Turca trucidabit corpora, hæretici animas: surgent varij heretici, pseudodoctores, Lutherani, Anabaptistæ, Sacramentarij, qui simulantes sese prædicare Euangelium meum, suæ gloriæ, sui questus, sui que ventris agent negotium, proque meo spiritu satanæ spiritum inferent discipulis: pro regno celorum regnum huius mundi docebunt. horum technis illa quecabuntur etiam ij, quos tormenta superare non poterant. Nullus enim capitalior hostis, quam domesticus & fucatus amicus. Erunt & vitia nefandissima, per quæ scandalizabuntur multi. Sed etiam quod grauius est, signorum operatio eos qui tormenta inferent, non eos qui sustinebunt, concomitabuntur. Nam iuxta Apostolum, tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui eum, cuius est aduentus secundum operationem satanæ, in omni virtute, & signis, & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis his qui pereunt, eò quod charitatem veritatis non receperunt, ut salui fierent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non cre-



*Hæc finē-  
di mundi  
præcludia.*

*Prouer. 18.  
Consolatio  
in omnibus  
calamita-  
tibus.*

*1. Thess. 4.*

diderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Hæc præcludia erunt & exordia mundi finiendi, ac venturæ calamitatis, quæ malos perdet, bonos examinabit, purgabitq; , Prouer. 12. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit, impij autem replebuntur malo. Tunc iustus quasi leo confidēs, absq; terrore erit.

In omnibus his calamitatibus nulla alia est fidelitum efficacior consolatio, quàm quod Christus ait, Matth. vlt. Ecce vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi. Et Luc. 12. Nolite timere pusillus grex: sic enim complacuit Patri dare vobis regnum. & in fine huius Euangelij: *Vbi-  
cunque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ.* quasi dicat: vbi corpus, ibi membra: vbi dominus, ibi seruus: vbi magister, ibi discipuli: vbi Christus, ibi electi. Breuiter, vbi ego sum, inquit, ibi & vos eritis, in regno meo, in æterna beatitudine. Semper cum Domino erimus: si tamen in fide & charitate Christi vltimum claudamus diem, & in obedientia sponsæ eius Ecclesiæ Romanæ vsque in finem perseueremus: si malis quæ commisimus in Deum & proximum, medicinalis poenitentia remedio reparatis, & confessionis sacramento sublatis, è viuīs discedamus. quæ tria adeo sunt necessaria, vt sine illis acerbiter, & condemnationem huius supremi iudicij nemo vnquam (etsi fidem maximè iactet, & dicat, Domine, domine) vitare poterit.

Quia idem sensus verborum subsequentiū sub textu Lucæ legitur in aduentu, ideo cum hîc intermittimus, ne repetitio confusionem pariat & tædium.

*Duo maxi-  
mè notan-  
da.*

*Isaie 1.*

Porro duo sunt in hoc Euangelio maximè notanda. Primò, Bonitas Dei, quâ inde cognoscim⁹, quòd velit nos tâto tēpore antè admonitos huius sui futuri iudicij. Nō enim admonebit nos vna septimana antè, aut duob⁹ vel tribus annis: sed abhinc annos mille quingentos non destitit singulis annis nobis nostris maioribus, & sequuturis, huius horrēdi diei memoriã per suos ministros annūtiare & inculcare. Vnde deprehēdere licet, quòd inuitus nos puniat ac dānet. vnde quasi dolēs dicit, Heu consolabor de hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis.

Secundo, grauissima acerbissimaq; illa tormenta futura, quæ signa tam tremenda atq; horrenda præcedunt. Discamus igitur timere iudicem seuerum terribilemq; malis: & eundem habebimus dulcem atque benignum redemptorem, qui æternis illis cruciatibus nos liberabit, dabitq; , si nostra exigant merita, beatitudinem æternam. Amen.

*Appendix.*

Aduertendum ex Euāgelica hac historia, quod quemadmodum olim Ierosolymitanis suæ ciuitatis euerfionem Christus prædixit, & signa prius designauit, quæ tâtam calamitatē erant præcessura, vt si vellēt, in tempore resipiscerent, sibiq; de effu-

gio

gio prospicerent, alioqui perituris, atque omnia quæ Christus prædixit, ita euenerunt: nā ciuitas fuit euerfa tanta pressura & miseria, vt nulla vnquã ab orbe cōdito maiori angustia atq; funestiori clade perierit: ita quæ nobis Christus prædicit de futuro iudicio, de signis quæ ipsum præcedēt, re ipsa experiemur. Proinde sicut olim Iudæi, quia audita euerfione suæ ciuitatis, & Christi horrēda cōminatione, poenitentia agētes, misericordiam cōsequuti sunt, & saluari, reliqui verò duri obstinatiq; perierunt: ita & nobis futurum existimemus, & validè persuadcamus. Si cū Christū per concionatores audimus clamantē futurum iudicium, præmonstrantē signa, nobis consulimus, de quæ corrigenda vita cogitamus, vt ipsum placare possimus: inueniemus profectò in illa die eã misericordiam, quã mater Machabæorū suis filijs exoptabat. Coronabit nos Deus in misericordia & miserationibus, Psal. 102. Fiet nobis iudiciū cū misericordia, si viuentes fecerimus misericordiam cū nostris animabus, & cum proximis nostris. Quod si secus, peribimus, æternum cruciādi, sicut auarus diues, Luc. 16. peruersus Cain, Gen. 4. & alij mali, qui iusto Dei iudicio, æterno igni cruciātur.

*2. Mach. 7.*

EPILOGVS.

- 1. Tria interrogant discipuli Christum: Quo tempore Ieru. salē destrūda & quod signum Christi aduentus & tertio, quod signum cōsummationis seculi: hoc agentes, vt quemadmodum transfigurationis arcum in paucis rogāt Christum crediderat, ita de tempore venturi regni paucis communicaret, stum. quod alijs omnibus crediturus non esset.*
- 2. De consummatione seculi loquens, varia signa prædicit, sed statutā Signa consummationis seculi prædicit, nō horam. Tropologia rerum amorem, vel ob affectus carnis, hoc est amorem parentum, vxoris ac liberorum, reuocatur in periculum salutis æternæ.*
- 3. Tropologia quædam hic latet, quæ docet nos ab omnibus humanis impedimentis expeditos, semper oportere expectare diem illum, qui nos sistet iudicandos. In eum non potest paratus esse, qui vel ob temporalium rerum amorem, vel ob affectus carnis, hoc est amorem parentum, vxoris ac liberorum, reuocatur in periculum salutis æternæ.*

DOMINICA VIGESIMA SEXTA

POST TRINITATEM EPISTOLA.

**N**olumus autē vos ignorare, fratres, de dormientibus vt nō contristemini, sicut & ceteri qui spēs nō habēt Si enim credimus quòd Iesus mortu⁹ est et resurrexit ita et Deus eos qui dormierūt per Iesum, adducet cū eo. Hoc enim vobis dicim⁹ in verbo Domini, quia nos qui viuim⁹ qui residui sum⁹ in aduētū Domini, nō præueniem⁹ eos qui dormierūt. Quoniã ipse Dominus in iussu et in voce archāgeli et in tuba Dei descēdet de celo: et mortui qui in Christo sunt, resurgēt primi. Deinde nos qui viuim⁹ qui relinquimur, simul rapiemur cū illis in nubibus obuiā Christo in aera & sic semper cū Domino erimus. Itaq; consolamini inuicē in verbis istis.

*1. Thess. 4.*

Non est ni-  
trium do-  
lendū de  
mortuis.

Quæstio  
num sit im-  
piam luge-  
remortuos

Quid mors  
Christiano-  
rum,  
Luc. 16.

Mors infi-  
deliū quid

Resurre-  
ctio carnis  
satura.

**P**AULVS in hac Epistola facit tria. i. Primo, monet Theſſalonicenſes, ne plus æquo lachrymētur, nimiumq; doleāt de mortuis ſuis parentibus, ſratribus, amicis, vicinis & cognatis tanquam de ijs ſit poſt mortem actum, aut nulla reſurre- ctionis ſpes ſuperſit, quales depingit Salomon Sap. 2. ſed po- tius credere debent atque ſcire reſurrecturos illos in nouiſſi- mo die, & cum Chriſto æternaliter victuros, qui ait Ioan. 11. Ego ſum reſurrectio & vita: qui credit in me, &c.

Quæritur hic, num ſit impium lugere mortuos: Reſpō deo, Sacra ſcriptura primò concedit luctum, modò fiat cū ratione: deinde laudat eos qui afficiuntur mœrote atq; dolore propter bonos qui migrarūt ex hac vita, ſi modò ſeruata fuerit medio- critas. Tertio recitat & proponit exempla lugentium & plorā- tium propter ſuorum amicorum obitus: nempe per dicta Ec- cleſ. vigefimoſecundo, Modicum plora ſupra mortuum, quo- niam requieuit. Luctus mortui ſeptem dies, &c. Eccleſiaſt. 38. Fili, in mortuum produc lachrymas, & quaſi dira paſſus incipe plorare, & per exempla Abrahæ lugentis Saram vxorem, Gen. 23. Joſeph cuiusque ſratrium lugentium Iacob, Gen. 50. Iſraeli- tarum plangentium mortem & obitum Aaronis, Numer. 10. & Moſis, Deute. vltim. Chriſti dolētis Lazari amici diceſſum, Ioan. 11. Diſcipulorum lugentium beatum Stephanum, Act. 7. ac viduarum lugentium Tabitham, Act. 9.

Non igitur prohibet luctum Paulus, ſed diſcernit plāctum Chriſtianorum fidelium, quorum mors eſt ſomnus, Matth. 9. Non eſt mortua puella, ſed dormit. Ioan. 11. Finis calamita- rum, terminus malorum, principium gaudij, porta, via, pons, ſcala ad vitam æternam. Quare propter defunctos homines fideles non ita flere debemus, quaſi nullam ſpem haberēt mo- re beſtiarum mortui, ſalutis omnis expertes. Ad exiguū enim tempus abſtrahuntur è conſpectu, atque conſeruantur in Dei manu, vbi quieſcunt in pace, reſurrecturi nouiſſimo die, ac in æternum victuri.

Et Gentium infidelium, quorum mors eſt finis gaudiorum meta voluptatum, origo dolorum, initium miſeriarum, via ad perditionem, portus damnationis. Quare meritò deſtemus atque plangimus eos, qui peccatores impij, ſine fide, ſine cha- ritate migrant ex hoc ſeculo: nam per mortem temporalem tranſeunt in æternam, Prou. 11.

Secundo, confirmat Chriſti reſurrectione nobis omnibus futuram carnis reſurrectionem. Nam hoc loco 1. Theſſalon. 4. ait, Si credimus quod Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit, ita & Deus eos qui dormierūt per Ieſum, adducet cum eo. Quaſi dicat, Mors Chriſti noſtra mors eſt, cuiusque reſurrectio itidē eſt noſtra. Itē 1. Co- rinth. 15. ait, Si reſurrectio mortuorū non eſt, neque Chriſtus reſur-

reſurrexit. quaſi etiam dicat: Quam verè certoque reſurrexit Chriſtus, tam verè mortui quoque reſurgent. Cum igitur moritur Chriſtianus, obdormit, nec mors eſt reputanda, ſed ſom- nus: quapropter oportebit eum reſuscitari, ac viuere cū Chri- ſto. Nam ſi ſublata eſt peccati culpa, ſublata eſt etiam peccati pœna, ſcilicet mors. Hæc igitur eſt gloria Chriſtianorū, quòd non moriemur, ſed obdormiemus, reſurgemus, atque trāspor- tabimur cum Chriſto ad vitam. Sed necēſſe erit noſtram mor- tem cōtingere in cōfeſſione fidei, in charitate, & agnitione ve- ritatis. nam ſi fidem per Euāgelium conſecuti fuerimus, in ve- raque dilectione hinc migrauerimus: tum Chriſtus ſuo dorſo benedicto nos impoſitos transferet in cæleſte tabernaculum.

Tertiò docet Apoſtolus quomodo nouiſſima reſurrectio ſit euentura, cū ait: Hoc vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentu Domini, non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipſe Dominus in iuſſu & in voce archangeli, et in tuba Dei deſcendet de celo: & mortui, qui in Chriſto ſunt, reſurgent pri- mi: deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto in aëra & ſic ſemper cum Domino erimus. Hiſ verbis Apoſtolus graphicè depingit, ob oculos ponit, clarifi- meq; demōſtrat, quid ſit futurū in extremo die. Ibi enim Chri- ſtus veniet cum iuſſu archangeli, cum voce angelorum, cum tuba Dei, declaraturus gloriam maietatis. Ibi quæ ſunt in cæ- lo & terra, omnia erunt plena ignibus. Elementa commoue- buntur, concutientur, & contremiſcent: omnes homines in lu- cem prodibunt: cæli pluent ignem: vox angeli inſonabit: mor- tui reſurgent: pij rapiemur in aëra, ibidem apud Chriſtum he- rebunt: impij verò relinquentur in terris, in ignem æternum coniciendi. Matth. 25. Diſcedite à me maledicti in ignē æter- num, &c.

Concludit tandem Paulus Epistolam his verbis. *Conſolamini inuicem in verbis iſtis.* quaſi dicat, Hæc veſtra ſit conſolatio cū iudex mortuorum atque viuorum Chriſtus apparuerit in nouiſſimo die, non veniet vobis vt tyrannus, ſed protector, patronus, pater, atque frater dicturus, Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi, Matth. 25.

## EPILOGVS.

1 Reſurrectio Chriſti cōfirmat articulū fidei noſtræ catholicæ, in quo cre- dimus & firmiter ſperamus futuram carnis reſurrectionē. Hinc 1. Cor. 15. Chriſtus dicitur primitiæ dormientium, quoniam quidem, per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum: & ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.

2 Chriſtiano:rum eſt piè ac moderatè ſuos mortuos lugere, vt pote apud

Gloria Chri-  
ſtianorum.

In extremo  
die quid fu-  
turum.

Concluſio  
epistolæ cō-  
ſolatio.

Reſurrectio  
Chriſti ſi-  
dei articu-  
lū confir-  
mat.  
Chriſtiano-  
rum eſt mo-  
derate



lugere mor-  
tuos Ethni-  
corum im-  
moderatè.  
Fides &  
spes resur-  
rectionis  
moriuro  
confolatie.

quos certa spes est futuræ resurrectionis. Ethnicorū immoderatus est plā-  
tus: quorum terueria hæc est opinio, nempe, extincto corpore, nullum re-  
liquum futurum refrigerium. Sap. 2.  
3. Nulla maior consolatio moriuro Christiano cōtingere potest, quā firma  
fides atque spes resurrectionis corporū. Hæc cōplures sanctos fortes et ala-  
cres re ididit ad præferenda quæque horrēda martyria: hæc B. Iob in mediis  
tribulationibus, imò ipsa morte. (Iob 13, & 19.) animū addidit et spem.

## DOMINICA EADEM

EVANGELIUM.

Matth. 25.

**I**n illo tēpore dixit Iesus discipulis suis: Cū autē venerit filius homi-  
nis in maiestate sua & omnes angeli cū eo, tūc sedebit super sedē ma-  
iestatis suæ: & cōgregabuntur ante eū omnes gentes, & separabit eos ab-  
innicē, sicut pastor segregat oves ab hœdis. Et statuet oves quidē à dextris  
suis, hœdos autē à sinistris. Tūc dicit rex his qui à dextris eius erūt. Venite  
benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnū à cōstitutione mundi.  
Esuriui enim, & dedistis mihi māducare: sitiui, & dedistis mihi bibere:  
hospes erā, & collegistis me: nudus, & operuistis me: infirmus, et visitastis  
me, in carcere erā, et venistis ad me. Tunc respōdebunt ei iusti, dicētes, Do-  
mine quādo te vidimus esurientē, et paupimur? sitiientē, & dedimus tibi  
potū? Quando autem te vidimus hospitē, & collegimus te: aut nudum, &  
cooperuimus te? Aut quādo te vidimus infirmum, aut in carcere: & ve-  
nimus ad te? Et respondens rex, dicit illis, Amē dico vobis quādiu fecistis  
vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicit & his qui à si-  
nistris erunt: Discedite à me maledicti in ignē eternum, qui paratus est  
diabolo et angelis eius. Esuriui enim, & nō dedistis mihi māducare: sitiui,  
& non dedistis mihi potum: hospes erā, et non collegistis me: nudus, et non  
operuistis me: infirmus, & in carcere, & non visitastis me. Tunc respon-  
debunt ei & ipsi, dicētes, Domine quādo te vidimus esurientem, aut si-  
tientem, aut hospitē, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere: et non mi-  
nistrauimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens, Amen dico vobis, quan-  
diu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in sup-  
plicium eternum: iusti autem in vitam eternam.

Dominus  
quomodo  
vēturus ad  
iudicium.

Aduentus  
Domini pri-  
mus in hu-  
militate  
fuit, secun-  
dus in ma-  
iestate erit.

**E**VANGELIUM hoc complectitur aduentum Christi ad  
iudicium in nouissimo die, & indicat quatuor. 1. Primò,  
quomodo veniet Dominus ad iudicium, nempe, in nube. Sic e-  
nim ait Christus, Matth. 24. Videbūt filiū hominis venientē in  
nubibus cæli, cū virtute multa & maiestate in tuba. sic enim ait  
Paulus, 1. Thes. 4. Ipse Dominus in iussu, & in voce Archægeli,  
& in tuba Dei descendet de cælo, &c. In igne; sic enim ait Da-  
uid, Psal. 49. Deus noster veniet, & nō silebit: ignis in cōspectu  
eius exardescet, & in circuitu eius tēpestas valida. Itē, Malac.  
4. cap. Dies Domini veniet succensa, quasi caminus, & erunt  
omnes facientes impietatem, stipula: In gloria quoq; & maie-  
state

state veniet magna, cuius primus aduentus quo venit iudicari,  
fuit in humilitate, in Apotolorum paupere societate, in op-  
probrijs, & propria infirmitate. Isa. 3. Dominus ad iudicium  
veniet cum senibus populi sui, & principibus eius, &c. Da-  
niel. 7. Aspiciebam in visione noctis, & ecce cum nubibus cæli  
quasi filius hominis veniebat, & vsq; ad antiquum dierum per-  
uenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potesta-  
tem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus & linguæ  
seruient ipsi. Act. 10. Ipse est qui constitutus est à Deo iudex  
viuorum & mortuorum.

Secundo, Quibus comitibus veniet Dominus ad iudicium, *Dominus*  
nempe, cum sanctis angelis, qui tūc visibiliter apparebūt pro- *quibus co-*  
pter iudicis reuerentiam ad malorum terrorē, & sententię exe- *mitibus ad*  
cutionem. Matth. 13. Exhibunt angeli, & separabunt malos de *iudicium*  
medio iustorum, &c. Zach. ca. 14. sic ait, Ecce Dominus veniet, *venturus.*  
& omnes angeli eius cum eo, & erit in die illa lux magna.

Tertio, ad quem locum Dominus veniet ad iudicium, nempe, *Ad quem*  
in vallē Iosaphat. sic namq; ait, Ioel. 3. Congregabo omnes gē- *lectū ven-*  
tes, & deducā eas in vallem Iosaphat, & ibi disceptabo cū eis. *turus.*

Secundo, indicat quomodo resurgent omnes, & tam viui *Mortui*  
quàm mortui stabūt ante tribunal Christi. sic enim ait Christus *quomodo*  
Ioan. 5. Venit hora, in qua omnes qui in monumētis sunt, au- *resurgent.*  
dient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent. Idem Matth. 25. *2. Cor. 6.*  
Congregabuntur ante eum omnes gētes. Item Paulus, Omnes  
nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnus-  
quisq; propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum.

Deinde, qua qualitate: immortales, scilicet, corpore & ani-  
ma: sed nō omnes immutabimur. Canet enim tuba, & mortui *Qualitas*  
resurgent incorrupti, 1. Cor. 15. August. in Enchir. ad Lauren- *resurgen-*  
tium, cap. 84. tractat de qualitate resurgentium vsq; ad cap. 95. *tium.*

Tertio indicat qualis erit processus in die iudicij extremi. *Processus*  
Hic verò stabit in tribus. Primo in segregatione bonorum à *quælis in*  
malis, piorum ab impijs, ouium ab hœdis: quādo separabit bo- *die iudicij.*  
nos à malis, sicut pastor segregat oves ab hœdis. Nam vsq; ad  
illam horam boni malis mixti manent, Matth. 13.

Oves sunt simplices Christiani, qui vocem Christi audiunt, *Oves sim-*  
& sequuntur, Ioan. 10. Oves meæ vocem meam audiunt, & se- *plices Chri-*  
quuntur me, mansuetudinē agni tollentis peccata mundi imi- *stiani.*  
tantes, Matth. 11. patientes vsque ad mortem, & vtilis proxi-  
mis. Psal. 94. Nos autem populus eius, & oves pascuæ eius.

Hœdi sunt, qui vocem Christi contemnunt, & dicunt, No-  
lumus hunc regnare super nos, Luc. 19. Hœdus animal est pe-  
tulcum, feruens ad coitum, aspera montium conscendens, &  
per abrupta & dura saxa & præcipitia incedens: sic mali relin-  
quunt iter rectum, & ambulat per vias tenebrosas.

Quia

Oues quæ  
re à dex-  
tris colloca-  
buntur.

Quia oues, vias quæ à dextris sunt, ambulauerunt: ideo à dextris collocabuntur. Prouerb. 4. Vias quæ à dextris sunt, nouit Dominus: peruersæ verò sunt quæ à sinistris sunt. has quia hocdi ambulauerunt, ideo à sinistris statuentur. Ephes. 5. Hoc autem scitote intelligentes quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, &c. nō habet hæreditatem in regno Christi & Dei, Apoc. 22. Foris canes, &c.

In operum  
æstimatio-  
ne ventu-  
rus.

Deinde in æstimatione operum, quando dicet pijs: *Esuriui, & dedistis mihi manducare: Sitiui, & dedistis mihi bibere.* Iuxta illud Isa. 58. *Frange esurienti panem tuum, &c.* Et illud Tob. 4. *Panem tuum cum esurientibus & egentibus comede, Eccles. 4. Luc. 14. Rom. 12.*

Hebr. 3.

*Hospes eram, & collegistis me.* Iuxta illud Isa. 58. *Egenos vagosque induc in domum tuam.* Et Iob 31. *Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit.*

Iob. 31.

*Nudus, & operuistis me.* Iuxta Isa. 58. *Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris.* Et Luc. 3. *Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat.*

*Infirmus, & visitastis me.* Iuxta illud Eccl. 7. *Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula.* Non te pigeat visitare infirmum, ex hoc enim in dilectione firmaberis, Eccles. 12. Iaco. 1:

*In carcere eram, & venistis ad me.* Iuxta verbum Sapientis, Prouerb. 24. *Erue eos, qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum, liberare non cesses.* Si dixeris, *Vires non suppetunt: qui inspector est cordis, ipse intelligit, & seruatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetque homini iuxta opera sua.*

Item quando dicet impijs, *Esuriui, & non dedistis mihi manducare: Sitiui, & non dedistis mihi potum: Hospes eram, & non collegistis me: Nudus, & non operuistis me: Infirmus & in carcere, & non visitastis me.* Christus enim in membris suis egens refocillatur, vel negligitur.

Sententia  
ultima  
piorum.  
Ephes. 1.

Tertio, stabit in vltima sententia, quando dicet his, qui à dextris erunt, *Venite benedicti Patris mei: possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi:* & quando dicet his qui à sinistris erunt, *Discedite à me maledicti in igne æternū, qui paratus est diabolo, & angelis eius.* Itaq; vniuerso mortaliū genere in duos ordines distributo, tanquam iustus iudex vtriusque rationem proferet sui iudicij, vt boni cognoscant quibus officijs promeruerunt tantam felicitatem, & mali audiāt quibus culpis meruerunt æterna supplicia. At dextrum quidem ordinem placido lætoque vultu saluans, *Venite, inquit, amici mei, quos mundus quidē despiciat & execrabiles habuit, sed pater meus pro honoratis & laudabilibus habet.* Hoc tanto beneficio compensare visum est of-

est officia charitatis erga me vestræ, ne vobis perire puteris. Impertistis mihi vestra qualiacunq; ego vicissim nūc communico vobis totum regnum, quod mihi cum Patre est cōmune, quod paratum fuit ante mundi cōstitutionem, per prædestinationem, à constitutione mundi per creationem, ab ascensione per apertionem, Mich. 2. *Ascendit pandens iter ante eos.*

Hæc cum audierint iusti, qui sic exercēt opera pietatis, vt quodammodo se fecisse nesciant, stupentes ad tantæ maiestatis benignitatem, dicent, *Domine, quando te vidimus esurientem & pauperem te? &c.* Respondet Rex, & dicet, *Amen dico vobis, quando fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.* Fratres sunt, quia fecerunt voluntatem Patris, Mat. 12. sed iuxta mundam minimi, quanquam apud Deum maximi, quos fraterni nominis dignatur honore, Heb. 2.

Tum quoque horribili vultu versus ad sinistros, sententiam proferet formidabilem, cumulum pœnæ in tribus ostendens. In exclusione diuinæ visionis, dicēs: *Discedite, qui lōge fuistis merito, nec audire voluistis vocātem.* Prou. 1. *In passione ignis quo omnis pœna designatur.* Psal. 10. *Pluet super peccatores laqueos ignis, sulphur, spiritus procellarū, pars calicis eorū.* In cohabitatione dæmonis. Isa. 30. *Præparata est ab heri tophet, à rege præparata, profunda, & dilatata, nutrimenta eius ignis & ligna multa, flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam.* quia enim compassionis expertes sunt dæmones, & hostiliter gaudent de ruina hominum, merito idem habēt supplicium qui eiusdem sunt voluntatis, & ipsi adhærere malunt, quàm Domino. Iacob. 2. *Iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecit misericordiam.* Horrescat ergo hic Christianus, quod illi neque vt scorta, neq; vt latrones, neq; ob aliud graue flagitium puniuntur, sed vt hi qui bonum non fecerunt. Prouerb. 21. *Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, clamabit ipse & nō exaudietur.* Hac prolata sententia, ibunt iusti & pij in vitam æternam, recepturi singulos denarios: In iusti & impij in supplicium æternum, recepturi pro diuersis criminibus, diuersa supplicia. Sed pœna huius sententiæ quamdiu durabit? In æternum, inquit Christus. *Vox illa (In æternum) destruit errorem illorum, qui affirmabant pœnas inferni finem habituras.* Huius sententiæ fuit Origenes, quam vt hæreticam & Christi verbis contrariam reijcimus.

4. Quarto, indicat quādo erit iudicium. Paulus 1. ad Thessal. vlt. *De temporibus, inquit, & momentis, fratres, non indigetis vt scribamus vobis. ipsi enim diligēter scitis, quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint, Pax, & securitas, tum repētinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis, & non effugiet.* Christus discipulis de hoc die rogan-

Iustorum  
stupor &  
admiratio.

Sententia  
formidabi-  
lis impio-  
rum.

Matth. 20.

Apoc. 12.

Iudicium  
quādo fa-  
turum.



rogantibus respondit, Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate, Act. 1. Et Matth. 24. idem ait: Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus venturus sit. Et Matth. 25. fatuis virginibus dicit, Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam. Sunt & alia quamplurima testimonia, quibus illorum, qui diem suæ mortis scire quibusdam superstitiosis orationibus student, cōfunditur presumptio. Discant esse contenti verbo Christi: Estote parati, non est vestrum nosse tempora vel momenta, &c. Talem agamus vitam, ne mors imparatos nos inueniat: atque tum scilicet nobiscum agetur. Fatemur compluribus sanctis singulari gratia Deum mortis suæ diem reuelasse: quod & hodie fieri posse minimè negamus.

*Presumptio superstitiosorum quorūdam cōfunditur*

*Dogmata aliquot.*

Hinc eliciuntur aliquot doctrinæ. Prima, Omnia quæ Prophetæ vaticinati sunt, videmus impleta. Christus natus est, prædicauit Euangelium, curauit languidos, traditus est, crucifixus, mortuus, sepultus, resurrexit, ascendit ad cælos, misit Spiritum sanctum, hæc omnia facta sunt. Non dubium quin & ea, quæ de iudicio extremo prædicta sunt, fient. Psal. 144. Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, &c.

*Similitudo*

2 Sicuti corporis interituri signa sunt validi morbi ex vitiosa temperatura qualitatū exorti: ita mundi finem prædicunt horrendi tumultus, quos homines ipsi sibi consciscunt, prauis cupiditatibus seruietes.

*Non cessandum in hac vita.*

3 Non est cessandum in hac vita, sed ita viuendum quasi dies ille hodie esset venturus; obrepet enim improuisus. Proinde semper curandum ne opprimat nos imparatos, siquidem vbi semel venerit, iam serum fuerit sarcire superiorem insolentiam, Luc. 12.

*Simile.*

4 Conspexerunt Apostoli Iesum visibili quidem forma, sed immortalī corpore proficiscentem in cælum. sic olim rediturus est, vt iudicis speciem agnoscant, qui hîc Saluatoris speciem agnoscere noluerunt. Non redibit humilis, sed è sublimi multa cum gloria exhibebit sese oculis omnium. Pauci viderunt euntem, redeuntem videbunt vniuersi, Act. 1. Apoc. 1.

*Confirmatio articuli fidei nostræ.*

5 Notandum est, Euangelio hoc cōfirmari articulum nostræ fidei in symbolo contentum, scilicet, quod Christus venturus est iudicare viuos & mortuos.

*Admonitio Christiana.*

6 Christianè hic hæreticos admonitos cupiam, vt euigilent tandem, emergantque ex altissimo illo somno quo adhuc dormiunt: qui cum audiant Christum apertè dicentem, Ite maledicti in ignem æternum: quia esuriui, & non paupis me, &c. audent affirmare opera in iudicio nō esse discutienda, nec iudicandum secundum ea, sed tantum secundum fidem, quam vnusquisque habuit. Christus non dicit: Venite benedicti Patris mei,

mei, &c. quia credidistis: sed, quia esuriui, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere, &c. Nec dicit: Ite maledicti in ignem æternum, &c. quia non bene credidistis: sed, quia esuriui, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi potum, &c. Qua tandem fronte audent tam apertam sententiam deprauare, & suo sensui accommodare? Christus ait, Filius hominis venturus est in gloria Patris sui cum angelis suis: & tunc reddet vnicuique secundum opera eius. Non dicit: secundum fidem eius. Paulus testatur quod in illa die vnusquisque sit relaturus secundum opera sua. Hæretici contra, secundum fidem tantum. Nos verò cum catholica Christi Ecclesia confitemur, omnes in die iudicij iudicandos secundum opera, & secundum fidem. Nam hæretici quanuis probatissimam inculpatissimamque vitam egerint, iudicabuntur secundum fidem (imò perfidiam) & damnabuntur. Qui expressum Dei verbum crepant, non deberent tantę claritati nimbos errorum obducere.

*Matth. 16.*

*2. Cor. 5.*

#### EPILOGVS.

1 Christus extrema hac narratione, maiestatem aduentus sui & segregationem bonorū à malis, & vtriusque partis diuersa merita, itemque præmia breuiter totam iudicij supremi imaginem subiicit oculis, quo suos & premiorum magnitudine, & suppliciorū metu extimularet ad studiū Euangelice pietatis & ad benemerendum de proximo, atque à cessatione & malefaciendi licentia deterruit.

2 In extremo die illo, subremus iudex rationem potissimum exiget operum, exiget fidem per dilectionem operantem. Galat. 5. Alioqui arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

3 Placida ac etiam formidolosa vltima illa sententia, qua diffusus est piis, Venite: impiis verò, Discedite, merito deberet nos omnes incitare ad studium pietatis. Multi inquit Chrysostomus, gehennam timet & horrent: ego autem casum illius gloriæ multo maiorem gehenna esse aio. Intolerabilis gehenna: verum si mille ponat quis gehennas, nihil tale dicit, quale est ab illa gloria beata excidere, odio à Christo haberi, audire: Non noui vos. Etenim decem millia fulmina melius est sustinere, quam faciem mansuetam videre auersam à nobis, & tranquillum illum oculum non ferentem videre nos. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, &c. Galat. 6.

FINIS EVANGELIORVM AC EPISTOLARVM  
DOMINICALIVM TOTIVS ANNI.

